



2111. 1111

[Faint handwritten notes]

.....

M. B. J. G.



CORNELIUS NEPOS
ACCURANTE
CHRISTOPHORO CELLARIO.
LIPSIÆ.

CORN
NE
perper
EMILIV
E VITA EX
IMPERA
ovis Commentar
Tibulis Chronologic
CHRISTOPHO
la
beriores notas &
EDITU
CVM PR
Regimen
1679 WOLTER
M

CORNELIVS 32
NEPOS

perperam vulgo

AEMILIUS PROBVS

dictus,

DE VITA EXCELLENTIVM
IMPERATORVM

Novis Commentariis, Indicibus, &
Tabulis Chronologicis, ac Geographicis
illustratus ab

CHRISTOPHORO CELLARIO.

In hac Editione

uberiores notas & observationes contulit

M. A. S.

EDITIO NOVA.

CVM PRIVILEGIIS.

Regiomonti et Lipsiae.

APUD WOLTERS DORFII VIDVAM
MDCCLXXI.

Ms. 819
v. 2


1371 798 01

15

CHRISTOPHO

LECT

Annus circ
Curtium
scriptore
m illustratum,
tum dubius
iudicia do
ostequam ver
tellexi, non
neum illorum
manda inventu
rimis industri
vir integerr
uid Nepoti ac
ter communi



CHRISTOPHORVS CELLARIVS
LECTORI S.

Annus circumactus est, cum Q.
Curtium Rufum, optimum
scriptorem, Notis meis pas-
sim illustratum, in lucem emisi, ani-
mi tum dubius, quae ille fata, hoc
est, iudicia doctiorum subiturus sit.
Posteaquam vero non obscuris signis
intellexi, non displicuisse laborem
meum illorum ingeniis, qui in for-
manda inventute assidui sunt & cura
primis industrii; simulque bibliopo-
la, vir integerrimus, rogavit, ut, si
quid Nepoti adnotassem, secum pa-
citer communicarem, ut publici iu-

PRAEFATIO.

ris fieret, multorumque commodis destinaretur; facile induci me passus sum, ut ad limam revocarem, quae collecta olim habebam; & publice exscribenda concederem. Eandem autem viam in Nepote ingressus sum, quam secutus eram in Curtio: ut scriptorem criticorum cura emendatissimum proferrem, novis argumentis singulos duces summam explicarem, meisque lucubrationibus illustrarem, tum quae ad latinitatis indolem genuinam pertinent, tum ad historiam & geographiae cognitionem. Vsu enim diuturno expertus sum, haec fere praecipua esse, quae insigni cum fructu adolescentibus ex antiquis historicis proponi possunt: politicas autem observationes, quae ex philosophiae penetralibus depro-mi postulant, & supra conditionem illorum sunt, qui humanioribus adhuc litteris ad philosophiam praeparantur

PRAEFATIO.

rantur, de industria praetermissi, aut
parciore manu inserui, alii tempori
aliisque curis relinquens, quod ma-
iori aetati & humanitatis litteris be-
ne tinctae pronum sit & necessarium.)
Geographiae cum primis rationem
habui, eamque tabulis novis, perinde
ac in Curtio feci, luculenter ante
oculos posui, quod eam praecipuam
rem esse cognovi, quae scientia sui
historiam planissimam reddat, & fa-
cillimam intellectu; ignoratione au-
tem omnia confundat, perturbet,
& obscuritate vix tandem discuti-
enda obducat. Id una tabula confi-
cere destinaveram, sed longior erat
excursus huius Cornelii, a Lusita-
nis nempe ad Massagetas; & latior,
a Scythis ad Gaetulos, quam ut par-
va tabula & huic libro conformata
exhibere possit, quo quaeque situ
ponenda sint, quae hic auctor de po-
pulis, urbibus, fluviis, & id genus

PRAEFATIO.

aliis rebus memoravit.) Dividi ergo regiones res ipsa iubebat, & singulari schemate Graecia pro plerisque ducibus: alio Asia citerior pro Themistocle, Cimone, Conone, Agefilao; rursus alio Italia cum Sicilia pro Hannibale, Dione, Timoleonte exponenda erat, quibus generalem typum adieci, qui non solum haec separata coniungat, & nexum provinciarum ac regionum ostendat: verum etiam ulteriora Hispaniae, Africae, Scythiae, Aegypti, & Orientis, uno intuitu comprehendat. Fragmenta etiam, Andreae Schotti studio collecta, abesse nolui, eademque nostris, sicubi opus fuit, adnotationibus explanavi.) In Chronologia Diodorum Siculum ex antiquis; Iacobum Vsserium ex recentibus potissimum secutus sum, sicut nec ceterorum nomina suppressa volo, per quos in commentariis profeci,

ci,

PRAEFATIO.

ci, Io. Henrici Boecleri, Io. Andreae Bofii, Nicolai Courtini, Andreae Schotti, quos singulos honoris causa appello. Neque Dionysium Lambinum, quamvis pluribus vapulet, sine laude dimitto, propter singularem diligentiam, qua undique congeffit, quae ad illustrationem faciunt. De scriptoris nostri laude, aetate, patria, vero nomine, nihil addo, praeter clarorum virorum iudicia & testimonia, quibus manifestissima fiunt, quaecunque tua, LECTOR, intererat non ignorari.) VALE.)



ELOGIA
ELOGIA
CORNELII NEPOTIS
ANTIQUA.

M. T. Cicero Attico suo lib. XVI. epist. V.

Nepotis epistolam exspecto. Cupidus ille
meorum, qui ea, quibus maxime *γὰυγιά*,
legenda non putet?

C. Val. Catullus Carm. I. ad Cornel. Nepot.

Quoi dono lepidum novum libellum
Arida modo pumice expoliturum?
Corneli, tibi. namque tu solebas
Meae esse aliquid putare nugas;
Iam tum, quum ausus es unus Italorum
Omne aevum tribus explicare chartis,
Doctis Iupiter, & laboriosis.

Pompon. Mela lib. III. cap. V.

Cornelius Nepos ut recentior auctoritate, ita
certior.

Plinius lib. III. cap. XVIII.

Nepos (Cornelius) Padi accola.

Idem lib. IX. cap. XXXIX.

Nepos Cornelius, qui divi Augusti princi-
patu obiit.

Plura C. Plinii testimonia Index Cl. V. 10.
Harduini monstrabit.

Plinius

CORN. NEPOTIS.

Plinius Junior lib. IV. epist. XXVIII. ad Severum.

Herennius Severus, vir doctissimus, magni aestimat in Bibliotheca sua ponere imagines municipum tuorum, Cornelii Nepotis & Titi Cassii.

Idem lib. V. epist. III.

Inter quos (bonos) vel praecipue numerandus est P. Virgilius, Cornelius Nepos & prius Ennius, Acciusque.

Gellius XV. Noct. Attic. cap. XXVIII.

Cornelius Nepos, & rerum memoriae non indiligens, & M. Ciceronis, ut qui maxime, amicus familiaris fuit.

Tertullianus Apologetico cap. X.

Saturnum, quantum litterae docent, neque Diodorus Graecus, aut Thallus; neque Cassius Severus, aut Cornelius Nepos, neque ullus commentator eiuscemodi antiquitatum aliud quam hominem promulgaverunt.

Minutius Felix in Octaviano cap. XXII.

Saturnum principem huius generis & examinis omnes scriptores vetustatis, Graeci Romanique, hominem prodiderunt. Scit hoc Nepos & Cassius in historia: & Thallus ac Diodorus hoc loquuntur.

ELOGIA

Lactantius lib. I. Divin. Instit. cap. XIII.

Omnes non tantum poetae, sed historiarum quoque ac rerum antiquarum scriptores hominem fuisse (*Saturnum*) consentiunt, qui res eius in Italia gestas memoriae prodiderunt. Graeci Diodorus, & Thallus: Latini Nepos, & Cassius, & Varro.

Hieronymus Chron. Euseb. ad Olymp.

CLXXXV.

Cornelius Nepos scriptor historicus, clarus habetur.

*Idem Praefatione libri de scriptor,
Ecclesiast.*

Hortaris, Dexter, in Tranquillum sequens ecclesiasticos scriptores in ordinem digeram, & quod ille in numerandis gentilium litterarum fecit viris illustribus; id ego in nostris faciam. Fecerunt quidem hoc idem apud Graecos Hermippus peripateticus, Antigonus Carystius, Satyrus doctus vir, & longe omnium doctissimus Aristoxenus Musicus: apud Latinos autem Varro, Santra Nepos, & ad cuius nos exemplum vis provocare, Tranquillus.

D. Magn. Ausonius Carmine ad Latinum Pacatum Epigrammatis praefixo.

Cui dono lepidum novum libellum?

Veronensis ait poeta quondam,

Inventoque dedit statim Nepoti.

At

CORN. NEPOTIS.

At nos illepidum, rudem libellum,
Burras, quisquillas, ineptiasque
Credemus gremio cui fovendum?
Inveni (trepidae filete nugae)
Nec doctum minus, nec magis benignum,
Quam quem * Gallia praebuit Catullo.

* Gallia transpadana, qua ortus creditur Corn.
Nepos Hostilia, vico agri Veronensis, ideo-
que *Padi accola* supra a Plinio dictus fuit.

*Idem Ausonius Epist. XVI. ad Probum
Praefect. Praet.*

Apologus Titiani & Nepotis Chronica, quasi
alios * apologos (nam & ipsa instar sunt fa-
bularum) ad nobilitatem tuam misi, gaudens
atque etiam glorians fore aliquid, quod ad in-
stitutionem tuorum, sedulitatis meae studio,
conferatur.

* Chronica Nepotis *apologos* vocat & instar fabu-
larum, propter mythologiam, quam primo
ex tribus Chronicorum libris (tribus chartis
Catullo) complexus quoque fuerat. Phil.
Silvius ad Catullum Carm. I. Ob brevita-
tem, inquit, commendat *Chronicon Nepotis*,
qui tribus libris omne tempus, atque etiam
antiquissima mythologica complexus fuerat.



IUDICIA

IUDICIA

clarissimorum virorum de auctore huius
libri, aliisque eius, iniuria temporum de-
letis, monumentis.

I.

IO. SAVARONIS.

Hunc librum Cornelio Nepoti adserit ipsa
praefatio: *Non dubito, fore plerosque Atti-
ce, &c. & ex vita Catonis, illa: Huius de vita &
moribus, plura in eo libro persecuti sumus, quem
separatim de eo fecimus, rogatus T. Pompon. Atti-
ci, &c. cuius quidem libri fragmentum ex Cor-
nelio Nepote laudare videtur Gellius lib. XI.
c. VIII. Praeterea libros de viris illustribus, ve-
terum scriptis celebres, qui Nepoti tribuuntur,
ab huius libri auctore confectos esse, satis appa-
ret ex fine Hannibalis vitae: Sed nos, tempus est,
huius libri facere finem, & Romanorum explicare
imperatores, quo facilius collatis utrorumque fa-
ctis, qui viri praeferendi sint, possit iudicari. Tanta
etiam suavitas est sermonis Latini, ut appareat,
in eo nativum quemdam leporem esse, non ad-
scitum, & iam aevo Theodosii desitum, quo non
parum inclinata erat Latialis eloquentia. Ae-
milium autem Probum, cuius nomine circum-
fertur hic liber, Theodosio regnante vixisse, &
huiusce libri exscriptorem potius esse, quam
auctorem, patet ex his versibus:*

*Vade liber noster, fato meliore memento,
Cum leget haec dominus, te sciat esse meum,
Ne timeas fulvo strictos diademate crineis,
Ridentes blandum vel pietate oculos.*

COMIUM.

DE CORN. NEPOTE.

*Communis cunctis, hominem se regna tenere
Sed meminit, vincit hinc magis ille homines.
Ornentur steriles: facilis textura libelli,
Theodosio, & doctis carmina nuda placent:
Si rogat auctorem, paullatim detege nostrum
Tunc domino nomen: me sciat esse Probum.
Corpore in hoc, manus est genetricis, avi que, meaque,
Felices, domini quae meruere manus.*

Hic ergo suo auctori reddatur, quem sibi Cornel. Nepos iusto titulo vindicat, quemque coaevo suo & familiari Pomponio Attico dedit, cuius etiam rogatu, vitam M. Catonis separatim scripsit, & illi superstes, elegantissimam eiusdem vitae consuetudinem, elegantia pari profecutus est. Praeter Chronica, libros exemplorum, de viris illustribus, & de vita Catonis, librum se de historicis Graecis conscripsisse testatur in Dione: sed de hoc in eo libro plura sunt exposita, qui de historicis Graecis conscriptus est, (sic enim ex Manuscriptis bona fide supplevi) atque alterum edidit de latinis historicis, ex quo excerpta esse fragmenta Corneliae Gracchorum matris, Gifanii codice probatur. Quod ad Daretis Phrygii historiam, quam a Corn. Nepote Latine redditam, Volaterranus, & alii tradiderunt, elegantia stili potius ducti, quam certa ratione, dispar stilus est, & dissimilis genius, & si quid in me iudicii, Corn. Nepos illo interprete, ut annis, sic nitore sermonis, longe superior, quod collatis utriusque scriptis, facile potest iudicari. De hoc auctore ita mihi visum est, salvo tuo (erudite lector) iudicio.

IVDICIA

II.

GER. IOANNIS VOSSII.

Cornelius Nepos, & ante Caesaris dictaturam, & eo dictatore, & postea vixit. Hieronymus in Chronico Eusebiano refert illum ad annum Augusti quartum. Nec cuiquam repugnem, colligenti inde, tum demum divulgare ea coepisse opera, quibus maxime inclaruit. *Padi* erat accola teste Plinio lib. III. c. XVIII. vnde Catullo epigrammate primo Italus; Aufonio autem epist. XXIV. Gallus vocatur. Nempe quia Italia Transpadana diceretur Gallia Togata. De urbe patria quidquam se habere comperti, negat Elias Vinetus in Aufon. Idyll. VII. At Veronensem fuisse, in Leandri Alberti Italia lego: uti & in Cosmographia optimi atque amicissimi quondam viri, Pauli Merulae. Immo, ex Veronensium historicorum syllabo, (quem doctissimus amplissimusque Alexander Becellus, Veronensis urbis cancellarius, fecit, ac illustrissimus comes, Fernandus Nogarola, vir ut genere, ita litterarum studio nobilissimus, cum V. Cl. Laurentio Pignorio, atque is mecum communicavit) intelligo, natum fuisse Nepotem in *Hostilia*, qui Veronensium vicus est Tacito, Plinio, Cassiodoro, & Antonio in Itinerario memoratus, hodieque Ecclesiasticae Veronensium iurisdictioni subditus. Historicus hic *Ciceronis amicus familiaris* a Gellio vocatur lib. XV. c. XXVIII. *Chronica* scripsisse, testis & idem Gellius lib. XXVII. c. XXI. In his pro triplici tempore ἀδύλω, μηδινῶ καὶ ἰσορικῶ, (de quibus ex Varrone, & aliis

DE CORN. NEPOTE.

aliis, libro de arte historica diximus) tres videtur scripsisse libros: ac singulis unius temporis narrationem esse complexus. Sane tres libros fecisse Nepotem, quibus omne aevum comprehenderit, liquido testatur Catullus initio Hendecasyllaborum. Nec historicum tempus ab eo solum esse tractatum, indicio est illud Aufonii Epist. ad Prob. Praef. *Apologus Titiani, & Nepotis Chronica, quasi alios apologos (nam & ipsa iustar fabularum sunt) ad nobilitatem tuam inisi.* Item ex eo, quod Tertullianus in Apologetico adversus gentes (ubi eum inter antiquitatum commentatores discretim reponit) dicit, haud aliud Saturnum, quam hominem, promulgasse. Quod etiam Lactantius tradit lib. I. c. XIII. Reliquit praeterea *libros illustrium virorum*, quorum Gellius meminit lib. II. c. 8. & Servius in I Aeneid. Eorum librum I, 15, & 16. citat Charisius. Ex his habemus viginti duos exterarum gentium imperatores. *Ceteris libris egisse de Romanis, haec eius verba ostendunt in extrema Hannibalis vita: Sed nunc tempus est huius libri facere finem, & Romanorum explicare imperatores: quo facilius, collatis utrorumque factis, qui viri praeferendi sint, possit iudicari.* Operis eius genuina inscriptio patet ex ultimis hisce praefationis verbis: *Quare ad propositum veniemus, & in hoc exponemus libro* **VITAS EXCELLENTIVM IMPERATORVM.** Ac vel propter hoc opus historicis accenseri meretur Nepos, etsi paullo aliter senserit Desiderius in Ciceroniano suo, ubi de Aemilio seu verius Nepote sic scribit: *Candidus*

IUDICIA

aus est laudator omnium, quorum vitam descripsit, ut encomiasten dicas verius, quam historiographum. Nam praeter imperatores seorsim exarasse librum de regibus, argumento haec erant, quae Timoleonis vitae subdit: *Hi fere fuere Graeciae gentis duces, qui memoria digni videantur, praeter reges, Namque eos attingere nolimus, quod omnium res gestae separatim sunt relatae: neque tamen hi admodum sunt multi.* Externi imperatores, quos habemus; Aemilii esse Probi a multis creduntur. Qui error inde provenit, quod librario id fuerit nomen, qui vitas eas partim sua, partim patris & matris manu scriptas, Theodosio obtulit. Hoc ita esse, ostendunt versiculi, qui viris istis praemitti in MSS. solent. Ac nec Aemilium, nec Theodosiani aevi quemquam, horum esse librorum auctorem, abunde arguit pura & Romana dictio. Opinetur aliquis, ut Trogus ab Iustino, ita ab Aemilio, qui sub Theodosio vixit, in compendium esse redactum Nepotem. Sed aliud suadet operis concinnitas, & illa praefandi ratio, quae est in Epaminondae vita, ac in Pelopida imprimis, ubi brevitatem iustam pollicetur. Attamen sententia haec, licet erronea, minus periculi habet, dummodo extra controversiam maneat, Aemilium omnia de purissimis Nepotis fontibus hausisse. Sane Tulliani esse aevi scriptorem, neque alium quam Nepotem; tum veterum aliquot librorum indicio cognoscitur, tum etiam, quod ad Pomponium Atticum, (cuius idem rogatu de vita Catonis librum fecit) vitae istae scribantur; utcunque id in quarto Miscellaneorum suorum c. XV. neget Hieronymus

nymus

DE CORN. NEPOTE.

nymus Magius, qui ipsa Nepotis praefatione satis
 refellitur. Accedit & altera ratio. Nam his in li-
 bris ea legere est, quae opus hoc scriptum esse
 clamant, quo tempore Pompeius & Caesar plus
 poterant, quam libera in Republ. expediret. Ea
 Lambinus loca congeffit, ut nihil attineat illa hic
 reponere. Nec libris istis de viris illustribus so-
 lum persecutus est excellentes imperatores: sed
 etiam *commentationibus claros*. Quod argumen-
 tum signat B. Hieronymus: praefatione de scri-
 ptoribus Ecclesiasticis: ubi Nepotem inter eos
 refert, quorum exemplo acturus sit de iis, qui
 scribendo claruerunt. Egit autem Nepos, tum de
Graecis autoribus; tum de *Latinis*. De Graecis,
 colligo inde, quod in Dionis vita dicat, librum se
 fecisse de illustribus historicis: in quo inter alia
 tractarit de Philisto historico. De Latinis argu-
 menta sunt plurima. Nam de Terentio egisse, ex
 Suetonio scimus in Terentii vita, Donato perpe-
 ram tributa. Adhaec primum de vita Ciceronis
 librum Gellius citat. lib. XV. c. XXVIII. eoque ex
 opere fragmentum Hieronymus adfert epist. ad
 Pammachium. Immo verisimile est, inde esse,
 tum vitam T. Pomponii Attici, quae exstat, tum
 vitam Catonis, quam istis claudit verbis: *Huius de
 vita, & moribus plura in eo libro persecuti sumus,
 quem separatim de eo fecimus, rogatu Titi Pomponii
 Attici. Quare studiosos Catonis ad illud volumen
 relegamus. Aperte indicat, eo nunc de Catone
 brevius se agere, quia separatim de eodem scri-
 pserit. Ergo vita illa Catonis, quam paucis per-
 scriptam habemus, maioris pars est voluminis, in
 quo*

IVDICIA

quo Romanorum complurium vitae continerentur. Et sane in antiquissimo codice Oberti Gifanii ante vitam Attici, legebantur haec verba: *Ex libro Cornelii Nepotis de Latinis historicis.* Reliquit etiam exemplorum libros, quos citant Gellius lib. VII. c. XVIII. & Charisius lib. I. *Alia* quoque eiusdem laudant veteres: sed non item, quae ad historiam pertineant. Nam ex *epistola eius ad Ciceronem* quaedam Lactantius adfert lib. III. Instit. Divin. cap. XV; quemadmodum & Ciceronis ad Nepotem epistolae meminit Tranquillus in Julio cap. LV. Ammianus Marcellinus initio lib. XXVI. ac Priscianus lib. VIII. Immo & secundum Ciceronis epistolarum librum ad Nepotem Macrobius citat lib. II. Saturn. c. I. Quod si quis fragmenta omnia Nepotis desideret, longe iis colligendis priorum vicit industriam Andreas Schottus. Hermolaus Barbarus, castigationibus in Plinii lib. XV. c. XXVIII, censet *libellum de viris illustribus*, qui Plinio tribui solet. Cornelii Nepotis esse, haud Plinii: atque id veteribus codd. adstrui posse, adseverat. Etiam Jani haec Parrhasii sententia fuit. Vtrius sit, dubitari ait Vinetus, nec ea de re statuere quidquam ausus est. Immo aliqui, aut Suetonium aut Tacitum, esse auctorem putarunt: ut indicat Gyraldus dialogismo XXVI. Sed omnino sunt Sexti Aurelii Victoris: ut satis nunc constat ex editione Andreae Schotti. Non dubito interim, quin pleraque ex Nepote Victor desumerit. Nam quod Ludovicus Vives lib. V. de tradendis disciplinis, Nepotem ait, de Graecis solum ducibus scripsisse: id satis refellitur verbis

DE CORN. NEPOTE.

verbis Nepotis antea adductis. Vir doctissimus, Io. Maria Catanaeus, commentario in Plinii lib. IV. epist. XXVIII. quae ad Severum scripta est, etiam *Daretem Phrygium a Nepote translatum* arbitratur. Nempe decepit eum vulgati *ἐπιγυαφῆ*. Attamen & hic aqua haeret Vineto, notis in Aufon. Idyll. VII. Negat esse, qui certi aliquid de translatione hac ausit adfirmare. Atqui omnes, quibus ullum in hisce litteris iudicium est, satis vident, nec Daretem illum esse genuinum: nec dictionem eius Augustaeam sapere aetatem: sed recentiore multo. Nepotem autem Caes. Augusti obiisse aevo, Plinius testatur lib. IX. cap. XXXIX. Atque hoc fortasse impulit Genebrardum, ut putaret, eo nato iam Christo superstitem fuisse: qui & Iacobum Gualterium, cum primum tabulas ederet chronographicas, in eam sententiam pertraxit. Sed Nepotem eo usque aetatem prorogasse nemo temere dixerit, qui tanti eum in litteris nominis, iam Tullii, Attici, Catulli temporibus, fuisse cogitarit.

III.

ANDREAE SCHOTTI

EPISTOLA.

LECTORI S.

Quod auctoribus non paucis accidisse memini, ut multa ingenii monumenta, vel ipsis ablata alteri falso attribuerentur, vel aliena ipsis subiicerentur, quo in vulgus tituli lenocinio probarentur, & tanquam a matribus suppositi filii pro veris obtruderentur; idem NEPOTI nostro usu venisse, didici. Librum enim *de vita & moribus*

IUDICIA

*moribus Excellentium Graeciae Imperatorum, ad T. Pomponium Atticum; sequioris aetatis auctori Aemilio Probo attribuerunt: a quo stilus, dicendique elegans character, Attici aetas, multaque abiudicant. Scriptorem contra de viris illustribus urbis Romae, qui a Porea ad Cn. Pompeium usque, septingentorum annorum memoriam, resque gestas virorum domi militiaeque illustrium breviter colligavit, Plinio minori (cui Aldus Manutius adscripserat) ablatum, Nepoti Cornelio multorum ingratis inscripserunt, & ex Caecilia gente in Corneliam, obtorto collo, Itali quidam Censores, Hermolaus Barbarus, Ilanus Parrhasius, Catellianus Cotta, & Dominicus Machanaeus alique traduxerunt. Sed neutrius mihi videri, admodum adolescens docui singulari Comm. in eum auctorem Duaci, & Lutetiae edito: & veterum librorum fide rationumque momentis Sex. Aurelio Victori iure postliminii reddimus: cuius & Historiam Augustam ante me natum nusquam, quod equidem sciam, typis vulgatam, Antverpiae primi edidimus. Quare ut illa Aemilio adscripta Nepotis esse *virtus* pronuntio; ita *Viros illustres* eidem abiudico.*

Sed sunt & alia spuria, & Cornelio indigna. Daretis enim Phrygii circumfertur de bello Troiano, cui interfuisse dicitur, Historia, quam Raph. Volaterranus sex carminum libris (qui & cum Dicty Cretensi vulgo leguntur) convertisse Nepotem tradidit, quibus & prosa oratione Narratio excidii Troiae praemittitur, quam & ipse in veteribus libris etiam soli Cornelio cuidam inscriptam vidi.

vidi. Stilus sane non est aureae illius aetatis, ne-
dum Cornelii, cuius eloquentiam M. Tullius Ro-
manorum disertissimus laudavit, eoque nomine
carissimum habuerit. Fuisse quidem Homero an-
tiquiorem scriptorem Daretem, Aeliani auctori-
tate, & D. Isidori non inficior: sed hicne liber ille
sit, qui ad Aeliani usque aetatem duravit, vehe-
menter dubito. Sic vero ille lib. XI. cap. II. Va-
riae Histor. Τὸν Φρύγα δὲ Δάρητα, ἔ Φρυγίαν κλιά-
δα ἔτι καὶ νῦν ἀποσωζομένην οἶδα πρὸς Ομήρου καὶ
τῶτον γενέσθαι λέγουσι. Sallustio id opus nothum
& illegitimum falsarius ille, quisquis is est, lege
Cornelia, si deprehendatur, puniendus inscripsit.
Quem quidem Crispum R. Historiae principem,
initio statim rustice, & inepte appellat: Cui, in-
quit, nihil adiiciendum, rei formidandae (fort.
formandae) caussa putavi alioquin meum esse posset
dubitari. Verum enim vero germanum me repe-
risse parentem gaudeo, natalibus itaque restituo,
auctoritatem secutus veluti familiarem censoris
Guilielmi Camdeni hominis Britanni, qui sic Da-
retis illius ac poëmatis in Angliae Historia me-
minit de Isca loquens: Hoc saeculo (anno 1224.)
floruit, qui hinc oriundus & cognominatus, Iose-
phus Iscanus splendidissimo ingenio poëta: cuius
scripta sic probabantur, ut ad veterum scriptorum
laudem pervenerint. Eius etenim de bello Tro-
iano poëma Germani ter sub Cornelii Nepotis no-
mine divulgavit. Iam vero Alexandri illam ad
Aristotelem praeceptorem de rebus Indicis epi-
stolam, quae Q. Curtio Rufo fere subiicitur, ubi
& quercus edunt oracula, multaue ridicula
legun-

IVDICIA DE CORN. NEPOTE.

leguntur quis, nisi crasso & pingui iudicio praeditus, ab elegantissimo Nepote tam incondite conversam credat? Quin & ipsis auctoribus vereor, ne dubia quaedam, nec a Nepote profecta, occurrant: ut quae in Ciceronis epistolis ad Atticum non de Cornelio nostro, sed fortasse ne Metello, Nepote aliove legi docuimus: & illam mihi *πρωγραφὴν* suspectam videri apud Suetonium. *Quid differat litteratus ab erudito.* Et illa Iordanis Gothici de Britannia, suspicor Taciti potius esse quam Nepotis, ex iis libris, qui & ipsi magnam partem damno publico interciderunt. Ach. tamen Statius Comment. in Catullum Nepoti dedit; quin & Cornel. Labeonis quaedam apud Macrobium lib. I. Saturn. eidem adscripsit. Sed *ταῦτα θεῶν ἐν γένησι κείται.* Nos de iis aliquando in libris *ψευδεπιγραφίας* plura. Nunc Corneliae Matris Gracchorum (cui eloquentiam, teste Cicerone & Fabio, acceptam referebant) epistolae fragmentum adiciam: quod legitimumne sit, aut a declamatore aliquo, ut solet, conformatum, nunc non disputo. Parva sane papyri iactura, repertum in veteri libro Abbatiae Fesulanae, mihiq; ab Antonio Augustino, Archiepiscopo Tarraconensi, viro clarissimo, perhumaniter oblatum, post idem a clariss. viro Iacobo Bongarsio descriptum, e Britannico exemplari e Germania dono missum, * Cornelianis addendum putavi. Vale.

* Vide infra fragmentis subiectam illam epistolam Corneliae.



CHRONOLOGIA

IMPERATORVM GRAECIAE REGVMQVE
EXTERORVM,

ARVD CORNELIVM NEPOTEM
PER OLYMPIADAS.

* Initium Olympiadum cadit in annum Periodi
Iulianae 3938: & Roma condita eiusdem
periodi anno 3966, qui quartus est Olym-
piadis septimae. *Vsser.* Quodsi ergo 28. anni
subducuntur summae annorum Olympiadum,
annus Urbis conditae invenitur.

OLYMP. LXII. 1

2

3

4 Cyrus periit in Massagetis,
Nepos 21, 1, 2.

LXIII. Cambyfes.

LXIV. 1

2

3

4 Darius Hystaspis fit rex.

LXV.

LXVI.

LXVII. 1 Miltiades in Chersonesum missus
2 Lemnum capit.

3

4

b

LXVIII.

CHRONOLOGIA

LXVIII. 1 Darius Scythis bellum infert.
2 Miltiades ex Chersoneso Athenas
redit.

3
4

LXIX.

LXX. 1 Sardes expugnantur a Milesiis auxilio
Atheniensium I. 4. I.

2
3
4

LXXI. ex fodinarum redditibus classem aedificat
Themistocles.

LXXII. 1

2 Darii expeditio in Graecos.
3 Pugna Marathonica.
4 Miltiades Parum infeliciter oppugnat.

LXXIII. 1

2
3 Xerxes succedit patri Dario.
4

LXXIV. 1 Aristides ostracismo multatur.

2
3

4 Xerxes movet in Graecos.

LXXV. 1 Pugna ad Thermopylas, Artemisium
& ad Salaminem, revocato Aristide.
2 Pugna ad Plataeas & Mycalen.
3 Muri Athenienses reficiuntur.
4 Piraeus munitur.

LXXVI.

IMP. GRAECORVM.

LXXVI. 1

2

3

4 Themistocles in exsilium pulsus.

LXXVII. 1

2 Themistocles in Persas profectus.

3 Cimon vincit apud Eurymedonta.

4

LXXVIII. 1

2

3 Themistocles moritur Magnesia
ad Meandrum.

4 Xerxes ab Artabano trucidatur.

LXXIX. 1 Thasios Cimon subigit.

2

3

4

LXXX. 1 Cimon in exsilium pellitur.

2 Bellum Corinthiacum.

3

4

LXXXI. 1

2 Cimon restituitur.

3 Pacem inter Spartanos & Athenien-
ses quinquennalem sancit.

4

b 2

LXXXII.

CHRONOLOGIA

LXXXII. 1

2

3 Cimon Persas vincit Cypri.

4 Cimon Citii moritur.

LXXXIII.

LXXXIV. Bellum Samium Pericle Victore.

LXXXV. Bellum inter Corinthios & Corcyraeos.

LXXXVI. Corcyraei vincunt auxilio Athenien-
fium. *Diodor.*

LXXXVII. 1 Initium belli Peloponnesiaci.

2

3 Artaxerxes Macrochir moritur.

4

LXXXVIII.

LXXXIX. Indiciae.

XC. 1

2

3

4 Bellum Peloponnesiacum in Siciliam
devolvitur.

XCI. 1

2 Alcibiadis in Sicilia rem gerentis fuga.

3 Bellum Decelium. *Thucyd. p. 502. N.p.*

4

7, 4, 7.

XCII. 1

2 Alcibiades revocatur.

3

4

XCIII.

IMP. GRAECORVM.

- XCIII.** 1 Proelium apud Cymen. *Nep.* 7, 7, 1.
2 Alcibiades in Thraciam fugit.
3 Dionysius senior tyrannus.
4 Proelium ad Aegos flumen. Conon in
Cyprum ad Evagoram fugit.
Finis belli Peloponnesiaci.
-

- XCIV.** 1 Alcibiades in Phrygia perit. *Nep.*
7, 10, 6.
2 Lyfander accusatus absolvitur. *N.* 6, 3, 4.
3
4 Thraſybulus, victis XXX tyrannis, li-
bertatem patriae reſtituit.
-

- XCV.** 1
2 Conon Perſis militat.
3
4
-

- XCVI.** 1 Ageſilaus in Aſia bellum gerit.
2 Conon victor ad Cnidum.
3 Bellum Corinthiacum, Iphicrates, Cha-
brias clari.
4
-

- XCVII.** 1
2 Ageſilaus ad Corinthum pugnat. *Nep.*
17, 5, 1.
3 Thraſybulus interficitur ab Aſpendiis.
4 *Xenoph.* 4. *Gr.*
-

- XCVIII.** 1 Chabrias Evagorae Cyprum ſubigit.
2 *Nep.* 12, 2, 2.
3
4 Datames Ciliciae praefectus.

b 3

XCIX.

CHRONOLOGIA

XCIX. 1

2

3 Cadmea a Spartanis occupatur. Hinc bellum inter Thebanos & Lacedaemonios.

4

C. 1

2

3 Thebani Cadmeam recuperant. *Pelop.* 3, 3.

4 Agefilus in Boeotiam movet. *Chabr.* 1, 1.

CI. 1 Timotheus vincit. *Nep.* 13, 2, 1.

2

3 Iphicrates cum Persis adversus Aegyptios.

4

CII. 1

2 Pugna Leuctrica.

3 Iphicrates Eurydicen tuetur.

4 Epaminondas Spartam oppugnat.

CIII. 1 Pelopidas in vinculis Alexandri Pheraei liberatur.

2

3 Epaminondas in Peloponneso. *Nep.* 15,

4

7, 3.

CIV. 1 Pelopidas cadit in pugna adversus Alexandrum Pheraeum.

2 Pugna Mantineensis, mors Epaminondæ.

3 Agefilus & Chabrias Tachum Aegypti regem adiuvant: ille moritur in reditu: hic Nectanebo regnum constituit.

4

CV.

IMP. GRAECORVM.

CV. 1

2

3 Bellum sociale.

4 Dion Dionysium oppugnat.

CVI. 1 Iphicrates & Timotheus accusantur.

2 Dion interficitur, *Nep.* 10, 9, 6.

3 Bellum Sacrum.

4

CVII. Phocion.

CVIII. 1

2 Dionysius Syracusas recuperat. *Nep.*
20, 2, 1.

3 Deiectus rursus Corinthum deportatur.

4 Nicetas a Timoleonte vincitur.

CIX. Timoleon.

CX. 1 Timoleon ad Crimissum victor.

2 Mamercum capit: otium & pacem restituit.

3

4 Timoleon moritur.

CXI. 1 Philippus rex Macedoniae occiditur.

2 Alexander M.

3

4

CXII. 1

2 Proelium ad Arbela.

CXIII.

CHRON. IMP. GRAECORVM.

CXIII. Alexandri res Indicae.

CXIV. 1 Alexander moritur Babylone,
2
3
4 Eumenes vincit Craterum & Neoptolemum: Norae obsidetur.

CXV. 1
2
3 Phocion necatur: Eumenes in Persia castra habet.

CXVI. 1 Eumenes capitur, interficitur.
Cessant Graeci imperatores: novi in Macedonia, Syria, Aegypto reges, etiam duces Carthaginenses & Romani; eorumque tempora ex Romanis historiis liquido constant.

SERIES EXCELLENTIVM VIRORVM.

- | | |
|---------------------|----------------------------|
| I. Miltiades. | XIV. Datames. |
| II. Themistocles. | XV. Epaminondas. |
| III. Aristides. | XVI. Pelopidas. |
| IV. Pausanias. | XVII. Agesilaus. |
| V. Cimon. | XVIII. Eumenes. |
| VI. Lyfander. | XIX. Phocion. |
| VII. Alcibiades. | XX. Timoléon. |
| VIII. Thrafsybulus. | XXI. Reges. |
| IX. Conon. | XXII. Hamilcar. |
| X. Dion. | XXIII. Hannibal. |
| XI. Iphicrates. | XXIV. M. Portius Cato. |
| XII. Chabrias. | XXV. T. Pomponius Atticus. |
| XIII. Timotheus. | |

COR-



CORNELII NEPOTIS

(vulgo AEMILII PROBI)

VITAE

EXCELLENTIVM

IMPERATORVM.

ARGVMENTVM PRAEFATIONIS.

Quod non eadem omnibus honesta & turpia; neminem offendat, si Graecis laudi ducantur, quae Romanis videntur indecora & humilia.

Non dubito ¹ fore plerosque, ² Attice, qui hoc ³ genus scripturae ⁴ leve, & non satis

Cornel. Nep.) hic verus Auctor huius libri, aequalis Ciceroni & Attico: non Aemilius Probus, scriptor seculi Theodosiani, ut praeter manu scriptorum fidem etiam stilus tersus & comtus evincit. Cellarius. Vitae excell. imperatorum.) Variant libri huius inscriptiones: haec praefatione extrema confirmatur, & Epaminond. c. 4. C. ¹ fore) futuros esse: vel, non dubito, quia multi futuri sint; id est, plerique erunt haud dubie. ² Attice) Ita plures libri, ut T. Pomponio Attico, Nepotis familiari, dedicatus liber appareat; pauciores Atticae, ut ad scripturae referatur: C. Quia Graecis a scriptoribus sua habuit Nepos. ³ genus scripturae) rationem scribendi, qua scil. de magnis viris tam levia saepe adferuntur, ut: musica & saltatio. ⁴ leve) metaphorice hoc loco idem est ac exigui & nullius prope momenti. Proprie enim illud leve dicitur, quod ut pluma est sine pondere, cui grave opponitur.

Cornel. Nep.

A

dignum

dignum ⁵ summorum virorum personis iudicent, cum ⁶ relatum legent, quis ⁷ musicam docuerit ⁸ Epaminondam, aut ⁹ in eius virtutibus commemorari, saltasse eum ¹⁰ commode, ¹¹ scienterque ² tibiis ¹² cantasse. Sed hi erunt fere, qui ¹³ expertes ¹⁴ litterarum Graecarum, nihil rectum, nisi ³ quod ipsorum moribus conveniat, putabunt. Hi, si ¹⁵ didicerint, non ¹⁶ eadem omnibus esse honesta atque turpia, sed omnia maiorum, ¹⁷ institutis iudicari; non admirabuntur, nos in Graio-

⁵ summorum virorum personis) i. e. Viris summis, sc. conditione, seu dignitate, qua eminent. *His indigna, h. e. eos non adeo decentia* scribit, qui tales minutias laudat, quae ab aliis gentibus culpantur. ⁶ relatum) historice perscriptum aut proditum. ⁷ musicam) quae a principis Romani persona, secus ac apud Graecos abesse solet. Vid. 15, 1, 2. ⁸ Epaminondam) Ducem Thebanum, cuius vitam habes infra No. 15. ⁹ in eius virtutibus) *Inter eius virtutes.* ¹⁰ commode) i. e. ad concentum instrumentorum. ¹¹ scienter) scite, secundum regulas artis. ¹² cantasse) Canere aut cantare dicuntur, qui in omni instrumentorum genere Musicam exercent. Sic canere fidibus, geigen, tuba, trommeten, tibiis, floeten. ¹³ expertes) i. e. rudes, imperiti atque ignari. Sic omnis eruditionis expertus atque ignarus, Cic. de Orator. 2, 1. ¹⁴ litterarum Graecarum) Historiarum, quae litteris signantur. Notat enim eos, qui Graecorum libros non legerunt, nec eorum mores & instituta ex illis observarunt. C. ¹⁵ didicerint) cognoverint ex veterum monumentis. ¹⁶ non eadem omnibus honesta) Artabanus Themistocli apud Plutarchum s. 125: *leges hominum differunt, aliis alia videntur pulchra.* C. ¹⁷ institutis) scilicet ex iis, quae introducta sunt.

rum virtutibus ¹⁸ exponendis mores ¹⁹ eorum fecutos. Neque enim ²⁰ Cimoni fuit turpe, Atheni- 4
ensium summo viro, ²¹ sororem germanam habere in matrimonio; quippe cum ²² eius ²³ cives
eodem uterentur ²⁴ instituto. at id ²⁵ quidem
²⁶ nostris moribus ²⁷ nefas habetur. ²⁸ Laudi
in Graecia ducitur adolescentulis, quampluri-
mos habere ²⁹ amatores. Nulla ³⁰ Lacedaemoni
tam est nobilis vidua, quae non ³¹ ad scenam eat

18 exponendis) describendis, enarrandis. Sic verbo hoc
utitur auctor noster praef. n. 8. & 25, 18, 5. Note-
tur hic versus spondaicus, qui auctori nec opinanti ex-
cidit. Vid. plures in Barthii Advers. 9, 15. 19 eorum)
scil. Graecorum. 20 Cimoni) cuius vitam habes No. 5.
21 sororem Germanam) id est consanguineam sive eo-
dem patre genitam; non vero uterinam seu eadem
matre natam. Explicatur in Cimone cap. 1. Idem etiam
Aegyptiis institutum fuisse, quod Isidi & Osiridi, ger-
manis, feliciter cessisset, auctor est Diodorus Sic. Lib. 1.
c. 27 C. 22 eius) scil. Cimonis. 23 cives) qui in eadem
civitate cum eo erant, alias conterranei, lands - leute.
Barbare vero dicunt quidam concives, de quo vid. Cel-
larii Antibar. c. 1. p. m. 21. 22. & Curas Poster. c. 10.
p. 351. 24 instituto) scil. sororem germanam habendi
in matrimonio. 25 quidem) saltem, zum wenigsten.
26 nostris moribus) secundum nostros Romanos mores.
27 nefas) facinus prohibitum atque illicitum. 28 Lau-
di ducitur) laudabile est. 29 habere amatores honestos,
pudicos) ut in Alcibiade cap. 2. ex Symposio Platonis
exponitur. C. 30 Lacedaemoni) Ita libri, & eleganter
Plautus prologo Casinae v. 71. At ego aio hoc fieri in
Graecia & Carthagini. C. Lacedaemon urbs Pelopon-
nesi, vid. Tab. II. 31 ad scenam eat) At Spartani in uni-
versum καμωδίας καὶ τραγωδίας ἐκ ἠρεσῶντο, comoedias
& tragoedias ne audiebant quidem, ex Lycurgi instituto,

5 ³² mercede conducta. Magnis in laudibus ³³ tota fuit Graecia ³⁴ victorem Olympiae citari, in scenam vero prodire, & populo esse ³⁵ spectaculo, nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini, quae omnia ³⁶ apud nos partim infamia, partim humilia, atque ³⁷ ab honestate remota ³⁸ ponuntur. ³⁹ Contra ea pleraque ⁴⁰ nostris moribus sunt decora, quae ⁴¹ apud illos turpia ⁷ putantur. Quem enim Romanorum pudet uxorem ducere ⁴² in convivium? aut cuius ⁴³ ma-

Plutarcho teste Institut. Lacon. pag. 177; sed alius mos posterioris aevi, quem Athenaeus lib. 13. f. 621. attingit. C. ad scenam ire, auf dem theatro agiren, quod paulo post per τὸ populo esse spectaculo, explicat. Scena, pars theatri, ipsum theatrum hic notat. ³² mercede) supple: pro, für ein geld. ³³ tota Graecia) supple in tota Graecia. ³⁴ victorem Olympiae citari) in ludis Olympicis victorem voce praecouis declarari; quo honore nihil fuit excellentius. C. Olympia urbs fuit Elidis in Peloponneso; iuxta quam singulis quinquenniis a tota Graecia in honorem Iovis celebrati sunt ludi. Inde quoque deducta est denominatio Olympiadum, quae tempus quinque annorum notant. ³⁵ spectaculo) in spectaculum. ³⁶ apud nos) scilicet Romanos. Illis omne histrionum genus infame fuit atque expers honorum civilium. v. August. de C. D. 2, 13. cum not. Vivis & Coquei; & l. 1, & 2. ff. de his, qui notant. infam. ³⁷ ab honestate remota) inhonesta. ³⁸ ponuntur) aestimantur, statuuntur. ³⁹ Contra ea) Ita Nepos amat loqui, conf. 7, 8, 4. 9, 5, 4. &c. Alibi habet e contrario. v. II, 15, 4. & 22, 1, 2. Aliis satis est dicere contra. v. Caes. B. G. 5, 29. ⁴⁰ nostris moribus) id est, apud nos Romanos. ⁴¹ apud illos) scilicet Graecos. ⁴² in convivium) De invitatis ad prandium mulieribus testis est Cic. Attic. 5. epist. l. ⁴³ materfamilias) Ita apud Romanos dicebatur hera, terfa-

terfamilias non 44 primum locum 45 tenet aedium atque 46 in celebritate versatur? quod multo fit aliter in Graecia, nam neque in 47 convivium adhibetur, nisi 48 propinquorum: neque 49 sedet nisi in interiore parte aedium, quae 50 gynaeconitis appellatur, quo nemo accedit, nisi 51 propinqua cognatione coniuncta. Sed plura 52 persequi tum 53 magnitudo voluminis pro-

sive coniux domini, quae in eius manus per coemptionem venit, de quo ritu videndus Dillherrus Disput. T. 2. p. 795. Familias autem est genitivus antiquus pro familiae. 44 primum) in vestibulo sive introitu. 45 tenet) i. e. possidet. 46 in celebritate) in frequentia hominum, quae opponitur solitudini. Cicero ad Attic. 3. 7. Odi celebritatem, fugio homines, lucem aspiciere vix possum. Sic celebritas viae, Tacit. Histor. 2, 64. C. 47 neque in convivium adhibetur) Cicero de Praet. Urban. cap. 26. Tum ille (Philodamus) negavit moris esse Graecorum, ut in convivium virorum accumberent mulieres. C. in convivium adhibetur, Sie wird an die tafel gezogen. 48 propinquorum) scil. in convivium adhibetur. 49 sedet) conclusa & quasi alligata telae & lanae opificio. 50 gynaeconitis) graece γυναικωνίτις locus secretior, ubi mulieres solae versantur, sicut ἀνδρωνίτις, ubi viri. Utraque vox occurrit apud Lyfiam Orat. I. c. 2. conf. Vitruv. 6. c. 10. Gynaecium etiam dicitur. 51 propinqua cognatione coniunctus) ein naher anverwandter. 52 Persequi) adducere, addere, continuare. Sic infra 24, 3, 4. reliqua belli pari modo persecutus est, id est, scribendo continuavit. Alias persequi malo significato notat einen verfolgen. Vim vocis optime notavit Donatus ad Terentium Andr. 5, 4, 33. Persequitur, inquit, qui non desinit sequi. 53 magnitudo voluminis) quantum ergo perdidimus ex

hibet, tum festinatio, ut ea explicem, quae ex-
orsus sum. Quare ad propositum veniemus &
in hoc 54 exponemus libro de vita 55 excellen-
tium imperatorum.

elegantissimo opere Nepotis, praesertim ubi Romano-
rum res & vitas explicabat? C. 54 exponemus de vita)
Ita antiqui codices: vulgo vitas. Principio Pelopidae
pariter. C. 55 excell. imperatorum) Hoc historicorum
officium & institutum praecclaros viros posteritati com-
mendandi laudat Seneca in epist. 95. his verbis: Pro-
derit non tantum, quales esse ~~historiam~~ viri, dicere,
formamque eorum & lineamentum ~~historiam~~ quales fue-
rint, narrare & exponere.





I.

MILTIADES.

A R G V M E N T V M.

1. Miltiades magnae spei homo, ab Apolline dux coloniae nominatus, in itinere a Lemniis irridetur. 2. Chersoneso potitus Lemnum ex pacto capit, etiam Cyclados Atheniensibus adiungit. 3. Dario Scythis bellum inferente, pontem Istri, cuius custos erat, dissoluturus, ab Histiaeo impeditur, poenamque metuens Athenas redit. 4. Eodem rege in Graecos movente auctor suis est, ut obviam hosti eant: 5. quem ante sociorum adventum profligat. 6. victoriaeque praemium in porticu pichnu accipit. 7. In pari oppugnatione infelix, quod multae solvendae non esset, in vinculis moritur. 8. quanquam vera causa damnationis non Parium crimen fuit, sed metus populi, ne imperiis adsuetus tyrannidem affectaret.

Miltiades, ² Cimonis filius, Atheniensis, cum ³ & antiquitate generis, & ⁴ gloria

1) Miltiades) Cur a Miltiade initium fiat, praetermissis antiquioribus; causa forsan est, quod a Troiano bello ad pugnam Marathoniam nihil praedicatione dignum Graeci videntur gessisse, Zosim. 1, 2; vel si quid gesserunt, quisque patriam suam, non universam Graeciam servavit. Pausan. Arcad. p. 279. C. 2 Cimonis filius) Herodotus 6, 34 seq. de genere Miltiadis aliter. Cypseli filium vocat, qui primus oraculo Chersonesum occupavit: cui fratres Cimone geniti, primum Stefagoras, deinde hoc mortuo Miltiades successerint. Sed noster quoque auctores habuit, quos sequeretur; nec credibile, tantae industriae scriptorem non legisse Herodotum, qui in omnium manu erat. C. 3 Et antiqu. gen. &c.) Tria hic commemorantur emergendi adminicula, quae particula et ter repetita eleganter distribuit. 4 gloria

maiorum, & sua ⁵ modestia, ⁶ unus omnium maxime ⁷ floreret; ⁸ eaque esset aetate, ut non iam solum de eo bene sperare, sed etiam ⁹ confidere cives possent sui, talem futurum, ¹⁰ qualem cognitum iudicarunt: accidit, ut Athenienses ¹¹ Chersonesum ¹² colonos vellent mittere, ¹³ cuius generis cum magnus numerus esset, & multi eius demigrationis peterent societatem: ex his delecti ¹⁴ Delphos ¹⁵ deliberatum missi sunt, qui

mai.) per facta illustria a maioribus & imprimis a Crodre rege parta. 5 modestia) quae neque summis mortalium spernenda est, & a Diis aestimatur, ut Vologeses ait Tac. An. 13, 2, 4. 6 unus omnium) id est unus inter omnes, vel unus ex omnibus. Iisdem formulis, quae vim habent augendi, saepe utitur Cicero. 7 floreret) emineret, inclaresceret. 8 ea aetate) scil. in iuventute vegeta, in qua se iam idoneum ostendit actionibus laudabilibus. 9 confidere) firmiter credere, plus est quam bene sperare. 10 qualem cognitum iudicarunt) explica ita: qualem eum iudicari atque aestimari necesse fuit, postquam facto ipso atque opere satis est perspectus ac cognitus. 11 Chersonesum) Thracicam illam Aegaei maris, & altera ex parte ad Hellespontum. Nomen coloniae, ibidem tum conditae, non memoratur. C. Vid. Tabul. II. Chersonesus proprie notat terram undique mari cinctam, & parva tantum sui parte continenti adhaerentem; alias peninsula dicitur. 12 colonos) Coloni dicuntur, qui in incultam terram mittuntur, ut eam colant, & habitabilem reddant. Isidorus Orig. 9, 4. Anbaner. 13 cuius generis) scil. colonorum, qui mittendi novam gentem constituere debebant. 14 Delphos) est in Phocide sita, Delphi, orum, quae oraculo Apollinis celebris fuit. Vid. Tabul. II. 15 deliberatum) consultum. In Themistocle cap. 2. p. 6.

con.

consulere Apollinem, quo potissimum duce
 uterentur. nam tum ¹⁶ Thraces eas regiones ¹⁷ 3
 tenebant, cum quibus ¹⁸ armis erat dimicandum.
 His ¹⁹ consulentibus ²⁰ nominatim ²¹ Pythia prae- 4
 cepit, ut Miltiadem sibi imperatorem sumerent:
 id si fecissent, ²² incepta prospera futura ²³ Hoc 5
 oraculi responso Miltiades cum delecta ²⁴ manu
²⁵ classe Chersonesum profectus, cum accessisset
²⁶ Lemnum, & incolas eius insulae sub potesta-
 tem redigere vellet Atheniensium, idque ut Le-
 mnii sua sponte facerent, postulasset; illi irri-
 dentes responderunt: tum id se facturos, cum ille ²⁷

miserunt Delphos consultum, quidnam facerent de rebus
 suis. Deliberantibus Pythia respondit, deliberantibus,
 id est, consulentibus. Claris ergo viris Buchnero. Sci-
 oppio, Bosio suspecta sunt verba, qui consulere Apol-
 linem, tanquam adventitia, & quae tautologiae speciem
 habeant. C. 16 Thraces) populi saevissimi, apud quos
 ob feritatem bellicam Mars natus creditur. 17 tene-
 bant) possidebant; vi occupaverant. 18 armis) non
 exoptulando per legatos, sed vi armorum, quia Thra-
 ces erant bello magis adueti, quam iure docti. 19
 consulentibus) consilium rogantibus. 20 nominatim) ita
 ut Miltiades nomen diceret, quod contra morem ora-
 culi. 21 Pythia) femina quinquagenaria maior, Dio-
 dorus Siculus 16, 26. oraculi ex tripode nuntia: sacer-
 dos Apollinis, qui Pythius dictus a Pyhone serpente
 occiso. Hinc Pythia dicta anus illa fatidica. C. 22 in-
 cepta) scilicet negotia coloniae novae. 23 hoc oraculi) cil-
 audito. 24 manu) agmine bellico. 25 classe) id est, in
 classe; zu schiffe. 26 Lemnum) Graeci maris insula
 est, Thraciae obiecta ex austro. C. vid. Tabul. II.
 27 domo) rectius navibus Athenis dixissent. male
 cessit Lemniis ironica conditio non satis caute.

domo ²⁸ navibus proficiscens ²⁹ vento aquilone venisset Lemnum; hic enim ventus a ³⁰ septentrionibus oriens, ³¹ adversum tenet ³² Athenis ³³ proficiscentibus. Miltiades ³⁴ morandi tempus non habens, ³⁵ cursum direxit, quo ³⁶ tendebat, pervenitque Chersonesum.

²⁸ navibus) id est, in navibus, zu schiffe, ²⁹ vento aquilone) Potuisset specie nominata, aquilone scilicet, genus, quod ventus est, omittere, sed ita magis perspicuam reddunt orationem boni auctores. Ut noster 1, 2, 4. vento borea; 1, 3, 1. Istro flumine; 7, 8, 1. Aegos flumen; 18, 5, 1. apud Nilum flumen. Talia plura notavit Manckerus ad Hygini fabul. 140. ³⁰ septentrionibus) Iuxta polum arcticam sidus est, quod vulgo *ursa maior* dicitur, huius stellae septem maximae sunt conspicuae, & plaustrum formam praesentant, quatuor sc. rotas & temonem. Romani autem veteres has septem stellas vocarunt *septem triones* seu boves. *Trio* enim bovem notat a terendo, eo quod terram terat, ut docet Isidorus Orig. 12, 1, & Gellius 2, 21. Recte noster hoc loco pluralem adhibet, quum alias singulari numero *septentrio* vocetur plaga borealis. ³¹ adversum tenet) scil. locum sive flatum, ex adverso oppositum. ³² Athenis) Herodotus 6, 139. ἡ Ἀττικὴ πρὸς ἰότον μέγεται πολλὸν τῆς Λήμνου, Attica multo magis ad austrum vergit, quam Lemnus. C. ³³ proficiscentibus) illis, qui ex urbe Athenarum veniunt. ³⁴ morandi tempus non habens) ne occasionem occupandae Chersonesii amitteret, spatio hostibus ad paranda arma aut auxilia dato. C. ³⁵ cursum) scil. classis suae, id est navigationem maritimam, de qua *cursum* non minus dicitur: quam de itinere pedestri & equestri. ³⁶ tendebat) quo cursum dirigere ambitio ipsum impellebat, incitabat.

Ibi brevi tempore ¹ barbarorum copiis ² disie- **II.**
ctis, ³ tota regione, quam petierat, potitus, loca
castellis idonea ⁴ communivit: multitudinem,
quam secum duxerat in ⁵ agris collocavit: cre-
brisque ⁶ excursionibus locupletavit. Neque ⁷
minus in ea re ⁷ prudentia, quam felicitate, ad-
iutus est nam cum ⁸ virtute militum devicisset
hostium exercitus, summa aequitate ⁹ res consti-
tuit, atque ¹⁰ ipse ibidem manere decrevit. Erat ³

Cap. II. ¹ barbarorum) Barbari Romanis dicuntur,
qui non sunt Romani; Graecis, qui non sunt Graeci;
(& sic hoc loco Thraeces) Aegyptiis, qui non sunt
Aegyptii; & alia aut aspera lingua utuntur. Deinde
haec vox & ferum, imitem, crudelem significat, imo
& imperitum & morum elegantia destitutum. ² disie-
ctis) dissipatis, fugatis. ³ tota regione) scil. Cherso-
nesi Thraciae. ⁴ communivit) Castella & munitiones
idoneis locis imponens, ut est apud Tacit. Ann. 3, 74, 4.
ut claustra perdomitorum, Curt. 7, 6, 13. velut frena do-
mitarum gentium, ibid. 7, 10, 16. ⁵ in agris) Nihil
memoratur de urbe, quam condidisset, aut colonia
auxisset. Videtur ergo suos in agris, id est, pagis &
oppidulis distribuisse C. ⁶ excursionibus) in agrum
hostilem praedae causa factis. Nos hodie ita dicere
possumus: wenn die Soldaten auf parthey ausgehen.
⁷ prudentia quam felicitate) Utraque imperatori neces-
saria. Cicer. pro Leg. Manil. cap. 10. Quantum enim
est invenire praeciara, nisi eventus respondeat? C.
⁸ virtute) Virtus κατ' ἐξοχὴν pro fortitudine sumitur.
Infra cap. 4. 5. de eorum virtute non desperari. ⁹ res
constituit) ut brevi post num. 4. Chersonesi tali modo
constituta, hoc est, rebus ordinatis & compositis. C.
¹⁰ ipse) ad facilius continendam, quam occupaverat,
provinciam.

enim ¹¹ inter eos ¹² dignitate regia, ¹³ quamvis carebat ¹⁴ nomine. ¹⁵ neque id magis imperio, quam iustitia, consecutus. ¹⁶ neque eo secius Atheniensibus, a quibus erat profectus, ¹⁷ officia praestabat. ¹⁸ Quibus rebus fiebat, ut non minus ¹⁹ eorum voluntate perpetuo imperium

¹¹ inter eos) sc. suos, quos secum duxerat, cum quibus erat profectus. Inter devictos enim usurpata potestate tyrannica regnum non fuit diuturnum: sed a Scythis primum, deinde a Phoenicibus pulsus, Athenas remigravit, ut observat Plutarchus de sera numinis vindicta. ¹² dignitate) scil. praeditus seu conspicuus. ¹³ quamvis carebat) Diomedes, vetus grammaticus, lib. 1. pag. 387. *Quamvis recipit subiunctiva.* Verum: sed non sola, ut praeter hoc exemplum ex optimis scriptoribus probari potest. Livius 2, 40. *quamvis perveneras.* Ovid. Pont. 1. eleg. 6, 45. *Quamvis est igitur meritis indebita nostris.* C. ¹⁴ nomine) titulo regio. Sic Vitellius vocabulum Augusti distulit, Caesaris non recepit, cum de potestate nihil detraxeret. ¹⁵ neque id magis imperio) non militari imperandi potestate aut vi, sed spectata inter suos moderatione fastigium illud obtinuit: De Evandro Livius 1, 7. *auctoritate magis, quam imperio regebat loca.* C. ¹⁶ neque eo secius) & nihilominus. ¹⁷ officia praestabat) comitia eorum frequentans: in concionem prodiens, deque republica consulens: in periculis iuvans: sponsalia & exequias suas praesentia ornans. Id omne venit apud Latinos nomine officiorum. ¹⁸ Quibus rebus) idem est quod singularis: *Qua re, dannenhero, derowegen.* Apparet, quod non adeo accurate statuatur, quare esse conjunctionem. Si enim non conjunctiones sunt hae formulae: *quibus rebus, qua de re, qua ex re,* neque quare illis erit annumerandum. ¹⁹ eorum voluntate) Atheniensium & magistratus Atheniensis bona cum venia.

20 obtineret, qui miserant; quam 21 illorum, cum
 quibus erat profectus. Chersoneso 22 tali mo- 4
 do constituta, 23 Lemnum revertitur; & 24 ex
 pacto postulat, ut sibi 25 urbem tradant. 26 il-
 li enim dixerant, cum vento borea domo pro-
 fectus eo pervenisset, sese dedituros: 27 se autem
 domum 28 Chersonesi habere. 29 Cares, qui tum 5
 Lemnum iucolebant, etsi 30 praeter opinionem
 res 31 ceciderat, tamen non 32 dicto, sed 33 se-

20 obtineret) retineret, administraret. 21 illorum) novorum colonorum. 22 tali modo) scilicet felicitate & aequitate & prudentia. 23 Lemnum revertitur) solvens, ex Eleunte. Herodot. 6. extr. C. 24 ex pacto) secundum pactum istud, quod noster supra c. 1, 5. narravit. Pactum est consensus mutuus & conventio in rem eandem. 25 ut sibi urbem tradant) Myrinam an Hephaestiada? Hephaestienses cessere postulatis: Myrinaei vi expugnati & eieci sunt. Herodot. 6. extr. C. 26 illi) incolae insulae Lemni. 27 se autem) supple: dixit Miltiades. 28 Chersonesi habere) in Chersoneso. Religionis enim, non urbis nomen est, nec tamen inusitata syntaxis. Terent. Phorm. 5, 7, 49. Lemni habuit aliam. Caesar Civ. 3, 106. cum audisset Pompeium Cypri visum. Iustin. 6, 1. Conon amissa bello patria Cypri exsulabat. C. subintellige in insula aut peninsula Chersonesi, Lemni Cypri. 29 Cares) inhabitatores Cariae, quae regio est Asiae minoris. Vid. Tabul. III. 30 praeter opinionem) aliter quam opinati fuerant. ipsi enim Lemnii per domum intellexerant Athenas: Miltiades vero, domum sibi Chersonesi parans, domum accipiebat pro suo praesenti habitaculo. 31 ceciderat) ut in alea talus lusorius cecidit. 32 non dicto) eo quod dixerant; quia vocabulo domus in pactione Athenas, non Chersonesum, intellexerant. C. 33 secunda fortuna) est prospera, bona, quae voluntatem & nutum no-

cunda fortuna adversariorum 34 capti, resistere ausi non sunt, atque ex insula demigrarunt. 35 Pari felicitate ceteras insulas, quae 36 Cyclades nominantur, sub Atheniensium redegit potestatem.

III. Eisdem temporibus 1 Persarum rex, 2 Darius, ex Asia 3 in Europam exercitu traiecto, 4 Scythis bellum inferre decrevit. 5 pontem fecit

strum sequitur. Movit eos Chersonesus tam repente & tam feliciter devicta. 34 capti) decepti; aut potius moti & quasi constricti. 35 Pari felicitate) scil. utens. 36 Cyclades) Insulae maris Aegaei, circa Delum in orbem sitae, unde etiam nomen traxerunt, Andrus, Parus, Naxus, Seriphus & aliae, numero 53. ac in medio Delus. *Plinius 4, 12. C. Vid. Tab. II.*

Cap. III. 1 Persarum) quorum regnum Tauro monte & Sinu Persico inclusum. vid. Tabul. I. 2 Darius) Hytaspis filius, magis regni usurpatoribus occisus. equi sui hinnitu rex electus. v. Justin. 1, 10. 3 in Europam traiecto) Per Thracicum Bosporum, quem ponte iunxit. *Herodot. 4, 87. Polyb. 4, 43. C.* 4 Scythis) non Asiaticis, sed sitis inter Tanaim & Iaxartem amnes Europaeis. v. Tabul. I. Causa belli vel negatis a Iancyro, Scytharum rege, filiae nuptiis. *Justin. 2, 5, 9, vel ex iniuria Medorum genti ab Scythis antea illata. Herod. 4. principio. C.* 5 pontem in Istro) ubi fluvius proxime ante divortium adhuc coniunctus est. *Herodot. IV, 89. fluvii angustias, ex quibus Istri artificium divortium fecit, ponte iunxit.* Unde etiam de Scythis, quos oppugnatum rex ibat, constare potest. In auxiliis Scytharum erant Thauri, Agathyrsi, Geloni & Sauromatae. *Herod. 4, 102. C.* Ister est fluvius Europae notissimus, qui per Germaniam, Hungariam, & Thraciam in pontum Euxinum fluit. Alio no-
in

in Istro flumine, ⁶ qua copias traduceret. eius
 pontis, dum ipse abesset, custodes reuquit ⁷ prin-
 cipes, quos secum ex ⁸ Ionia & Aeolide duxerat.
 quibus singulis ipsarum ⁹ urbium ¹⁰ perpetua de- **2**
 derat imperia. sic enim putavit, facillime se
II Graeca lingua loquentes, qui Asiam incolerent,
 sub sua retenturum potestate, si ¹² amicis suis op-
 pida tuenda tradidisset: quibus ¹³ se oppresso,
 nulla spes salutis relinqueretur. ¹⁴ in hoc fuit **4**
 tum numero Miltiades, cui illa custodia crede-
 retur. Hic, cum crebri afferrent nuncii, ¹⁵ male

mine vocatur *Danubius*, germ. *die Donau*. v. Tab. I.
 & Plin. 4, 12. ⁶ qua) id est in qua via, adverbialiter.
⁷ principes) in amicitiam assumptos, urbium *primarios*
cives, principes civitatis. Themist. c. 8. C. 8. *Ionia &*
Aeolide) ambae regiones sunt Asiae minoris, occiden-
 tem versus mare Aegaeum attingentes. Vid. Tab. III.
⁹ urbium) in Ionia & Aeolide. ¹⁰ perpetua imperia)
 continua, non interrupta, quibus tyranni efficiuntur.
 Herodotus 4, 137. *διὰ Δαρειῶν ἕκαστος αὐτῶν τυραννίδες*
πόλιος. **II** *Graeca lingua loquentes*) Ii sunt Iones &
 Aeoles, quorum dialectus in Graeca lingua notae
 sunt. ¹² amicis) principibus illis singularis perpetui-
 que imperii dulcedine illectis, qui iam multum vale-
 bant apud Regem amicitia. ¹³ se oppresso) se (Dario)
 prodito aut victo, nulla spes dominandi in vrbibus
 concessis foret reliqua. C. ¹⁴ in hoc numero) *inter hos*
principes relictos, cui illa custodia) cui pons servandus
 traderetur. ¹⁵ male rem gerere Darium) quamlibet
 enim hostes non facerint pugnae facultatem: amisit ta-
 men hominum octoginta millia *Iustin. 2, 5. C.* ¹⁶ rem
 gerere) *Rei* vocabulum generale est, & omnia notat:
 h. l. *bellum*, ut infra 23, 8, 5. *quo cornu rem gessit*. Sic
res militaris omnem, totius militiae apparatus notat.

rem

¹⁶ rem gerere Darium, ¹⁷ premique ¹⁸ ab Scythis, Miltiades hortatus est pontis custodes, ¹⁹ ne a
 4 fortuna datam occasionem liberandae Graeciae di-
 mitterent. nam si cum his copiis, quas secum
²⁰ transportaverat, interiisset Darius, non solum
 Europam fore tutam, sed etiam eos, qui ²¹ Asiam
 incolerent Graeci genere, liberos a Persarum futu-
 ros ²² dominatione & periculo. Id & facile effici
 posse, ponte enim ²³ rescisso, ²⁴ regem vel ²⁵ ho-
 stium ²⁶ ferro, vel inopia, paucis diebus interi-
 5 rurum. Ad hoc consilium cum plerique ²⁷ acce-

¹⁷ premi) urgeri, & pelli, & in angustias redigi ab instantibus Scythis: die ihm bald da, bald dort zwacken. ¹⁸ ab Scythis) Elegans Ab ante S. Cicero Fam. 1. 4. & Artic. 10, 4. ab senatu: Caesar Gall. 7, 62. ab sinistro: Livius 27, 2. ab sole orto: & 28. extrem. cum ingenti rerum ab se gessarum titulo: & 31. 12. ab sacrilegiis. C. ¹⁹ ne dimitterent) id est, ut uterentur commoda occasione. ²⁰ transportaverat) traduxerat ultra Istri pontem. ²¹ Asiam incolerent Graeci genere) in Ionia, Aeolide, Caria, & aliis eis Taurum montem locis, Liv. 37, 35. extrem. C. ²² dominatione) Plus est alias haec vox, quam imperium, sed h. l. idem fere, quamvis neutrum Graeci libertatis amantes ferre libenter poterant; tyrannicam autem Persarum crudelitatem maxime averfabantur. ²³ rescisso) dissoluto, ut dicitur infra 2, 5, 1; vel interrupto, ut reddit Caesar B. G. 7, 19; & Justin. 2, 13, 5. ²⁴ regem) Darium. ²⁵ hostium) Scytharum. ²⁶ ferro) Ferrum pro gladio & armis ponitur, tanquam materia pro materiato: & deinde pro pugna, tanquam adiunctum pro subiecto, vel signum pro re signata. ²⁷ accederent) cum consentirent; cum consilium approbarent. Metaphora deducta est a senatu Romano: quoties enim aliquid discernendum erat, & derent,

derent, ²⁸ Histiaeus Milesius, ne ²⁹ res conficeretur, obstitit, dicens, non idem ipsis, qui ³⁰ summas imperii tenerent, ³¹ expedire, & multitudini: quod ³² Darii regno ³³ ipsorum niteretur dominatio. quo ³⁴ extincto, ³⁵ ipsos ³⁶ potestate expulsos civibus suis ³⁷ poenas daturus. Itaque adeo se abhorrere a ³⁸ ceterorum consilio, ut ni-

diversae proponebantur sententiae, surgebant omnes a loco suo, & quisque ad eum accedebat, cuius sententiam probaret. Et hoc notat *pedibus ire in alicuius sententiam*. Gellius Noct. Att. 3, 18 Rosinus Ant. 7, 5. ²⁸ Histiaeus Milesius) Praefectus Ioniae, ab urbe Miletii sic dictus. Tab. III. ²⁹ res conficeretur) nec fieret id, quod Miltiades suaferat. ³⁰ summas imperii) scilicet res, sic etiam in singulari *summa imperii*, quod saepius apud nostrum auctorem occurrit. *Summas imperii tenere* est dominari. ³¹ expedire) utile esse & salutare. Non respexit Histiaeus fidem Dario datam, multo minus communem totius populi salutem, sed suum unice dominium. ³² Darii) vid. num. 3. huius Capituli. & ibi ex Herodoto dicta. Ipse Histiaeus ita dominabatur Milesiis auspicio regis Darii. C. ³³ ipsorum) principum Ioniae & Aeolidis. ³⁴ extincto) sublato vel hostium ferro vel inopia. ³⁵ ipsos) Principes Ion. & Aeolid. ³⁶ potestate expulsos) imperio exutos & cedere coactos. Herodot 4, 137. *malle enim singulas civitates popularem, quam tyrannicum statum*. C. ³⁷ poenas daturus) Poenas dare non notat aliquem punire, sicut dicimus, *plagas dare*. Sed *poenas alicui dare* est, ab aliquo puniri. Ratio huius locutionis est, quia *dare* aliquando idem notat, quod *pati*. Nemesianus Cynegetico v. 203. *multamque cones discrimine nullo Dant stragem*: id est, patiuntur. Plura exempla ibi notavit Barthius. ³⁸ ceterorum) Miltiadis & qui Miltiadem sequerentur.

hil

hil putet ipsis utilius, quam ³⁹ confirmari regnum Persarum. Huius cum sententiam plurimi essent secuti, Miltiades non dubitans, ⁴⁰ tam multis consciis ad regis aures ⁴¹ consilia sua perventura, ⁴² Chersonesum reliquit, ac rursus ⁴³ Athenas demigravit. Cuius ratio etsi ⁴⁴ non valuit, tamen ⁴⁵ magnopere est laudanda: cum ⁴⁶ amicior omnium libertati, quam suae fuerit dominationi.

IV. Darius autem, cum ex ¹ Europa in Asiam redisset, hortantibus ² amicis, ut Graeciam redige-

³⁹ confirmari) stabile ac salvum esse. ⁴⁰ tam multis) id est, dum tam multi audiverant & norant, quae praesentibus omnibus proposuerat. Sic & infra 10, 8, 3. *Res multis consciis, quae gereretur, elata.* ⁴¹ consilia) de ponte rescindendo, & de agitata prodicione. ⁴² Chersonesum reliquit) Darium ergo per Thraciam in Scythas moventem secutus erat, ut Chersonesi dominus, non tanquam civis Atheniensis. C. ⁴³ Athenas) in urbem Graeciae inter Macedoniam & Achaiam. vid. Tab. II. ⁴⁴ non valuit) frustra fuit. ⁴⁵ magnopere est laudanda) Ita statuit Nepos ex odio in reges Romanis congenito. Nam utcunque consilium Miltiadis laudatur, iniustum tamen erat, & contra fidem regi Dario datam. C. ⁴⁶ amicior) studiosior in asserenda libertate suorum, quam in conservanda propria potestate. Melius certe populo voluit esse quam sibi & regi. Conf. 9, 5. 2.

Cap. IV. ¹ ex Europa in Asiam) non pristina via, sed ex Sesto Hellepontum navibus traiciens *Herodot. 5, 143.* Reliquit tum ducem Megabyzum cum exercitu, qui Macedoniam Persis vestigalem fecit. *Curt. 5, 8. n. 16. Justin. 7, 3. Herodot. 5, 1. & 98. C.* ² amicis) satrapis consiliariis, adiutoribus rerum gerendarum & gratia Regis valentibus, vide in Eumene c. 2. n. 4. C.

ret in suam potestatem, classem quingentarum navium comparavit, ³ eique ⁴ Datim praefecit, & ⁵ Artaphernem; hisque ducenta peditum millia & decem ⁶ equitum dedit: causam ⁷ interserens, se hostem esse Atheniensibus, ⁸ quod eorum auxilio ⁹ Iones ¹⁰ Sardes ¹¹ expugnassent, ¹² suaque ¹³ praesidia interfecissent. Illi praefecti regii, ¹⁴ classe ad ¹⁵ Euboeam appulsa, ¹⁶ celeriter ¹⁷ Eretriam ceperunt, omnesque eius gentis cives abreptos in Asiam ad ¹⁸ regem miserunt. Inde ad

³ eique) classi scilicet, id est navium multitudini. ⁴ Datim) Medum genere. Herodot. 6, 49. C. ⁵ Artaphernem) fratrem Darii. Inst. 2, 10. ⁶ decem equitum) scilicet millia. ⁷ interserens) interponens, ut est 2, 7, 1. Rumorem sicut semen spargi curabat, praetextus hic erat belli. ⁸ quod) eo quod, vel quia. ⁹ Iones) Incolae Ioniae provinciae Asiae minoris. vid. Tab. III. ¹⁰ Sardes) Sardes, iuxta, metropolis erat Lydiae, Croesi regia, cuius etiam mentio fit in sacris, Apoc. 3, 1. vid. Tab. III. ¹¹ expugnassent) Aristagoras, Milesiorum tyrannus, auxilio Atheniensium & Eretrienarium, ut ultione repellerent, quae Ionibus intentabant Persae, Sardes expugnavit & exussit. Herodot. 5, 99. & 7, 8. C. ¹² suaque) Darii, qui Sardibus Artaphernem antea praefecerat. ¹³ praesidia) id est, milites praesidiarios tuendae urbi impositos. ¹⁴ classe appulsa) id est, post classem appulsam, seu postquam classis appulsa est. ¹⁵ Euboeam) insulam maris Aegaei, hodie Negropontem quae a Graecia freto non adeo lato erat avulsa, quod Euripus vocatur. ¹⁶ celeriter) triduo, aut, ut alii tradunt, septem dierum intervallo. ¹⁷ Eretriam) urbem Euboeae. Vid. Tab. II. ¹⁸ regem) Darium; qui mortem suis minatus erat, nisi captivos duci curarent Eretrienarium Atheniensiumque. Nam mos ille fuit antiquus, subactas regiones vacuas incolis facere &

9 Atti-

¹⁹ Atticam accesserunt, ac suas copias in campum ²⁰ Marathona ²¹ deduxerunt. ²² Is ²³ abest ab ²⁴ oppido circiter ²⁵ millia passuum decem. **3** ²⁶ Hoc tumultu Athenienses tam propinquo, tamque magno permoti, auxilium nusquam, nisi ²⁷ a Lacedaemoniis, petiverunt: ²⁸ Philippi-

captivos alio transferre. conf. Curt. 5, 5, 5. ¹⁹ Inde ad Atticam) quia Athenienses viginti naves auxilio miserant Ionibus, socii illorum in expugnandis Sardibus. Herod. c. 1. C. ²⁰ in campum Marathona) Herodoto 6, 102. *μαρθῶν* dicitur; Plinio 4, 7. locus Marathon: Stephano & Pausaniae Att. p. 31. *δῆμος*, (al. pag. 9.) singulari apud Athenienses notione. Erat enim campus, sed habitatus, & qui in Tetrapoli Attica ab eodem Stephano numeratur. Adde Meursii Reliqua Attica cap. 8. C. Notetur hic accusativus Graecus, & quod hoc campo Marathone, Marathoniaque pugna hic descripta sit nihil in tota antiquitate clarius. ²¹ deduxerunt) duce Hippia, Pisistrati tyranni filio. Herodot. 6, 102. & 107. C. ²² is) campus Marathonus. ²³ abest) distat. Sic Plautus Aulul. 2, 8, 10. dixit prope abesse ab aliquo, id est, non procul abesse vel remotum esse. Vid. Parei Lexicon Criticum pag. 1002. seq. ²⁴ oppido) Athenarum. Eodem modo a Graecis eadem urbs absolute vocatur *ἄστυ*. ²⁵ millia passuum decem) quae faciunt duo milliaria Germanica cum dimidio. Passus autem Geometricus constat quinque pedibus. ²⁶ tumultu) id est, hoc ingruentis belli terrore. ²⁷ a Lacedaemoniis) suis tunc foederatis; Sed illi post pugnam demum venerunt. ²⁸ Philippidemque cursorem) Polluci 3, 30. est appellativum & muneris nomen. *Philippides* aequae ac *ἡμεροδρομος* in cursorum vocabulis positum: Herodoto 6, 105. proprium nomen est, leviter mutatum in *Philippidem* Ait enim: *Mittunt Spartam praeconem Philippidem*. C. conf. Plin. 7, 20.

dem-

demque cursorem eius generis, qui ²⁹ hemerodromi vocantur, ³⁰ Lacedaemon em miserunt, ut nuntiaret, ³¹ quam celeri opus esset auxilio. ³² Domi autem ³³ creati ³⁴ decem praetores, qui ⁴ exercitui praeessent: ³⁵ in eis Miltiades, inter quos magna fuit ³⁶ contentio, utrum ³⁷ moenibus se defenderent, an obviam irent hostibus,

²⁹ Hemerodromi) Livius 31, 24. Hemerodromos vocant Graeci, ingens die uno cursus emetientes spatium. C. cursores diurni, ab ἡμέρα, dies, & δρόμος, cursus, quibus opponuntur νυκτιδρόμοι, cursores nocturni. Vid. Henr. Stephan. Schediasm. 4, 2. ³⁰ Lacedaemonem miserunt) Hoc iter mille centum quadraginta stadiis definiunt, quod biduo confectum. Sed nihil ad pugnam auxilii miserunt Lacedaemonii, religionem caussati, qua sibi non liceret cum exercitu exire, antequam orbem compleffet luna. Pausan. Att. p. 26. Herod. 9, 106. Justin. 2, 9. C. ³¹ quam celeri) i. e. in quam celeri auxilio omne opus esset situm. ³² domi) intra moenia Atheniensium. ³³ creati) facti. ³⁴ decem praetores) στρατηγοί. Singulorum imperium erat unius diei per vices. Aristides, cum sua dies venisset, imperium tradidit Miltiadi, quem ceteri praetores secuti sunt, ut hic solus imperaret. Plutarch. Aristid. p. 321. Herodot. 6. c. 110. C. ³⁵ in eis) inter eos, ut supra praef. n. 1. ³⁶ contentio) certamen, dissensus, disceptatio propter diversas sententias. ³⁷ Moenibus se defenderent) intra urbem se tuerentur. Moenia hoc loco muros significant a muniendo dicta: alias ab eis distinguuntur & notant aedificia alicuius urbis. Hinc Florus 1, 4, 2. de Anco: Hic igitur & moenia muro amplexus est. Et Caesar B. C. 2, 16, 2. pene aedificata in muris ab exercitu nostro moenia. Adde Gronovium observ. 2, 12.

38 acieque 39 decernerent. 40 Vnus Miltiades maxime 41 nitebatur, ut 42 primo quoque tempore castra fierent. id si factum esset, & civibus 43 animum accessurum, cum viderent de eorum 44 virtute non desperari: & hostes 45 eadem re fore tardiores. si animadverterent, 46 auderi adversus se tam exiguis copiis dimicare.

V. ^I Hoc in tempore nulla civitas Atheniensibus

38 acieque) i. e. in acie ad pugnandum instructa. 39 decernerent) Decernere proprie etwas beschliessen: hic de proelio usurpatur, quia diindicat, utra parium maior sit, vel id, de quo pugnatur, accipere debeat. Hoc verbum etiam occurrit 18, 9, 6; & 23, 4, 1; nec non apud Caesarem & alios: Schottus tamen hic legit decertarent, quod & 23, 10, 4. legitur. 40 unus) solus, unicus. 41 nitebatur) suadendo eo allaborabat. 42 primo quoque tempore) sicut καίρῳ Graecis est ἐνκαιρία & nos dicimus das tempo in acht nehmen, quavis occasione, quae prima vice se offerret, arrepta. 43 animum access.) Caes. B. C. 3, 72. Tantum fiduciae ac spiritus Pompeianis accessit. Eo maiorem fiduciam sui habet miles, quo plus spei in eo ponitur. 44 virtute) fortitudine, ut supra. 45 eadem re) eadem de causa. Vid. quae supra c. 2. 3. de formula quibus rebus notavimus. 46 auderi) passive & impersonaliter. conf. Vell. 2, 56. Liv. 21, 4; & 35, 35. Promta audacia formidolosos reddit alios.

Cap. V. ^I hoc in tempore) Non male in abundat, quod, quoties omissum est, subauditur. Pari modo abundat in Plaut. Cap. 1, 2, 64; Ter. And. 4, 5, 24; Suet. Tib. c. 60; & Claud. c. 18.

2 auxilio fuit praeter 3 Plataeenses. 4 ea 5 mille
mifit militum. Itaque horum adventu 6 decem
millia armatorum completa sunt: quae 7 manus 2
mirabili 8 flagrabat pugnandi cupiditate. quo
factum est, ut plus, quam 9 collegae, Miltiades
valuerit; eius enim auctoritate 10 impulsu Athe-
nienses copias ex urbe eduxerunt, 11 locoque
idoneo castra fecerunt. deinde postero die sub

2 auxilio fuit) i. e. auxilium praestitit. 3 Plataeenses) Plataea a lata planitie dicta Boeotiae civitas, quae a Thebanis vexata, in clientelam se Atheniensium dederat. Herodotus 6, 108. C. Vid. Tab. III. 4 ea) scil. Plataeensium civitas. 5 mille militum) Latine, ut Gellius 1, 16. probavit. (ein tausend) Sic Cicero pro Mil. c. 20; & noster in Datame c. 8. mille hominum. Horatius Satyr. 2, 3, 197. mille ovium. Adde Torrentium ad Horat. Satyr. 1, 6, III. C. 6 decem millia) Hunc numerum ut complerent, etiam servos manu miserunt. Pausan. Attic. p. 31; Achaic. p. 220. C. 7 manus) copia militum. Vide supra ad c. 1, 4. 8 flagrabat) valde cupiebat in pugnam progredi. conf. Iustin. 2, 9, 11. Verba flagrare, ardere, & similia magnum affectum notant. Sic flagrare amore, odio, ira. 9 collegae) reliqui creati Praetores, qui lenta consilia secuti pugnam dissuaserant. Vid. c. 4. n. 4. & 5. C. 10 impulsu) quasi omni vi permoti. Valet enim in consiliis auctoritas plurimum, Quintil. 3, 10. 11 locoque idoneo) in campo Marathone, qui, quamquam totus videbatur ad equitandum peropportunus, ut Herodotus 6, 102. auctor est; tamen in illo eam Miltiades partem suis castris & pugnae elegit, quae arborum raro tractu hostis equitatum impediret. C.

¹² montis radicibus, acie ¹³ e regione instructa, ¹⁴ nova arte, ¹⁵ vi summa proelium ¹⁶ commiserunt. namque ¹⁷ arbores multis locis erant raras, hoc consilio, ut & montium ¹⁸ tegerentur altitudine, & arborum ¹⁹ tractu equitatus hostium impediretur, ne multitudine ²⁰ clauderentur. **4** Datis, etsi non locum ²¹ aequum videbat suis, tamen ²² fretus numero copiarum suarum configere cupiebat: eoque magis, quod, priusquam

¹² sub montis radicibus) ad ima montis, in imis montis partibus. Metaphora desumpta a plantis vel arboribus, qua etiam utitur Florus 2, 3, 7. sub imis Alpium radicibus, & 3, 20, 4. ad imas Vesuvii radices. ¹³ e regione) ex adverso, gegen über. ¹⁴ nova arte) invento prorsus singulari & e re nata celeriter reperto. Consilium novum vocat. 18, 8, 4; & Florus 4, 2, 32. ¹⁵ vi summa) per vires vimque pugnantium militum. ¹⁶ commiserunt) id est, praeliati sunt, haben sie das treffen geliefert. Sic praelium conferere, Liv. 21, 4: inire, ibidem c. 12; edere, ibid. c. 29. ¹⁷ arbores raras) sparsae, dünne. Sunt qui satae vel stratae malunt, quia sequatur hoc consilio, quod naturae opponatur. Sed & raras saluum est, quod raritas admittat quidem equitatum, discursum autem liberiolem impediatur. Hoc naturae opus ad consilium traxit Miltiades. C. 18 tegerentur) ipsi scilicet Athenienses cum sociis defenderentur. ¹⁹ tractu) i. e. longa serie, von dem langen striche des geholzes, arbores tractim enatae Miltiadi subsidium, hosti obstaculum attulerunt. Saltus Marathonii meminit Pausan. lib. I. ²⁰ clauderentur) Si nempe longe plures equites simul omnibus locis irruere potuissent. ²¹ aequum) planum, commodum. Germ. der ort war ihnen eben nicht vortheilhaftig. Spatium ibi erat suis angustius & periculosius. ²² fretus numero cop.) satis confusus multis copiis. ²³ Lace-

23 Lacedaemonii subsidio venirent, dimicare utile arbitrabatur. Itaque in aciem ²⁴ peditum centum, equitum decem millia produxit, proeliumque commisit. In quo tanto plus ²⁵ virtute valuerunt Athenienses, ut ²⁶ decemplicem numerum hostium profligarent: adeoque perterruerunt, ut Persae non castra, sed ²⁷ naves peterent. ²⁸ Qua pugna nihil ²⁹ adhuc est nobilius. nulla enim unquam tam exigua ³⁰ manus tantas ³¹ opes prostravit.

fuis. 22 priusquam Lacedaemonii) Vide dicta ad c. 4. n. 3. Sero enim & post pugnam venerunt Lacedaemoniorum auxilia, cum ante plenilunium nolent educere exercitum. Herodot. 6, 120. C. 24 peditum centum) scil. millia; alterum tantum integrum reliquit. v. supra cap. 4, 1. 25 virtute) virtute scil. bellica seu fortitudine. 26 decemplicem numerum) decies maiorem multitudinem. Hinc viros, inde pecudes putares, ait Iustinus 2, 6, 12. Pausan. Messen. pag. 135. circiter triginta myriades Medorum occidebantur ab illis, qui decem millia conficiebant. 27 naves peterent) Nihilominus post acceptam cladem Sunium praeterveffi, Athenas oppugnatum ibant: sed aequae Miltiadis celeritate & solertia reiecti sunt. Herodot. 6, 116. Frontin. 4, 7, 43. C. Ex navibus, in quas confugerunt, multae suppressae, multae captae. v. Iustin. l. c. 28 qua pugna nihil est nob.) id est nobilissima haec est pugna & victoria celeberrima, teste Plutarcho a trecentis auctoribus descripta. 29 adhuc) huc usque, ad hoc usque tempus. Germ. noch zur zeit, bis hieher, bis dato. Eadem significatione usus Caes. B. G. 2, 32. & 3, 57. Terent. Phorm. 3, 1, 15. &c. 30 manus) copia seu portio militum. 31 opes) Nimirum nimiae opes magnae iacturae locum faciunt. Curt. 4, 11, 8. Adhibetur haec vox de Cornel. Nep. B ^I Cuius

VI. ¹ Cuius victoriae non ² alienum videtur, quale praemium Miltiadi sit tributum, docere, quo facilius intelligi possit, eandem omnium ³ civitatum esse ⁴ naturam. Ut ⁵ populi nostri honores ⁶ quondam fuerunt ⁷ rari & tenues, ob eamque causam gloriosi; nunc autem ⁸ effusi atque ⁹ obsoleti: sic olim apud Athenienses fuisse reperimus. namque huic Miltiadi, qui Athenas, totamque Graeciam liberavit, talis honor tributus est in porticu, quae ¹⁰ Poecile vocatur,

piis & toto apparatu bellico aliisque rebus, quae ad bellum gerendum spectant. Notum est oraculum Croeso Lydorum regi datum, quod latine versum extat apud Cicer. de Divin. 2, 56. *Croesus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim. 32 prostravit) protrivit, su boden gelegt.*

Cap. VI. ¹ Cuius victoriae) ad hunc genitivum refert praemium. Sensus est: Non praeter rem videtur docere, i. e. referre, exponere, quale praemium huius victoriae sit secutum. ² alienum) non ineptum, intempestivum, vel incommodum hoc loco; graecum ἀσκοπος vel ἀλλότριον idem valet. ³ naturam) conditionem, consuetudinem, ingenium. ⁴ populi nostri) scilicet Romani. ⁵ honores) virtutum praemia, dona militaria. ⁶ rari & tenues) non cuivis, nec saepe, nec splendide obveniebant. ⁷ effusi) in quoscunque delati, immoderati & nimis frequentes. Metaphora desumitur ab aqua, quod ubique effunditur. ⁸ obsoleti) crebritate sua aut exsuperante aliorum magnitudine vilescentes. Sic Curt. 9, 1. ⁹ Poecile) Pausan. Attic p. 14. a πικτήρις (quas ibidem ordine recenset) porticus Athenis vocatur Poecile, hoc est varia. Prius dicta fuit πλησιανὰ κλισίαι, Plutarch. Cimol. f. 480. Depicti autem duces erant tam Graecorum quam hostium. Plin. 35, 8. extr. C.

cum pugna depingeretur ¹⁰ Marathonia: ut in
¹¹ decem praetorum numero ¹² prima ¹³ eius
 imago poneretur, isque ¹⁴ hortaretur milites,
 proeliumque committeret. Idem ille populus, ⁴
 posteaquam ¹⁵ maius imperium est nactus, &
¹⁶ largitione ¹⁷ magistratum ¹⁸ corruptus est,
¹⁹ trecentas statuas ²⁰ Demetrio Phalereo ²¹ de-
 crevit.

¹⁰ Marathonia) denominata a campo Marathone.
 vide caput anteced. A Panaeo autem, fratre Phidiae,
 pictum id proelium, ut Plinius notat H. N. 35. 8; ubi
 & quos duces in eo pinxerit, narrat. ¹¹ decem prae-
 torum) electorum ab Atheniensibus. Vid. cap. 4. n. 4.
¹² prima) primo loco, vel ita, ut primum in oculos cade-
 ret. ¹³ eius) Miltiadis pictura, quam imitatus postea
 Chabrias est, de quo infra 12, 1, 3. ¹⁴ hortaretur)
 more imperatorum, qui ante proelium oratione exci-
 tabant militum virtutem. ¹⁵ maius Imperium) Hoc
 ambitionis nutrimentum est. Crescunt cum ipsa impe-
 rij magnitudine vitia, Florus 2, 19, 1. Utrique po-
 pulo ea materies omnium malorum. Sallust. Catil. cap.
 10. Quanto rerum minus, tanto minus cupiditatis fuit.
 Livius praefat. ¹⁶ largitione) donis ad obtinendum
 munus datis. ¹⁷ magistratum) earum personarum,
 quae magistratus libenter ambiebant ¹⁸ corruptus)
 depravatus. ¹⁹ trecentas statuas) Strabo 9. pag. 274.
 plures trecentis. Plinius 34, 6. Nulli arbitror plures
 statuas dicatas, quam Phalereo Demetrio Athenis. Laer-
 tius refert 5. 5. trecentas sexaginta; Et Varro totidem,
 quot lucas habet annus absolutus. vid. Voss. de Hist.
 Graec. 1, 12. C. ²⁰ Demetrio Phalereo) Philosophus
 ait, Theophrasti discipulus. Cic. Off. , 1. Strab. 9
 pag. 274. a Cassandro Athenis praefectus, tot statuis
 honoratus est, quod popularem statum correxit potius,
 quam evertit. Sed deiectae hae statuae sunt, Cassandro
 sortuo, iploque Demetrio propter inimicorum invi-

VII. Post hoc proelium classem septuaginta navium Athenienses eidem Miltiadi dederunt, ut ¹ insulas, quae ² barbaros adiuverant, bello persequeretur. ³ quo imperio ⁴ plerasque ⁵ ad officium redire coegit, nonnullas ⁶ vi expugnavit. Ex his ⁷ Parum insulam ⁸ opibus elatam, cum ⁹ oratione reconciliare non posset; copias e navibus eduxit, urbem ¹⁰ operibus clausit, omnique ¹¹ commeatu privavit: deinde vineis ¹² ac testudinibus constitutis, propius muros ac-

diam in Aegyptum fugiente. Strabo c. l. adde 19, 3, 1. C. ²¹ decrevit) subaudi ut ipsi (Demetrio Phalereo) cives ponerent. C.

Cap. VII. ¹ insulas) incolas insularum maris Aegaei, Cycladum. Vid. Tabul. II. ² barbaros) Persas in bello contra Graecos C. ³ quo imperio) id est dum fungebatur hac praefectura classis. ⁴ plerasque) insulas earumque inhabitatores. ⁵ ad officium) obsequium, quo Atheniensibus erant obstricti. ⁶ vi) id est manu armata. ⁷ Parum insulam) maximam Cycladum & felicissimam, auctore Ephoro historico apud Stephanum Byzantium: marmoribus divitem, unde opes erant, quibus elata fuit C. ⁸ opibus elatam) superbam propter divitias & magnificentiam suam, quae augebantur ex copiose divendito lapide Pario seu marmore. ⁹ oratione reconciliare) Io. Fr. Gronovius Observ. 2, 10. mavult ratione, sicut Velleius dixit 1, 9. ratione magis, quam vi persuasit. C. Ter. Eun. 4, 7, 19. Omnia prius experiri verbis, quam armis, sapientem decet. ¹⁰ operibus clausit) fossa, vallo, aggere, turribus cinxit, circumdedit. Livius 37, 5. non corona, sed operibus oppugnare urbem est adortus. C. ¹¹ commeatu) annonae subvectu, ut inopiam domaret; er hat alle zuzufuhr abgeschnitten, alle pässe gesperrt. ¹² vineis ac testudinibus) machinis bellicis contextis cessit

cessit. Cum iam ¹³ in eo esset, ut ¹⁴ oppido
 potiretur, procul in ¹⁵ continenti ¹⁶ lucus, qui
 ex insula conspiciebatur, nescio ¹⁷ quo casu, no-
 cturno tempore ¹⁸ incensus est, cuius flamma
¹⁹ ut ab oppidanis ²⁰ & oppugnatoribus est visa,
²¹ utrisque venit in opinionem, signum a
²² classariis regis ²³ datum. ²⁴ quo factum est, ut ⁴
 & ²⁵ Parii a deditioe ²⁶ deterrentur, & Miltia-

tabulatis aut scutis, *Sturm- und schild-dächer*. Ad Lip-
 sium Poliorcet. 1, 7 & 8. & Veget. 4, 14 & 15. C. ¹³ in eo
 esset) scil. obsidio, in eo temporis & laborum puncto:
 als es darauf stunde, ¹⁴ oppido) quod toti insulae im-
 perabat. ¹⁵ continenti) Asiae minoris oppositae, in
 terra firma, quae insulae & peninsulae contradistingui-
 tur, *auf festem lande*. Vox terrae additur infra 2, 3, 2.
¹⁶ lucus) silva quaedam amoenior, arboribus densis
 & proceris confita & Diis sacra. ¹⁷ quo casu) fortuito
 & inopinato eventu. De huiusmodi casibus vide Forst-
 ner. Observat. ad Tacit. Annal. 1. p. 93 seq. ¹⁸ in-
 census est) aliter Pariae obsidionis causam Herodotus
 narrat 6, 134. ex traditione Pariorum; ac Ephorus
 apud Stephanum Byzantium in Paros cum nostro con-
 sentit. C. ¹⁹ ut) id est postquam vel cum. conf. 14, 3, 4;
 25, 10, 1; & c. ²⁰ oppugnatoribus) Miltiadis copiis ur-
 bem obsidentibus. ²¹ utrisque) Utrique, Parii & Athe-
 nienses oppugnati sunt; *es ist beyden theilen die meinung
 beygekommen*. ²² classariis) qui in classe seu navibus
 regis Persarum erant. ²³ datum) scilicet esse. De tali
 signo ignis Vegetius 3, 5. ait: Per noctem flammis, per
 diem fumo significari sociis, quod aliter nunciari non pot-
 est. Exempla vide in Caes. B. G. 5, 48; & 8, 3. ²⁴ quo)
 neutrius generis, pro qua re vel quibus rebus. Vide
 supra cap. 2. not. 18. ²⁵ Parii) incolae insulae Pari.
²⁶ deterrentur) metuerant sibi a Persis, si Graecis
 se dedissent. C.

des ²⁷ timens, ne classis regia adventaret, ²⁸ incensis operibus, quae statuerat, cum totidem navibus ²⁹ atque erat profectus, Athenas magna
5 cum ³⁰ offensione civium suorum rediret. Accusatus ergo ³¹ proditionis, quod cum Parum expugnare posset, ³² a rege ³³ corruptus ³⁴ infectis rebus ³⁵ a pugna discessisset. Eo tempore aeger erat vulneribus, ³⁶ quae in oppugnando oppido acceperat. Itaque, quoniam ipse ³⁷ pro se dicere non posset, ³⁸ verba pro eo fecit frater eius Tisagoras. ³⁹ Causa cognita, ⁴⁰ capitis

²⁷ timens) Terror fuit Panicus, qui hominibus mentem confusamque eripit, Hirt. B. Alex. c. 18. Vana eiusmodi pro veris maxime in bello valere, ait Livius 34, 12. ²⁸ incensis operibus) multum lignorum in vallo & aggerere erat, quibus urbes obsidebantur: turres totae lignae, etiam machinae μηχανήματα, quibus Ephorus Miltiadem usum in hac oppugnatione tradit. C. ²⁹ atque) quam vel quot, als. ³⁰ offensione) indignatione, saecensione. Malevolis per errorem suum occasionem ad nocendum sibi praestitit. ³¹ proditionis) crimine proditionis a Xantippo Ariphronis filio. ³² rege) Persarum scil. qui Graecis κατ' ἐξοχήν Rex audiebat. ³² corruptus) precio vel praemio, sumto depravatus, verblendet, bestochen. ³⁴ infectis) i. e. rebus non rite peractis, ³⁵ a pugna disc.) oppugnatione irrita abiisset & obsidionem solvisset. ³⁶ quae acceperat) Herodotus hanc causam affert, luxatum fuisse femur, cum desiliret ex solurio vel maceria. ³⁷ pro se dicere) respondere in iudicio, quae ad sui excusationem pertinebant. ³⁸ verba pro eo fecit) Argumentum defensionis dicit Herodotus 6, 136. fuisse victoriam Marathoniam & Lemni occupationem. ³⁹ causa cognita) facta disceptatione iudiciaria, nachdem seine sache zum rechtlichen erkenntnis gekommen.

absolutus, pecunia multatus est, eaque 4¹ lis 4² quinquaginta 4³ talentis aestimata est, quantus in classem sumtus factus erat. Hanc pecuniam 4⁴ quod 4⁵ solvere non poterat, 4⁶ in vincula publica coniectus est, ibique 4⁷ diem obiit supremum.

Hic etsi crimine ¹ Pario est accusatus, tamen VIII. alia fuit caussa ² damnationis. Nam Athenienses propter ³ Pisistrati ⁴ tyrannidem, quae ⁵ paucis annis ⁶ ante fuerat, omnium suorum civium

40 capitis) a poena capitis s. vitae. 41 lis aestimata) i. e. caussa, de qua lis fuerat, in summam redacta est. 42 quinquaginta) Ita etiam Herodotus c. 1. & Plutarchus Cimone s. 180 C. 43 talentis) i. e. triginta milibus aureorum seu coronatorum. 44 quod) eo quod vel quia, ut supra c. 4, 1. 45 solvere) dare ut debito liberaretur. 46 in vincula publ.) Etiam ob crimen *peculatus*, quod pecuniam publicam in usus suos vertisset, in carcerem coniectus legitur apud Iustinum 2, 15, 19; & Senecam controv. 9, 1. 47 diem obiit supremum) sc. vitae; i. e. vitam finiit, *er hat seinen letzten lebens-termin erreicht.* Sepulcri monumentum accepit in Marathone, ubi Persas vicerat, separatim a ceterorum, qui ibi ceciderant, tumulis. Pausan. in Attic. f. 31. Gr. C.

Cap. VIII. 1 crimine Pario) hoc in eo consistebat, quod cum Parum insulam expugnare potuisset, obsidionem tamen omisisset. 2 damnationis) dum damnatus est in multam & vincula. 3 propter Pisistrati) De Pisistrato primo Reipubl. Atheniensium evertere Herodotus 1, 59. Aristoteles Rep. 5, 5. Iustin. 2, 8. C. 4 tyrannidem) perpetuam & nimiam potestatem in republica libera: *ungebundene herrschaft über ein freyes volk.* 5 paucis annis ante) ipse filius Pisistrati Hippias, patrem ulturus, Persas in campum Marathona deduxit, Herodot. 6, 107. supra c. 4. n. 2. C. 6 ante) id est: *antea*; ante Miltiadis insignem virtu-

2 potentiam ⁷ extimescebant. Miltiades multum in imperiis magistratibusque ⁸ versatus, non videbatur posse esse ⁹ privatus, praesertim cum ¹⁰ consuetudine ad imperii cupiditatem ¹¹ trahi ³ videretur. Nam ¹² Chersonesi omnes illos, quos habitarat annos, perpetuam obtinuerat dominationem, ¹³ tyrannusque fuerat appellatus, sed ¹⁴ iustus: non erat enim ¹⁵ vi consecutus, sed ¹⁶ suorum ¹⁷ voluntate, eamque potestatem ¹⁸ boni-

tem & gloriam. ⁷ extimescebant) suspectam habebant. Notetur hic vulgi ingenium, quod suspicax est. ⁸ versatus) in militaribus & civilibus dignitatibus exercitatus. ⁹ privatus) absque imperio & imperandi cupiditate & absque ambitione. Apud Livium 2, 2. extat: *Nescire Tarquinius privatos vivere.* Apud Iustinum 38, 8, 4. *Demetrius privatam vitam pertaesus, &c.* ¹⁰ consuetudine) quae dedisci non potest, & est velut altera natura. ¹¹ trahi) Haec vox de affectibus aliquid appetentibus usurpatur, ut trahi laude, est libenter velle laudari. Sic & hic trahi ad cupiditatem imperii est imperatoris munus sedulo appetere. ¹² Chersonesi) id est in agris s. terra Chersonesi, sc. Thraciae, v. Tab. II. Ordo: *Nam Miltiades omnes illos annos, quos Chersonesi habitarat, perpetuam &c. conf. 1, 3, 5.* ¹³ tyrannusque) ein ungebundner Herr, Herodot. 4, 137. Μιλτιάδεω τυραννέωντος Χερσονησιωτέων, & 6, 36. ἐτυράννευε. Tyranni vox proprie quemvis notat imperantem. Quum autem plures imperio suo abuterentur, coepit haec vox in malo significato adhiberi, & notat dominum crudelium. ¹⁴ iustus) qui potestate sua recte utebatur. τυράννος κατὰ νόμον, ut Aristoteles Politic. 3, 3. loquitur. ¹⁵ vi consecutus) subaudi dominationem: ut tyranni vim adhibentes consequuntur. ¹⁶ suorum) eorum, cum quibus, & a quibus erat missus. ¹⁷ voluntate) voluntate

tate retinuerant. Omnes autem & habentur
& dicuntur ¹⁹ tyranni, qui ²⁰ potestate sunt per-
petua in ea ²¹ civitate, quae libertate usa est. Sed 4
in Miltiade erat cum summa ²² humanitas, tum
mira ²³ comitas, ut nemo tam humilis esset, cui
non ad eum ²⁴ aditus pateret: magna auctori-
tas apud omnes civitates, nobile nomen, laus
rei militaris maxima. Haec ²⁵ populus respi-
ciens, maluit eum ²⁶ innoxium ²⁷ plecti, quam
se diutius ²⁸ esse in timore.

taria concessione & benevolentia. 18 *bonitate*) i. e. le-
nitate, modestia & moderati imperii aequitate. 19 *ty-*
ranni) appellatione hac in deteriorem partem accepta.
20 *potestate*) id est *in* vel *cum potestate*, quam retinent,
exercent, usurpant. 21 *civitate, quae libertate*) vide-
tur clam sua tempora notare, hoc est dominationem
Caesaris. C. 22 *humanitas*) facilitas & mansuetudo,
quae vultu, sermone & officio declaratut. 23 *comitas*)
suavitas morum, popularitas & civilitas cultus gestus-
que externi. 24 *aditus pateret*) Dum se nimis affabi-
lem atque accessu facilem praebuit, altiora spirare visus
est: Ipsas quoque virtutes in partem criminis rapuit
suspicio. 25 *populus respiciens*) dum praeclara haec
omnia, quae iam recensuit, tanquam regnandi causa
augebant suspicionem. 26 *innoxium*) quantumvis in-
nocentem, nec satis idoneo colore damnatum. Itaque
iniustum ingratorum hominum factum speciem utilita-
tis praetulit honestati. 27 *plecti*) affici multa, ob
quam Miltiadi in vinculis erat moriendum, dum su-
perabat opes. 28 *esse in timore*) ne scilicet Miltiades
republicam & democratiam Atheniensem aboleret
& ad monarchiam tenderet. Timor iniuriae causa
fuit, conf. 2, 8, 1.

II.

THEMISTOCLES.

ARGUMENTVM.

1. Themistocles exhaeredatus propter liberio rem vitam, totum se, vitiis emendatis, reipublicae dat.
2. Bello Corcyraeo praetor, mox classem populo novam fieri persuadet, utilem postea bello Persico, quo ipse Apollo moenia lignea lapideis praeferebat.
3. Spartanis ad Thermopylas deletis pugnatum pari proelio ad Artemisium:
4. & iuxta Salaminem Persae dolo ad pugnam coacti superantur:
5. & nuntio magis quam armis rex Europa pellitur.
6. Confecto bello Piraenum condit Themistocles & muros reficit, indignantibus Spartanis.
7. quos ille arte elusos, acriter reprehendit, Lacedaemonem profectus.
8. Tandem invidia in exilium eiektus, & a Spartanis accusatus proditoris, cum haud tutus in Corcyra & Molosside esset, Ephesum fugit,
9. indeque ad Artaxerxem venit, cui literis se primum,
10. deinde sermone Persico insinuat, & reditus quarundam urbium impetrat; Magnesia mortuus, in Attica clam sepelitur.

Themistocles ¹ Neocli filius Atheniensis. **H**uius ² vitia ineuntis adolescentiae magnis sunt ³ emendata ⁴ virtutibus: adeo ut anteferatur

¹ Neocli) pro Neoclis, cuius nominativus Neocles, Sed sic solent tales genitivos formare boni auctores, Oronti pro Orontis, Virgilius Aeneid. 1, 225. Moyfi, Sulpitius Severus 1, 17, 2. ² vitia ineuntis adolescentiae) luxus, incontinentia, amores. Aelian. Variar. Hist. 2. c. 12. Teleclides eum ἀββὸν, mollem & luxuriosum fuisse tradit apud Athenaeum. sub finem lib. 12. C. Conf. Valer. Max. 6, 9. ext. 2. compensata. ³ emendata) a mendis purgata. ⁴ virtutibus) aemulan-

huit

huic nemo, pauci pares putentur. Sed ab initio est ordiendum. Pater eius Neocles ⁵ generosus fuit. Is uxorem ⁶ Archarnanam ⁷ civem ⁸ duxit, ex qua natus est Themistocles, qui cum ⁹ minus esset ¹⁰ probatus parentibus, quod & ¹¹ liberius vivebat & ¹² rem familiarem negligebat, a patre ¹³ exhaeredatus est. Quae ¹⁴ contumelia non ¹⁵ fregit eum, sed ¹⁶ erexit. Nam cum iu-

do Miltiadem, cuius tropaeis a somno dicitur excitatus. v. Cicer. Tusc. 4, 19. Plutarch. p. 113. C. Similis mutationis exempla sunt in Val. Max. 6. c. 9. & Macrob. Saturn. 2, 9. 5 generosus) genere quidem nobili oriundus, sed nullis factis heroicis clarus. 6 Acharnanam) ita plures MSS. libri: vulgo Halicarnassiam, cui Neanthes apud Plutarchum favet Acharna autem, sive Acharnae, pagus Atticae. Pausanias Att. fol. 31. Adde Stephanum de Urbib. C. 7 civem) de femina h. l. ein stadt-kind, bürgers-tochter. 8 duxit) geheyrathet, heimgeführt. Ducebant enim viri in suam domum novas suas sponsas post peractas nuptias. 9 minus) eleganter ponitur pro non. 10 minus probatus) improbo & maligno animo filius, contrarius, contumax, 12 liberius) pete id expositum ex Aeliano l. 2, 12. C. 12 rem familiarem negligebat) non curabat augere opes, bona, divitias, & alia, quae ad stabiliendam familiam pertinent, sed erat luxuriosus & prodigus. 13 exhaeredatus est) abdicatus est. Ita Aelianus c. l. Valer. Maxim. 6, 9, 2. Senec. Controv. I 8. p. 1. Quintil. Declam. 279. & 290. Plutarcho soli p. 112. figmentum videtur. C. 14 contumelia non fregit) exheredationis ignominia erectum animum eius non deiecit, non imminuit. Curt. 7, 2, 38. incitabat virtutem ignominiae demendae cupido. C. 16 Erexit) excitavit, hat ihn aufgemuntert.

dicasset, sine summa ¹⁷ industria non posse
¹⁸ eam ¹⁹ exingui, totum ²⁰ se dedit ²¹ reipu-
 blicae, diligentius amicis, ²² famaeque serviens.
 Multum in iudiciis ²³ privatis ²⁴ versabatur,
 saepe in ²⁵ concionem populi prodibat, nulla
²⁶ res maior sine eo gerebatur, celeriterque, quae
 4 opus erant, ²⁷ reperiēbat. Neque minus ²⁸ in
 rebus gerendis promptus, quam excogitandis,
 erat, quod & de ²⁹ instantibus (ut ³⁰ ait Thu-

¹⁷ industria) alacritate & promptitudine ingenii & virium. ¹⁸ eam) subaudi contumeliam, quae infamem eum reddiderat. ¹⁹ exstingui) memoriam eius deleri, *gedämpfet, getilget werden.* ²⁰ totum se) omnes vires corporis & animi. ²¹ reipublicae) negotiis publicis tractandis, & studendo, ut aliquando utile reipublicae membrum fieri posset. ²² famaeque) sc. recuperandae. Sic enim Cicero Attic. 5. 10. *persuasum est omnibus meis serviendum esse famae meae.* ²³ privatis) in quibus lites privatae, quae inter privatos intercedebant, iudicabantur. ²⁴ versabatur) exercebat animum in iudicando; disceptationibus amicorum componendis saepe intererat. ²⁵ concionem) *Concio a conciendo* dicta notat congregationem populi ad res civitatis suae deliberandas. In quibus congregationibus quum saepissime orationes haberentur, usus deinde obtinuit, ut orationes etiam conciones dicerentur. ²⁶ res maior) res maioris momenti in belli pacisque negotiis. ²⁷ reperiēbat) facultas haec extra dilationes reperiendi, quae ad rem sint, adeoque recte posse consulere, prudentiam viri politici constituit. ²⁸ in rebus gerendis promptus) promptitudo agendi & industria prudentiae associata perficit laudem viri civilis sive politici. Talis Agrippa apud Velleium 2, 79, 1. fuit per omnia extra dilationes positus, consultisque facta coniungens. ²⁹ instantibus) alias idem quod *de futuris, hoc loco de praesentibus iam iam impendentibus* cydi-

cydides) *verissime* ³¹ iudicabat, & de futuris *cal-*
lidissime ³² coniciebat. Quo factum est, ut bre-
vi tempore ³³ illustraretur.

¹ Primus autem gradus fuit capessendae rei- II.
publicae ² bello Corcyraeo: ad quod gerendum
³ praetor a populo factus, non solum praesenti
bello, sed etiam reliquo tempore ⁴ ferociorem
reddidit civitatem, nam cum pecunia publica,

bus dicitur. ³⁰ ut ait Thucydides) Thucyd. l. I. f. 92.
de Themistocle, quod de futuris optime coniecit &
praesentia enarrare & perficere potuerit. C. conf. Cic.
ad Attic. 10. 8. ³¹ iudicabat) statuebat, quod statuen-
dum erat, uti prudentis viri officium est. ³² conicie-
bat) tanquam vates divinabat; quam laudem Nepos
Attico etiam tribuit in eius vita cap. 9, 1; & Ciceroni
ibid. 16, 4. ³³ illustraretur) notus & celebris fieret,
dignusque haberetur, qui gereret magistratum.

Cap. II. ¹ Primus gradus cap. reip.) initium mune-
ris publici, quod suscepit. ² bello Corcyraeo) Ignotum
bellum. Herodotus 7, 144. & Plutarchus p. 113. Aegi-
neticum habent. Controversia quidem Corcyraeis cum
Corinthiis fuit, sed in ea Themistocles Corcyraeos non
fregit, sed arbiter (*αἰετὴς*) electus, pro Corcyraeis con-
tra Corinthios sententiam dixit. Plutarch. p. 123. C.
Corcyra autem insula est maris Ionii, quae hodie Vene-
tis subiecta est, & Corfu dicitur. Vid. Tab. II. ³ prae-
tor) a Romanis sumit hoc verbum auctor, & ad Grae-
cos transtulit. Nam apud illos plures Praetores crea-
bantur, & ex iis quidam cum imperio in provincias,
cum quibus bellandum erat, mittebantur: Sed prae-
tores urbani ius in urbe dicebant. ⁴ ferociorem) bellico-
sorem, fortiosem Curt. 7, 9, 18. cum ferocissimis gentium
de fortitudine certamen fuisse. Tac. Hist. 2, 24, 3. fero-
cissimos auxiliarium, id est, bellicosissimos. Liv. 3, 47.
strenue & ferociter facta. C.

quae ex ⁵ metallis ⁶ redibat, ⁷ largitione magistratum quotannis ⁸ interiret, ille persuasit populo, ut ex ⁹ pecunia classis ¹⁰ centum navium ¹¹ aedificaretur. Quae celeriter effecta, primum ¹² Corcyraeos fregit; deinde ¹³ maritimos praedones ¹⁴ confectando ¹⁵ mare tutum ¹⁶ reddidit. In quo cum divitiis ¹⁷ ornavit, tum etiam peritissimos ¹⁸ belli navalis fecit Athenienses. Id ¹⁹ quantae salu-

⁵ ex metallis) fodinis metallicis in Laurio monte, Thucyd. 2 p. 135. Herodot. 7, 144. Plutarch. p. 133. Adde Mausium de Fort. Att. cap. 7. C. 6 redibat) in fiscum publicum inferebatur. Inde reditus, die einkünfte. ⁷ largitione magistratum) domis largiter distributis a magistratibus, quae viritim denis in singulos puberes drachmis dividebant. Herodot. 7, 144. adde Plutarch. cit. loc. C. 8 interiret) consumeret. Sic §. 2. Instit. de usufructu dicitur, quod pecunia ipso usu extinguatur. ⁹ pecunia) quotannis distribuenda & sic interitura. ¹⁰ centum navium) Herodotus c. l. δικοσίας, ducentarum. C. 11 aedificaretur) i. e. efficeretur, aedificare proprie est aedes facere, domum exstruere. Catachrestice vero h. l. de navi adhibetur, ut & apud Hyginum fab. 277. Sed apud Iuvenalem Satyr. 6, 503. aedificare caput est eine fontange aufsetzen. ¹² Corcyraeos fregit) debilitavit, contudit; verius autem Aeginetas, quibus, cum classe valeret, pollices praecisi ab Atheniensibus; v. Cic. Off. 3, 11. ¹³ maritimos praedones) Valerius quoque Max. 6, 9, 15. piratas vocat maritimos praedones. C. ¹⁴ confectando) dum magno cum studio & labore conquirit ac persecutus est. ¹⁵ mare) scil. Aegaeum, quod infestum antea fuerat praedonibus. ¹⁶ tutum reddidit) vindicavit. Similia vide in Floro 3, 6, 11: & Curt. 4, 8, 15. ¹⁷ div. ornavit) instravit, quemadmodum ornari provinciae id est rebus necessariis instrui dicuntur. Supra 1, 2, 1. uno verbo dicitur:

ti fuerit universae Graeciae, bello cognitum est Persico. Nam cum ²⁰ Xerxes & mari & terra bellum ²¹ universae inferret Europae. ²² cum tantis eam copiis invasit, quantas neque antea, neque postea habuit quisquam. huius enim classis, ²³ mille & ducentarum ²⁴ navium longarum fuit, ²⁵ quam duo millia ²⁶ onerariarum sequebantur: terrestres autem exercitus septingentorum millium peditum, equitum quadringentorum millium fuerunt. ²⁷ Cuius de adventu cum ⁶ fama in Graeciam esset ²⁸ perlata, & maxime

locupletavit. 18 belli) in scientia belli gerendi. 19 quantae salutis) i. e. quam salutare. 20 Xerxes) Rex Persarum, Darii filius, qui Marathoniam cladem ulcisci voluit. 21 universae Europae) Hyperbole. Sic ipse Xerxes apud Herodotum 7, 8. ponte iuncturus Hellespontum exercitum ducam contra Graeciam. C. Conf. Curt. 5, 6, 1. 22 cum tantis copiis) immanes vocat Curtius 4, 8, 11. Va. Max 2, 6. ext. 1 ait: eum mare classibus, terram pedestri operuisse exercitu. Ex 3, 2. ext. 3 ideo vocat gravem & mari & terrae Xerxem, nec hominibus tantum terribilem, sed Neptuno quoque compedes & coelo tenebras minitantem. 23 mille & ducentarum) consentit in numero Isocrates Panathenaico. C. Alii alium habent numerum & navium & exercitus, qui omnem modum excedens fide indignus est. conf. Iustin. 2, 10, 18 seqq. & Plin. 33, 10. 24 navium longarum) triremes Isocrates vocat, hoc est, bellicas naves, quae onerariis opponuntur. Livius 25, 27. centum triginta navibus longis & septingentis onerariis profectus a Carthagine. C. 25 quam) classem navium bellicarum. 26 onerariarum) navium scilicet, quae serviebant commeatui transvehendo. 27 cuius) Xerxis. 28 perlata) per Demaratum exulem, qui omnia Xerxis consilia Lacedaemone Athen-

Athenienses ²⁹ peti dicerentur, propter pugnam
³⁰ Marathoniam; miserunt ³¹ Delphos ³² con-
 sultum, ³³ quidnam facerent de rebus suis. ³⁴ De-
 liberantibus Pythia respondit, ut ³⁵ moenibus
 7 *ligneis se munirent.* Id responsum ³⁶ quo va-
 leret, cum intelligeret nemo, Themistocles
 persuasit; *consilium esse Apollinis, ut in naves se*
suaque conferrent. eum enim a ³⁷ *deo significari*
 8 *murum ligneum.* ³⁸ Tali consilio probato ad-
 dunt ³⁹ ad superiores totidem naves triremes;
 suaque omnia, ⁴⁰ quae moveri poterant, par-

niis perscripsit. v. Iustin. 2, 10, 13. ²⁹ Athenienses peti) verbum gladiatorium. Cicero in Oratore cap. 68 gladiatores videmus nihil nec vitando facere cante, nec petendo vehementer. Idem Catil. I. c. 5. quoties me petisti, per me tibi obstabat, pro Ligar. c. 3. cuius latus ille micro petebat? C. *es sey sonderlich auf die angesehen.* ³⁰ Marathoniam) infelicitate a Persis pugnatum v. Miltiades cap. 5. ³¹ Delphos) in urbem Phocidis oraculo celeberrimam. ³² consultum) ad consilium capiendum ab oraculo eius loci. ³³ quidnam fac. de rebus) quomodo se gererent? quo pacto res suas tuerentur? *wie es anzugreifen nach beschaffenheit, nothdurft und nutzen ihres staats.* ³⁴ Deliberantibus) vide in Miltiade c. I. n. 2. C. ³⁵ moenibus ligneis) Herodotus 7, 271. versum Pythiae recitat inter alios: Τοῖχος Τειρογενῆ ξυλίνον διδοῖ ἐνεύοπα Ζεὺς. C. ³⁶ quo valeret) quo vel quorsum spectaret, *wohin es sich beziehe, worauf es gehe.* ³⁷ deo) Apolline, qui hoc responsum per Pythiam dederat. conf. I, I. 3. ³⁸ tali) *nachdem dergleichen rath war gut geheissen worden.* ³⁹ ad superiores) scilicet centum naves. de quibus paulo ante n. 2. ⁴⁰ quae moveri poterant) *die mobilien, fahrende haab; quibus opponuntur bona fixa: conf. 10, 4, 2.*

tim 4¹ Salaminem, partim Troezenem 4² asportant: 4³ arcem sacerdotibus paucisque 4⁴ maioribus natu, ac 4⁵ sacra procuranda tradunt, 4⁶ reliquum oppidum relinquunt.

¹ Huius consilium plerisque civitatibus ² displicebat. & in terra dimicari magis placebat. Itaque missi sunt ³ delecti cum Leonida Lacedaemoniorum rege, qui ⁴ Thermopylas occuparent, longiusque ⁵ barbaros progredi non paterentur. Hi vim hostium non ⁶ sustinuerunt, eoque lo-

4¹ Salaminem, Troezenem) Herodotus 8, 41. Aeginam addit. Insulae autem sunt in sinu Saronico inter Athenas & Peloponnesum. C. Vid. Tab. II. 4² asportant) deportant, abducunt, conferunt. vide idem verbum apud Tacitum An. 16, 11, 3. Male quidam hoc verbum idem esse volunt, quod apportare, quos refutat Cellarius Antibar. c. 3. p. 156, 157. Curis Poster. c. 10. p. 372. 4³ arcem) Athenarum. conf. 5, 2, 5. 4⁴ maioribus natu) i. e. senioribus, qui vacatione aetatis a militia erant immunes, & in patria mori decreverant, ut Romani apud Livium 5, 41. 4⁵ sacra) scil. officia ne belli quidem tempore omittenda. 4⁶ reliquum oppidum) i. e. reliquam oppidi partem.

Cap. III. 1 Huius) Themistoclis. 2 displicebat) quia adventanti hosti obviam eundum, aut certe arces & urbes valido praesidio firmandae sunt. 3 delecti) quatuor millia militum duce Leonida, qui dimissis sociis sexcentos Spartanos retinuit in castris hostium pereuntes, ut refert Iustinus 2, 11. Trecentos tantum numerat Herodotus. 4 Thermopylas) angustias, quibus ex Thessalia in Boeotiam itur. Adi Geographos. eodem fere tempore ad Thermopylas & Artemisium pugnatum fuit, ταῖς αὐταῖς ἡμέραις. Herodot. 8, 15. C. 5 barbaros) h. l. Persas. Vide supra Miltiad. c. 2, 1. 6 sustinuerunt) nam eorum erant viginti millia, cum

2 co omnes 7 interierunt. At 8 classis communis Graeciae, trecentarum navium, in qua ducentae erant Atheniensium, primum apud 9 Artemisium, inter 10 Euboeam 11 continentemque terram cum 12 classariis regis 13 confligit. 14 angustias enim Themistocles quaerebat, ne 15 multitudine circumiretur. Hic etsi 16 pari proelio discesserant, tamen eodem loco 17 non sunt ausi manere: 18 quod erat 19 periculum, ne, si pars navium 20 adversariorum Euboeam 22 superasset, 4 22 ancipiti premerentur periculo. Quo factum

eum quibus dimicatum est: die sie nicht haben aufhalten können. 7 interierunt) Iustin. l. c. Non victi sed vincendo fatigati inter ingentes stratorum hominum catervas occiderunt. Prandere illos iusserat Leonida tanquam apud inferos mox coenaturos. 8 classis communis) quam omnes Graeciae civitates instruxerant, die combinirte flotte. 9 Artemisium) promontorium Euboeae. Vid. Tab. II 10 Euboeam) insulam in Helle-sponto sitam. 11 continentem) sc. Asiae minoris. 12 classariis) classis regiae militibus, qui in navibus erant. 13 confligit) triduo, ultimo tamen die gravissime. Herod. 8, 11, 14. Diodor. II, 12, 13. C. 14 angustias) sc. locorum; id quod minoribus numero necesse erat. Adde Sallust. Cat. c. 58. Curt. 3, 7, 9. 15 multit. circumiretur) ab hostibus undique premeretur, conf. 14 7, 3. Sic Cic. Phil. 13, 9. Circumiri totius belli fluctibus. 16 pari proelio) neutra parte vincente, aequo Marte pugnantem, Herodot. 8, 16. παραπλήσιοι ἀλλήλοισι. C. 17 non sunt ausi) neque potuerunt neque voluerunt Athenienses manere. 18 quod) quia, vel eo quod. 19 periculum) timendum erat. 20 adversariorum) Persarum. 21 superasset) über Euboeam neinwärts nach Griechenland die Hähe des meeres erreicht hatte. 22 ancipiti) dubios

est, ut ab Artemisio discederent, & ²³ exadversum Athenas apud ²⁴ Salamina classem suam constituerent.

At Xerxes ¹ Thermopylis ² expugnatis, pro-IV. tinus accessit ³ astu, idque nullis defendentibus, interfectis sacerdotibus, quos in arce invenerat, incendio ⁴ delevit. cuius ⁵ fama perterriti ⁶ clas- ² sarii cum ⁷ manere non auderent, & pluri- mi hortarentur, ut ⁸ domos suas discederent, ⁹ moenibusque se defenderent; Themistocles unus

duplici, a fronte & a tergo. ²³ & exadversum) Sic MSS. codices optimi, notante Bosio: sic etiam Comici, & aliquando ipse Cicero. Ter. Adelp. 4, 2, 45. est pi- strilla & exadversum fabrica: Cic. Divinat. 1, 45. ara exadversus eum locum consecrata est. Adde plura apud Gellium 7, 7. C. ²⁴ Salamina) forma Graeca pro Sa- laminem, de qua insula supra c. 2. n. 3.

Cap. IV. 1 Thermopylis) v. Cap. 3. not. 2. 2 expu- gnatis) occupatis. *nachdem die pässe sind erobert wor- den.* 3 Astu) Astu vel Asty Graeca vox, urbem signi- ficans, Athenis singulari ritu tribui solita. Diodor. Si- culus I, 28. apud solos Athenienses inter Graecos ur- bem vocari Asty. Sic Terent. Eun. 5, 6, 17. *in astu ve- nit.* Cic. de leg. 2, 2. *Theseus migrare ex agris & in astu, quod appellatur, se conferre iussit.* C. Adde in- fra 7. 6, 4. 4 delevit) ut nulla superessent vestigia, combussit, Flor. 2, 6, 56. *castra facibus illatis delevit.* Curt. 3, 10, 9. *templa ignibus deleta conf.* Idem 5, 7, 10; & 9, 4, 7. 5 fama) alii flamma scil. incendii. 6 clas- sarii) Graeci suasu Themistoclis classe patriam tuen- tes. 7 manere) in navibus expectare hostem. 8 ut do- mos suas discederent) id est in domos. Plutarchus f. 118. *dissolverentur quisque in suam urbem.* C. 9 moenibus) id est intra moenia, ex moenibus in urbe.

restitit,

¹⁰ restitit. & ¹¹ universos esse ¹² pares aiebat, ¹³ dispersos testabatur perituros. idque ¹⁴ Eurybiadi ¹⁵ regi Lacedaemoniorum, qui tum ¹⁶ summae imperii ¹⁷ praeerat, ¹⁸ fore affirmabat, quem eum minus, quam vellet, ¹⁹ moveret, noctu de ²⁰ servis suis, quem habuit fidelissimum, ad ²¹ regem misit, ut ei nuntiaret ²² suis verbis:

¹⁰ restitit) oratione habita, qua omnibus, ne domum redirent, suavit, quae existat apud Herodotum. ¹¹ universos) i. e. unitos Athenienses. Pompeius Domitio sub Cic. ad Att. 8, 12. Nos, disiecta manu, pares esse adversariis non possumus, contractis nostris copiis, spero nos & reipubl. communi saluti prodesse. Adde signum & vocem Sertorii apud Frontin. 1, 10, 1. C. ¹² pares) armis, adversus Persarum copias. conf. 18, 8, 4; 23, 10, 4. ¹³ dispersos) domos suas redeuntes. ¹⁴ Eurybiadi) is successerat Leonidae ad Thermopylas interempto. ¹⁵ regi Lacedaemoniorum) De horum regibus consule nostrum in Agesilao, & ibi dicenda. C. ¹⁶ summae) potestati apud Spartanos & socios. ¹⁷ praeerat) titulo & dignitate: ex dominio maris, cuius tunc domini erant Lacedaemonii, vid. vit. Aristid. cap. 2. ¹⁸ fore) ita, uti praedixit, futurum esse. Ceterum ordo talis est: idque (ita) fore, Themistocles affirmabat, (pro dicebat) Eurybiadi &c. ¹⁹ moveret) propter consilii inopiam (*ἀβελήν*) timiditatem & ignaviam in Eurybiade. Herodot. 8, 74. C. ²⁰ de servis suis) id est, inter servos suos, filiorum suorum paedagogum, Herodot. 8, 75 natione Persam, captivum Graecorum, Plutarch. f. 118. nomine Sycinum. ²¹ regem) Xerxem, quem decepit Themistocles per stratagemata, de quo & Justin. 2, 12, 19 seq. Frontin. 2, 2, 13. Polyaen. 1, 2. ²² suis) Themistoclis benevolentiam erga Xerxem simulantis.

adver-

adversarios ²³ eius in fuga esse: qui si discessissent, 4
 maiore cum labore, & ²⁴ longinquiore tempore,
²⁵ bellum confecturum, cum ²⁶ singulos confectari
 cogeretur, quos si statim aggredereetur, brevi ²⁷ uni-
 versos oppressurum. Hoc ²⁸ eo valebat, ut ²⁹ in-
 gratiis ad depugnandum ³⁰ omnes cogerentur.
³¹ Hac re audita ³² barbarus nihil ³³ doli ³⁴ sub- 5
 esse credens, postridie ³⁵ alienissimo sibi loco,
 contra ³⁶ opportunissimo hostibus, adeo angusto
 mari confligit, ut eius multitudo navium ³⁷ ex-
 plicari non potuerit. Victus ergo est magis
³⁸ consilio Themistoclis, quam armis Graeciae.

23 advers. eius) Xerxis Graecos hostes. 24 longin-
 quiore temp.) id est longiore, diuturniore. Longinquus
 de locorum spatiis & de temporibus usurpatur. 25 bel-
 lum confecturum) finiturum, *werde er den krieg zu stan-
 de bringen.* conf. 6, 1, 1. 26 singulos) in urbes dilapsos.
 Ita Frontinus 2, 3, 13. Difficiliorem rem futuram, si sin-
 gulas civitates obsidione aggredereetur. 27 universos)
 classe quippe communi apud Salamina constituta. Cap.
 3, n. 4. 28 eo valebat) eo tendebat, ut supra cap. 2,
 7. 29 ingratiis) inviti etiam & nolentes C. Ita Cic. pro
 Quint. cap. 14. 30 omnes) & Athenienses eorumque
 socii, & ipsi Persae. 31 hac re) de fuga hostium.
 32 barbarus) Rex Persarum, Xerxes. 33 nihil doli) quo
 hostem vincere sa-tius est, quam vi & armis. vid. Lips.
 Polit. 5, 17. 34 subesse) sub nuncio Themistoclis, cui
 ut hosti, si fuisset sapientior, non tam temere credi-
 disse. 35 alienissimo) plane iniquo & adverso. 36 oppor-
 tunissimo) Vide Miltiad. cap. 5. n. 2. nostrates *vortheil-
 haftig.* C. 37 explicari) in patentem locum & aciem
 deduci. Sic *explicare* agmen, Liv. 30, 5. 38 consilio)
 astutia & solertia, cui tanta victoria potissimum adiu-
 dicanda est.

Hic

V. His etsi ¹ male rem gesserat, tantas habebat ² reliquias copiarum, ut etiam ³ cum his opprimere posset hostes. Interim ab eodem ⁴ gradu depulsus est. Nam Themistocles verens, ne bellare ⁵ perseveraret, ⁶ certiozem eum fecit, ⁷ id agi, ut ⁸ pons, quem ille in ⁹ Hellesponto fecerat, dissolveretur, ac ¹⁰ reditu in Asiam excluderetur. ¹¹ idque ei persuasit. Itaque ¹² qua sex

Cap. V. ¹ male rem gesserat) infelicitè Xerxes bellum administraverat. Res sicuti multa & varia exprimit; ita hoc loco, & in Nepote saepius, de re bellica sumitur, hoc fit, ubi de bello sermo est. ² reliquias copiarum) id est, copias, quae ex clade supererant. Reliquias cladis vocat Livius 22, 56. conf. Hirt. B. Alex. c. 40. & Vellei. 2, 46, 4. ³ cum his) raro haec particula adponitur, sed potius solus ablativus usurpatur. Hoc ergo inter singularia notandum. ⁴ gradu depulsus est) ut gladiatorès. Cic. Offic. 1, 23; & Attic. 16, 35. defectus de gradu. C. er ist aus dem vorthail getrieben worden. Contra: in gradu consistere, in der positur bleiben. ⁵ bellare perseveraret) bellum continuaret. ⁶ certiozem eum fecit) per eundem paedagogum. Utrobique autem simulavit Themistocles, se Persis clam studere, Herodot. 8, 75. & 110. C. ⁷ id agi) in eo esse, man gienge darauf um, es wäre darauf angesehen. ⁸ pons dissolveretur) Vere ita censuerat Themistocles, ut Asia caperetur in Europa: sed dissuasit Aristides. Plutarch. f. 120. C. ⁹ Hellesponto) freto inter Chersonesum Tauricam & Asiam minorem. Vid. Tab. II. ¹⁰ reditu excluderetur) ist est prohiberetur, ne redire posset, von der retirade abgeschnitten würde. ¹¹ id ei persuasit) Sic & Plutarchus cit. loc. Herodotus 8, 103. ait. idem iam tum Xerxem in animo habuisse. Facilius ergo persuasio. C. ¹² qua) scilicet via, vel per quam viam. Sic & mox eadem scilicet via.

men-

mensibus iter fecerat, eadem ¹³ minus diebus tringinta in Asiam reversus est, seque a Themistocle non superatum, sed ¹⁴ conservatum iudicavit. ³ Sic ¹⁵ unius viri prudentia Graecia liberata est, ¹⁶ Europaeque succubuit Asia. Haec altera ¹⁷ victoria, quae cum ¹⁸ Marathonio possit comparari ¹⁹ tropaeo. nam pari modo apud ²⁰ Salamina parvo numero navium maxima ²¹ post hominum memoriam classis est devicta.

Magnus hoc bello Themistocles fuit, nec VI. ¹ minor in pace. Cum enim ² Phalereo portu neque magno, neque bono Athenienses uteren-

13 minus diebus tringinta) in wenigern als 30 tagen. Metus pedibus addidit alas. conf. 23, 6, 3. 14 conservatum) ex hac opinione exul postea Themistocles gratiam captat filii Artaxerxis, quod suo nuntio Xerxes periculo liberatus sit. v. infra c. 9, 3. 15 unius) Themistoclis; Sic unus Epaminondas quantum valuerit, v. 15, 10, 4. 16 Europae succ. Asia) i. e. ab Europaeis Graecis victi sunt Asiatici Persae. Est Metonymia subiecti pro adiuncto, & simul Synecdoche totius pro parte. 17 victoria) Salamina nempe, uti a loco pugnae dicitur mox c. 6, 3. 18 Marathonio) Vid. Miltiad. c. 6. 19 tropaeo) i. e. victoria. τροπαιον gr. dicitur columna, quae in loco pugnae in signum victoriae posita est, quia eo loco hostes in fugam versi sunt. 20 Salamina) Salamina insula in sinu Saroniaco. Vid. Tab. II. 21 post hominum memoriam) i. e. post homines natos; quamdiu homines fuerunt, nos quoque dicimus bey menschen gedenken. conf. 3, 1, 2. & 21, 1, 3.

Cap. VI. ¹ nec minor) i. e. aequae magnus. Pace belloque clarus fuit; ² Phalereo) a Phalereo, quod erat pagus Atticae. Vid. Meurs. Port. Piraeum cap. 10.

tur, huius consilio 3 triplex Piraei portus constitutus est: isque 4 moenibus circumdatus, ut ipsam 5 urbem 6 dignitate aequipararet, utilitate 7 superaret. 8 Idemque muros Atheniensium restituit 9 praecipuo periculo suo. Namque Lacedaemonii 10 causam idoneam nacti propter barbarorum excursiones, 11 qua negarent, oportere extra 12 Peloponnesum ullam urbem haberi, ne essent loca munita, 13 quae hostes possiderent. Athenienses aedificantes prohibere sunt conati. 14 Hoc longe 15 alio spectabat, 16 atque videri volebant.

3 triplex Piraei portus) Thucyd. lib. i. pag. 62. *χορίον ἔχον τρεῖς λιμένας αὐτοφυεῖς*. Adde Pausan. sub init. Atticorum. Singulorum nomina recenset Meursius de Piraeo cap. 3. C. Hic portus hodiernum nobilissimus, quem vulgo *Porto Leone* vocant, quadraginta quidem stadiis ab urbe remotus Themistocles opera fortissimo muro urbi coniunctus est. 4 moenibus circumd) adeo emunitus, ut alterum veluti oppidum videretur. quid quod hinc quadriurbem Athenas fuisse, Festus asserat. 5 urbem) Athenarum. 6 dignitate aequipararet) specie, pulchritudine, splendore, propter magnificentiam operis. Aequiparare autem idem est hoc loco ac aequare; ut apud Cicer. Tusc. 5, 17; Sueton. Aug. c. 94; Virgil. ecl. 5, 48. 7 superaret) capax nimirum quadringentarum navium. 8 idemque) scilic. Themistocles. 9 praecipuo periculo suo) apud Lacedaemonios, apud quos factum postea defendit, magno se committens ibidem discrimini. 10 causam nacti) ex sola invidia specioso praetextu usi sunt. 11 qua) id est, de qua causa vel propter quam. 12 Peloponnesum) peninsulam illam, quae & Achaia dicta est, hodie *Morea*. Vid. Tabul. II. 13 quae hostes possiderent) Thucydides lib. i. fol. 70. ait exemplum Thebarum obiecisse, C. 14 hoc) Lacedaemoniorum interdictum. 15 alio

Athe-

Athenienses enim duabus victoriis, ¹⁷ Marathonia & Salaminia, tantam gloriam apud omnes gentes erant consecuti, ut intelligerent Lacedaemonii, ¹⁸ de principatu sibi cum his certamen fore. quare eos quam ¹⁹ infirmissimos esse volebant. Postquam autem audierunt muros in- ⁴strui, legatos Athenas miserunt, qui id fieri vellent. ²⁰ His praesentibus desierunt, ac se de ea re legatos ad eos missuros dixerunt. Hanc ⁵ legationem suscepit Themistocles, & solus primo profectus est. *reliqui legati ut tum ²¹ exirent, cum satis altitudo muri ²² restructa videretur, praecepit. interim ²³ omnes servi atque liberi ²⁴ opus facerent, neque ulli loco parcerent, sive*

spektabat) hac in re longe aliud intendebant, es zielete auf was anders. 16 atque videri volebant) quam profitebantur, als sie vorgaben, als sie das ansehen haben wolten. 17 Marathonia & Salaminia) non addit pugnam ad Artemisium, quia ibi pari proelio discesserant, victoria ad neutram partem inclinante. Supra cap. 3. n. 3. C. 18 de principatu) de summa rerum & principe loco semper aemulationes & contentiones inter civitates graecas fuerunt. conf. 10, 6, 23. & Justin. 8, 1, 1. 19 infirmissimos esse) ne validiores facti imperio potirentur. 20 his) scil. legatis praesentibus desierunt subaudi muros instruere vel aedificare; ne, si pergerent, vi armata impedirentur a Lacedaemoniis & reliquis Peloponnesiis. 21 exirent) iter ingrederentur; domo proficiscerentur. 22 restructa) denno exstructa, restituta. 23 omnes servi atque liberi) Tumultuarium enim opus erat, & quod Thucydides lib. I. fol. 62. tradit, adhuc ipsius aetate apparebat, ὅτι ἡ ὀικοδομία κατὰ σπερδὴν ἐγένετο, structuram properato factam fuisse. C. 24 opus facerent) i. e. ut munitiones

Cornel. Nep.

C

²⁵ facer

²⁵ sacer esset, sive ²⁶ profanus; sive ²⁷ privatus, sive ²⁸ publicus. & undique, quod idoneum ad muniendum putarent, congererent. quo factum est, ut Atheniensium muri ex ²⁹ sacellis sepulcrisque constarent.

VII. Themistocles autem, ¹ ut Lacedaemonem venit, adire ad magistratus noluit, & dedit operam, ut quam longissime ³ tempus duceret; ⁴ causam interponens, se collegas expectare. Cum Lacedaemonii quererentur, ⁵ opus ⁶ nihilominus fieri, eumque ⁷ ea re conari fallere; in-

pararent etiam praecepit. ²⁵ sive sacer) id est venerabilis & Deo dicatus. Neque enim sacellis ac sepulcris parcebant, ut ne materia muniendi deesset. Thucydes loc. cit. multas simulacrorum statuas & lapides paratos esse adhibitos, quod Scholiastes interpretatur de basibus statuarum. C. ²⁶ profanus) qui ex religioso in usum hominum conversus fuerat. Vid. Macrob. Sat. 3, 3. ²⁷ privatus) cuius dominus esset unus ex plebe. ²⁸ publicus) e. g. curia, praetorium &c. ²⁹ sacellis sepulcrisque) destructis scilicet iam in casu necessitatis, quae loca alias moveri & violari nefas erat. Vid. Zenob. 1, 54.

Cap. VII. ¹ ut) postquam. ² adire ad magistratus) potuisset etiam sine praepositione dicere, adire magistratus, hoc est, personas, quae magistratu fungebantur. ³ tempus duceret) moram protraheret, quemadmodum nostro in Alcibiade c. 8. n. 1. & Ciceroni Fam. epist. 7. ³ bellum ducere) est mora extrahere, ne cito proeliis conficiatur C. Iustin. 2, 15, 6. Diem de die proficundo spatium consummando operi quacrebat. ⁴ causam interponens) praetexens, vorschützend. conf. 1, 4, 1. ⁵ opus) muri struendi. ⁶ nihilominus fieri) continuari, licet Lacedaemonii per legatos id fieri vetuissent. ⁷ ea re conari) Themistocles bemüht sich dis-

terim

terim reliqui legati ⁸ sunt consecuti. a quibus cum ⁹ audisset, non multum superesse ¹⁰munitionis, ad ¹¹ ephoros Lacedaemoniorum accessit, ¹² penes quos summum imperium erat: atque apud eos ¹³ contendit, *falsa* ¹⁴ his esse delata: quare aequum esse, illos, viros bonos ¹⁵ nobilesque mittere, quibus fides haberetur, qui rem explorarent: interea se ¹⁶ obsidem retinerent. ¹⁷ Gestus ³ est ei mos, tresque legati, ¹⁸ functi summis honoribus, Athenas missi sunt. Cum his collegas

*falls recht, die Lacedaemonier zu betrügen, dum legationem protraheret, & murus tamen, de quo per legatos prius agendum esset, strueretur. Solet ita interdum per legationes temporis terendi causa susceptas fallacia strui. v. Paschal. de Legat. c. 37; & Alb. Gentil. de Legat. 2, 2; & 3, 16. 8 sunt consecuti) sie sind nachgefolget. scil. Aristides Lysimachi filius & Abro-nychus fil. Lyfidis. 9 audisset) Themistocles. 10 munitionis) perficiendae, absolvendae. 11 Ephoros) Ita dicebantur primarii Lacedaemoniorum principes, numero quinque, qui maxima potestate erant praediti, ita ut & regem in vincula conicere possent. v. 4, 3, 5. Meursii Miscell. Lacon. 2, 4. Graeca vox est ἐφορος, ab ἐπι & ὄραω composita; & latine notat inspectorem. 12 penes quos erat) id est qui habebant, quibus compete-
bat. 13 contendit) cum aliqua contentione & acrimonia dixit. 14 his) Lacedaemoniis. 15 nobilesque) sanctos summis honoribus, uti mox vocat: non plebeios, quorum ea levitas est, ut facile mentiantur & fallant. 16 obsidem) zum bürgen, geißel: qui se imperio eorum subiiciant, donec redirent legati. 17 gestus est mos) sententiam eius Lacedaemonii amplexi sunt, man hat ihm in dieser sache gewillfahret. 18 functi) welche die grösten ehrenstellen bedienet hatten, adeoque summa auctoritate praebuit*

suos Themistocles iussit proficisci: ¹⁹ eisque
 praedixit, ²⁰ ut ne prius Lacedaemoniorum legatos
 4 dimitterent, quam ipse esset remissus. Hos post-
 quam Athenas pervenisse ²¹ ratus est, ad magi-
 stratum senatumque Lacedaemoniorum adiit,
 & apud eos liberrime ²² professus est: Athenienses
 suo consilio, quod ²³ communi iure gentium fa-
 cere possent, ²⁴ deos publicos, suosque patrios ac
 penates, quo facilius ab hoste possent defendere, mu-
 5 ris sepsisse. ²⁵ neque eo, quod inutile esset Graeciae,
 fecisse. nam illorum ²⁶ urbem ²⁷ ut propugnacu-

19 eis praedixit) eos praemonuit; vel ut Frontinus
 narrat, clam scripsit suis. conf. Iustin. 2, 15, 8. 20 ut
 ne dimitterent) sie nicht aus dem arrest zu lassen. Ele-
 gans est Pleonasmus particularum pro simplici ne. Sic
 Cicer. familiar. 6, 9. Ita velim, ut ne quid properes.
 21 ratus est) putavit, existimavit, colligere potuit. 22 pro-
 fessus est) palam factus est, aperte dixit: plus est ergo
 quam fateri. conf. infra 23, 11, 1. Hinc Cic. pro
 Rabir. cap. 5. Fateor, atque etiam profiteor, & prae-
 me fero. 23 communi iure gentium) id est ex iure na-
 turae. Commune ius generis humani vocat Seneca epi-
 stol. 48. 24 Deos publicos) templa deorum. Nam
 ipsi dii muris includi non poterant, publici autem
 sunt communes toti Graeciae; patrii, qui a republica
 Atheniensium colebantur: ut Minerva &c. penates,
 quos singulae familiae venerabantur; dicti a *pena*,
 quo nomine Latini notant locum secretum, ubi va-
 ria reconduntur. Ut ergo a magnus, magnas, magna-
 tes dicimus, sic a *penus*, *penas*, *penates*. v. Beermannii
 Orig. p. 840. 25 neque eo fecisse) nec ideo vel ea in-
 re commisisse aliquid Athenienses. 26 illorum urbem)
 Athenas. 27 ut propugn. oppositum barb.) als eine fron-
tierstadt. Sic Cicero pro Front. cap. 1. de Narbone Mar-

lum oppositum esse ²⁸ barbaris, ²⁹ apud quam
 iam ³⁰ his classem regiam fecisse naufragium. La- 6
 cedaemonios autem male & iniuste facere, qui
 id potius ³¹ intuerentur, quod ³² ipsorum domina-
 tioni, quam quod universae Graeciae utile esset.
³³ Quare, si suos ³⁴ legatos recipere vellent, quos

tio: specula populi Romani ac propugnaculum, istis
 ipsis nationibus oppositum & obiectum. C. 28 barbaris)
 Persis. 29 apud quam fecisse) apud eam &c. Quia
 dura & obliquarum orationum more abhorrens con-
 structio videtur, Courtinus legit: apud quam bis clas-
sis regia fecisset naufragium, nec Bosius aliter interpre-
 tatur. Constanter tamen libri classem fecisse, sicut
 num. 6. essent recepturi, pro esse recepturos, vel quod
 aliter nunquam essent recepturi. Gronovius ad Livium
 37, 29. tollit essent: retinet tamen recepturi. C. 30 bis
 naufragium fecisse) Metaphorice cladem intelligit du-
 plicem, vel quod male rem gesserint duobus proeliis,
 Marathonio & Salaminio. Nic. Courtinus ad hunc loc.
 semel in Euripo freto apud Artemisium promontorium:
 deinde semel apud Salamina insulam. Verum pugna
 ad Artemisium, non facta apud Athenas est; etiam
 pari ibidem proelio discessum, ut naufragium Persa-
 rum haud possit appellari. Classis quidem, quae Eu-
 boeam circumnavigatura erat, naufragium fecit, Hero-
 dot. 8, 13. Diodor. 11, 12. sed hoc itidem procul Athe-
 nis: ut malim pugnam Marathoniam alterum naufra-
 gium interpretari, ad quam Persae non ponte, sed
 navibus venerant; & victi naves repetebant, vid. Mil-
 tiad. cap. 5. C. 31 intuerentur) spectarent, intende-
 rent, concupiscerent, affectarent. 32 ipsorum domi-
 nationi) suo in alios nimium affectato imperio. conf.
 supra 1, 3, 6. 33 quare) scil. monere se, ut si &c.
 34 legatos recipere) ut sibi reddantur legati, quorum
 recuperatio hic non nisi impleta conditione fieri tuto
 poterat. Sic apud Caes. B. G. 3, 8. Galli retinent le-

Athenas miserant, se remitterent: 35 aliter illos nunquam in patriam essent recepturi.

- VIII. Tamen non ¹ effugit civium suorum invidiam, namque ob eundem ² timorem, quo damnatus erat Miltiades, ³ testarum suffragiis e civitate eiectus, ⁴ Argos habitatum concessit.
- ² Heic cum propter multas ⁵ eius virtutes magna ⁶ cum dignitate viveret, Lacedaemonii legatos ⁷ Athenas miserunt, qui eum absentem accusarent, quod ⁸ societatem cum rege Persarum ad

gatos spe recuperandorum obsidum. 35 aliter pro alius, ut saepe apud Columellam.

Cap. VIII. 1 non effugit) non potuit Themistocles evitare invidiam, quae perpetua gloriae comes est. v. 12, 3, 3; & 20, 1, 5. 2 timorem) quo scilicet timebant Athenienses libertati suae, & ne ipse cum rege Persarum adversus rempublicam conspiraret. conf. 1, 8, 1. 3 testarum suffragiis) ostracismo, cuius rationem ita Diodorus Siculus II, 55. describit: unusquisque civium in testam scribebat nomen eius quem maxime putabat posse democratiam dissolvere: in quem ergo testae plures cadebant, is quinquennio a civitate exulare debebat. Noster Nepos infra in Pausania I, 4. decennium tempus exilii fuisse scribit. 4 Argos) id est urbem Achaiae. v. Tab. II. Lambinus certum locum prope urbem Athenas intelligit, quae se ostracismo eiectioni receperint. Auctorem suae opinionis non addit. Nihil obstat, quo minus celeberrimam Argolidis civitatem intelligamus, unde omnibus Graecis Argivorum nomen est. Longius certe absuit ab Athenis Themistocles, cum heic exularet, Plutarcho p. 123. teste, causam dicebat absens per epistolas. 5 eius) scilicet urbis; vel si magis, ipsius Themistoclis. 6 cum dignitate viveret) omnium oculos in se converteret. 7 Athenas) in urbem Athenarum. 8 societatem

Grae-

II, 8. THEM
 Graecum opprimen
 obiens 10 proclivis
 vit, quod non
 11 Corcyram de
 civitatis animadver
 bellum 14 his Lac
 dicerent, ad 16
 cum quo ei 17 he
 cum venisset, 18

scilicet) foedus in
 ter 9, 2, 2. Sic fac
 9 hoc omnia) scilicet
 five propter hanc crim
 daemoneum. Eadem
 infra 15, 7, 3. 10 p
 11 Corcyram demigra
 hodie Corcyra dicitur.
 xerat. Arduus enim
 rinthios; pro Corcy
 pag. 123. Thucyd.
 in 5. C. 12 principis
 publicae. 13 (e) The
 14 miserent) denunti
 rum Miltiadem) pag.
 15. C. 16i olim erant
 & Miltiades. 17 et
 tus hospiti in eo consil
 bem proficiens temp
 yerent. Hanc hospiti
 yon Cicero sum. 18
 Strym. Anon. cum in
 in tempore: alius dicitur
 ad Aitium. 19 rem ad
 forte in loco variaret

Graeciam opprimendam fecisset. Hoc crimine 3
 absens¹⁰ proditionis est damnatus. Id ut audi-
 vit, quod non satis tutum se Argis videbat,
 11 Corcyram demigravit. Ibi cum¹² principes
 civitatis animadvertisset timere, ne propter¹³ se
 bellum¹⁴ his Lacedaemonii & Athenienses¹⁵ in-
 dicerent, ad¹⁶ Admetum, Molossorum regem,
 cum quo ei¹⁷ hospitium fuerat, confugit. Huc 4
 cum venisset, &¹⁸ in praesentia¹⁹ rex abesset,

fecisset) foedus iniisset. Sic & infra locutus est no-
 ster 9, 2, 2. Sic facere amicitiam 7, 6, 4; & 14, 10, 2.
 9 hoc crimine) scilicet ficto & per malitiam excogitato;
 five propter hanc criminationem & calumniam Lacedaemoniorum. Eadem significatione crimina occurrunt
 infra 15, 7, 3. 10 proditionis) scilicet causa vel culpa.
 11 Corcyram demigravit) quam insulam Maris Ionici
 hodie Corfu dictam, Themistocles sibi beneficio devin-
 xerat. Arbitrarius enim electus inter Corcyraeos & Co-
 rinthios; pro Corcyraeis dixit sententiam. Plutarchus
 pag. 123, Thucyd. 1. pag. 90. Adde supra ad cap. 2.
 n. 5. C. 12 principes) primores, curam gerentes rei-
 publicae. 13 se) Themistoclem. 14 his) Corcyraeis.
 15 indicerent) denuntiarent hostilem in modum. 16 Ad-
 metum Molossorum) populi in Epiro. Ad Diodorum 11,
 56. C. Ibi olim erant venatorii canes optimi, qui
 & Molossi dicti. 17 ei hospitium fuerat) Ius aut socie-
 tas hospitii in eo consistebat, ut alter ad alterius ur-
 bem proficiscens, semper ab altero ibi habitante exci-
 peretur. Hanc hospitii necessitudinem sancte colendam
 putat Cicero fam. 13, 19. conf. Plaut. Poen. 5, 1. &
 Strykii Antiqu. conviv. 1, 27. 18 in praesentia) iam, eo
 in tempore: alias dicunt in praesentiarum, de quo infra
 ad Atticum. 19 rex abesset) domi non esset, sed alio
 forte in loco versaretur.

quo maiore ²⁰ religione se receptum ²¹ tueretur,
²² filiam eius parvulam arripuit, & cum ea se
 in ²³ sacrarium, quod summa colebatur ²⁴ caere-
 monia, ²⁵ coniecit. inde non prius egressus est,
 quam rex eum ²⁶ data dextra in fidem reciperet,
 5 ²⁷ quam praestitit. nam cum ab Atheniensibus
 & Lacedaemoniis ²⁸ exposceretur publice, sup-
 plicem non prodidit: monuitque, ut ²⁹ consule-
 ret sibi; *difficile enim esse, in tam* ³⁰ propinquo loco
 6 *tuto eum versari.* Itaque ³¹ Pydnam eum ³² de-

20 religione) sanctitate & fide ob sanctitatem loci
 religiosi, quem ingrediebatur. 21 tueretur) scilicet rex
 Admetus. 22 filiam) Thucydides cap. 1. puerum, &
 Plutarch. p. 124 *filium* fuisse dicunt. C. Addit Thu-
 cydides, id factum esse regina suadente: & Themisto-
 lem a rege admodum petiisse, ne praeteritorum re-
 cordaretur. aut de se misero vindictam sumeret, quod
 levissimis eum rebus offendisset; iam vero de salute
 sua agatur. 23 sacrarium) aedem sacram, *in eine ca-
 pelle.* 24 caeremonia) sanctitate, ritu religioso, *mit
 ehrbezeugung, die man Gott und goettlichen dingen er-
 weist.* 25 coniecit) contulit se rapide; confugit pro-
 pere. Sic Terent. Heaut. 2, 3, 36. *Continuo se coniecit
 intro.* 29 data dextra) *indem ihm die rechte hand zur
 parole war gegeben worden.* Dextra fidei pignus apud
 omnes gentes. Vide dicta ad Curt. 6, 4, 14. C. Conf.
 14, 10, 1. 27 quam praestitit) fidem sancte promissam
 non violavit. Boni ac humani viri officio ex
 omni parte functus est. 28 exposceretur publice) pu-
 blico nomine efflagitaretur, tanquam proditor & pestis
 universae Graeciae. Diodor. II, 56, C. 29 consuleret)
 prospiceret, de salute sua cogitaret, *dass er ihm selb-
 sten rathen moechte.* 30 pr pinquo) vicino Athenis &
 Lacedaemoni. 31 Pydnam) Pydna Macedoniae urbs
 fuit iuxta Thermaicum sinum in Pieria. C. Vide
 duci

duci iussit, & quod satis esset ³³ praesidii dedit. Hac re audita, hic in navem omnibus ignotus ³⁴ descendit. quae cum tempestate maxima ³⁵ Naxum ferretur, ³⁶ ubi tum Atheniensium erat exercitus, sensit Themistocles, si eo pervenisset, sibi esse pereundum. hac necessitate coactus ³⁷ domino navis, ³⁸ quis sit, aperit, multa pollicens, si se conservasset. At ille clarissimi viri ³⁹ captus misericordia, diem noctemque procul ab insula ⁴⁰ in salo navem tenuit ⁴¹ in ancoris, neque ⁴² quemquam ex ea exire passus est. Inde ⁴³ Ephesum pervenit, ibique Themistoclem ⁴⁴ ex-

Tabul. II. ³² deduci) per satellites suos comitari, ³³ praesidii) viatici, Diodorus cit. loc. *χευσῶν πλῆθος ἐδωρήσατο αὐτῷ ἐφόδιον τῆς φυγῆς.* C. ³⁴ descendit) phrasi nautica idem est ac *conscendit*. Ita post alios restituit hanc vocem pluribus in locis Gronovius, quem vide ad Liv. 2, 28; & 8, 17. conf. ibid. 8, 10; & 19, 11; & Tacit. Annal. 14, 59, 1. ³⁵ Naxum) Naxuse Cycladibus insula in mari Aegaeo. C. vid. Tab. II. ³⁶ ubi tum erat exercitus) oppidum insulae obsidione cingens. Plutarch. f. 124. C. ³⁷ domino navis) quem, ut Nepos, Themistocles ipse *δεσπότην τῆς νεῶς* vocat epist. 19. Thucydides & Polyaeus vocant *naulerum*, graece *ναύκληρον*. Fuit haud dubie navis oneraria cuiusdam mercatoris. ³⁸ quis sit, aperit) nomen & statum suum indicat, *er giebt sich zu erkennen*. ³⁹ captus) motus, *bewogen, eingenommen*. ⁴⁰ in salo) id est in alto mari, pleno undarum fluctuumque. ⁴¹ in ancoris) eiectis propter maris saevitiam in ea tempestate. ⁴² quemquam exire) scilic. in terram, ut prodere posset Themistoclem. ⁴³ Ephesum) ad urbem Ioniae maritimam templo Dianae celeberrimam. ⁴⁴ exponit) *er*

ponit: cui ille pro meritis ⁴⁵ gratiam postea retulit.

IX. Scio, ¹ plerosque ita scripsisse, Themistoclem Xerxe regnante in Asiam ² transisse. sed ego potissimum ³ Thucydidi credo, quod aetate ⁴ proximus erat, qui illorum temporum historiam reliquerunt, & ⁵ eiusdem civitatis fuit. Is autem ait, ad ⁶ Artaxerxem eum venisse, atque ⁷ his verbis ⁸ epistolam misisse. *Themistocles veni ad te, qui plurima mala ⁹ omnium Graiorum ¹⁰ in domum tuam intuli, cum mihi necesse fuit, adversus patrem tuum bellare, ¹¹ patriam-*

läffet ihn aussteigen. Verbum est nauticum. Caesar B. G. I, 31. addit *in terram.* ⁴⁵ gratiam retulit) gratum se praebuit donans ingentem pecuniam.

Caput IX. ¹ plerosque scripsisse) de dissensu Historicorum Plutarchus quoque queritur pag. 265. ² transisse) per mare vestum esse. conf. 22, 4, 1. Eodem verbo nautico Livius & Florus utuntur. ³ Thucydidi) historico Atheniensi, qui Peloponnesiaca scripsit. ⁴ aetate proximus) scil. illis, aliqui addunt ab his. Aequalis fere fuit scriptoribus illorum temporum. ⁵ eiusdem civitatis) id est Athenis natus non secus ac Themistocles. ⁶ ad Artaxerxem) Longimanum, Xerxis filium. C. In nomine huius regis additamentum *Arta* apud Persas, Hesychio interprete, significat *magnum*. ⁷ his verbis) quae egregie transtulit Nepos e Graeco Thucydidis in Latinam linguam. ⁸ epistolam misisse) Graecam epistolam Thucydides habet lib. I. f. 91. C. Sed sic se coram respondisse regi increpanti dicit ipse epist. 41. ⁹ omnium Graiorum) id est inter omnes Graecos. Sensus est, qui unus omnium Graiorum multa damna antea patri tuo Xerxi paravi, dedi. ¹⁰ in domum tuam) in familiam tuam regiam. ¹¹ patriam

que

que meam defendere. Idem ¹² multo plura bona
 feci, postquam in tuto ¹³ ipse & ¹⁴ ille in peri-
 culo esse coepit. Nam cum in Asiam reverti vellet, ³
¹⁵ proelio apud ¹⁶ Salamina factō, litteris eum
 certiores feci, ¹⁷ id agi, ut pons, quem in Hel-
 lesponto fecerat, dissolveretur, atque ab hostibus
 circumiretur. quo nuntio ¹⁸ ille periculo est libe-
 ratus. Nunc autem ad te confugi ¹⁹ exagitatus ⁴
²⁰ a cuncta Graecia, tuam petens amicitiam:
 quam si ero adeptus, non minus me ²¹ bonum ami-
 cum habebis, quam ²² fortem inimicum ²³ ille ex-
 pertus est. ²⁴ Ea autem rogo, ut de his rebus,
 de quibus tecum ²⁵ loqui volo, ²⁶ annum mihi
 temporis des, ²⁷ eoque transactō, me ad te venire
 patiaris.

meam) Athenas. 12 multo plura bona) omnia ea, quae
 utilia ei fore intellexi, praestiti. 13 ipse) ego The-
 mistocles scilicet fui. Alius libentius legeret ipsa, scili-
 cet patria. 14 ille) pater tuus post infelicem pugnam.
 15 proelio factō) id est, post commissum proelium.
 16 Salamina) Vid. supra c. 4. 17 id agi) conf. not. ad
 cap. 5, 1. 18 ille periculo est liberatus) Ipse Xerxes a
 Themistocle se tunc conservatum iudicavit. v. c. 5, 2.
 19 exagitatus) expulsus & insectatus. Translatum ver-
 bum a venatoribus, qui nullibi feram consistere patien-
 tur, sed persequuntur, donec capiant. 20 a cuncta
 Graecia) id est ab omnibus Graecis. 21 bonum) id est
 fidelem, officiosum atque utilem. 22 fortem) acrem,
 constantem & efficacem in nocendo. 23 ille expertus
 est) pater habuit & sensit. 24 ea rogo) in singulari id
 rogo usitatus est. 25 loqui) pro colloqui. 26 annum
 temporis) id est annum temporis spatium sermoni Per-
 sico & moribus gentis impendendum. 27 eo transactō)
 id est post anni spatium.

X. Huius rex ¹ animi magnitudinem admirans, cupiensque ² talem virum sibi ³ conciliari: ⁴ veniam dedit. Ille omne illud tempus ⁵ litteris sermonique Persarum ⁶ dedit: quibus adeo eruditus est, ⁷ ut multo commodius dicatur apud regem ⁸ verba fecisse, quam hi poterant, qui ² ⁹ in Perfide erant nati. Hic cum multa regi esset pollicitus, gravissimumque illud, *si suis uti consiliis vellet*, ¹⁰ illum Graeciam bello ¹¹ oppressurum; magnis muneribus ab Artaxerxe ¹² donatus ¹³ in Asiam rediit, domiciliumque ¹⁴ Magnesiae sibi constituit. Namque hanc urbem

Caput X. 1 animi magnitudinem) erectum generosumque animum. 2 talem virum) qui post illatam Persis cladem auderet accedere & amicitiam suam quaerere. 3 conciliari) reddi amicum benevolam. 4 veniam dedit) petitis eius annuit, *er hat ihm pardoniret.* 5 litteris) cognoscendis, ex quibus sermo constat. 6 dedit) *er hat die zeit darauf spendiret.* 7 ut dicatur) *dass von ihm gesagt wird, oder dass man sagt.* 8 verba fecisse) locutus fuisse; orationem habuisse. 9 in Perfide) in peculiari illa Persarum regione, cuius caput est Persepolis. 10 illum) pro reciproco se, 11 oppressurum) ita tradunt scriptores Graeci & ipse quidem fatetur epist. 11 & 20: sed negat epist. 19. se tale quid unquam admissurum. 12 donatus) nam beneficentia reges & principes sibi viros egregios adiungere & devincire solent. Regibus autem Persicis in familiare fuisse civitates donare, testatur Athenaeus lib. 13. 13 in Asiam) in Ioniam, illam Asiae partem, regibus Persiae dudum subiectam. 14 Magnesiae) in urbe Ioniae, quae ad Maeandrum fluvium Lydiae erat, diversa ab illa, quae sub Sipylo monte. Diodorus 11, 17. C. Vid. Tabul. III. Splendide

ei rex donarat, his usus verbis: ¹⁵ quae ei panem
 praeberet: ex qua regione quinquaginta ei ¹⁶ ta-
 lenta quotannis redibant: ¹⁷ Lampfacum, ¹⁸ unde
 vinum sumeret: ¹⁹ Myuntem, ²⁰ ex qua obsonium
 haberet. ²¹ Huius ad nostram ²² memoriam monu-
 menta manserunt duo, sepulcrum ²³ prope oppi-
 dum, in quo est sepultus: statuæ in foro ²⁴ Ma-

ibi vivens dicere solebat: *Perieramus, o amici, nisi pe-
 ruissemus.* vid. Plut. l. 1. de fort. Alex. ¹⁵ quae panem
 praeberet) quippe haec urbs & circumiacens ager plu-
 rimum frumenti habuit, Diodor. cap. 1. ideo donavit eis
 ætæ. C. ¹⁶ talenta) unum talentum conficiebat plus
 8000. Drachmis: & Drachma valet circiter 8. pennin-
 gos. Adeoque unum talentum accedit ferme ad 250.
 thaleros imperiales, tota igitur summa 50. talentorum
 facit 12500 thaleros. ¹⁷ Lampfacum) minoris Mysiae
 oppidum, vini ferax, ad os Hellesponti. Vid. Tab. III.
¹⁸ unde vinum sumeret) Lampfacus erat ἔχθρα χωρὰν
 ἀμπελόφυτον, Diodor. c. l. ideo πολυονότατον dixit Thu-
 cydides lib. 1. f. 92. C. ¹⁹ Myuntem) urbem Ioniae ad
 mare sitam. Vid. Tab. III. ²⁰ ex qua obsonium) Dio-
 dorus c. l. Μυῶντα εἰς ὄψον, ἔχθραν θαλατταν ἐνίχθρον.
 De piscium ergo copia intelligit obsonium. Athenaeus
 l. 23. addit duo oppida Percopen & Palaeoscepsin,
 unde vestimenta haberet: verum nihil de eis Thucydi-
 des memoravit, neque Diodorus, qui aperte tres urbes,
 Magnesium, Myuntem, & Lampfacum nominavit. C.
 Alias obsonium dicitur omne id, quod praeter panem
 comedimus. ²¹ huius) Themistoclis hactenus descripti.
²² ad nostram memor.) i. e. usque ad Nepotis tempora.
 Noster, ut saep alias, idem est ac meus. ²³ prope oppi-
 dum) sc. Athenas. v. supra 1, 4, 2. Pausanias princi-
 pio Atticorum: ad maximum portum est sepulcrum The-
 mistoclis. C. ²⁴ Magnesia) ubi sedem domicilii po-
 stremo habuit & habitavit.

4 gnesiae. 25 De cuius morte 26 multis modis
 apud plerosque scriptum est: sed nos eundem
 potissimum 27 Thucydidem auctorem 28 pro-
 bamus: qui illum ait Magnesia morbo mortuum:
 29 neque negat, fuisse famam, 30 venenum sua spon-
 de sumsisse, 31 cum se, quae regi de Graecia oppri-
 menda pollicitus esset, praestare posse desperaret,
 32 Idem, ossa eius 33 clam in Attica ab amicis esse se-
 pulta, quoniam 34 legibus non concederetur, quod
 prodicionis esset damnatus, 35 memoriae prodidit.

25 de cuius morte) Cicero de Amicit. cap. 12. ait:
 mortem sibi conscivit. Suspectum ergo, quod idem
 Epist. Fam. 5, 12. de Themistoclis fuga redituque scri-
 psit. Consule Manut. & Lambin. C. 26 multis mo-
 dis) id est varie. 27 Thucydidem) lib. I. p. 92. qui ait:
 aegrotans finiebat vitam. C. 28 probamus) supra c. 9, 1.
 Ego potissimum Thucydidi credo. 29 neque negat) i. e.
 fatetur ipse etiam Thucydides. 30 venenum) Suidas id
 pro certo affirmat. Valer. Max. 5, 6. ext. 3. Exceptum
 patera tauri sanguinem hausit: & ante ipsam aram quasi
 quaedam pietatis clara victima concidit. 31 cum se -
 desperaret) construe: cum desper. se posse praestare. (scil.
 ea) quae pollicitus esset regi, de Graecia opprimenda.
 Nihil ergo promittendum, quod efficere nostrae opis
 non est. 32 idem) Thucydides. 33 clam in Attica)
 palam id factum, ait Pausanias in Atticis, quod oracu-
 lum non prius pestis finem fore responderat, quam
 ossa illa Magnesia reducta essent. 34 legibus non conced.)
 Verba legis apud Xenophontem Rer. Graec. lib. I. cap.
 ult. de patriae proditoribus ac sacrilegis sunt, non sepe-
 liendos esse in Attica. Adde infra 19, 4, 4. 35 memoriae)
 scilicet posteritatis, in cuius gratiam historia scripta
 relinquitur. conf. 7, 1, 1; 31, 3, 1.



III.

ARISTIDES.

ARGUMENTVM.

1. Aristides, aequalis Themistocli, propter virtutem & In-
sti cognomen ostracismo multatur, ut quidam ei suffra-
gator confessus est. 2 Revocatus anno sexto, praetor-
que contra Mardonium factus aequitate sua & maris
imperium, & civitatum societatem offensarum Pausa-
niae superbia, Atheniensibus conciliat. 3. Aerario aedi-
ficandae classis tanta abstinentia praest, ut, qui effe-
retur, vix reliquerit.

Aristides Lyfimachi filius, Atheniensis, ¹ aequa-
lis fere fuit Themistocli. Itaque cum eo de
² principatu contendit. namque ³ obtrectarunt ²
inter se. In ⁴ his autem cognitum est, ⁵ quan-
to ⁶ antistaret eloquentia innocentiae. quam-

Cap. I. 1 aequalis fere) eiusdem temporis, *σὺ γχερονος*.
Idem in Attico cap. 8. n. 2. Sic M. Bruto usus est, ut
nullo ille adolescens aequali familiaris, quam hoc sene:
& cap. 17. prope aequalem sororem habebat. C. Ut
Aelianus 13, 44. scribit, iisdem tutoribus usi, simul
educati, ab eodem praeceptore instituti. Sed & di-
gnitate aequales fuerunt. ² de principatu) quis prin-
ceps esset & uter alteri praefendus in civitate.
³ obtrectarunt inter se) ex aemulatione alter alterum
invidia atque odio pressit. Talem obtrectationem con-
tentiones civiles Velleius 2, 43. appellat; & Valerius
Maximus, 43, 8. exter. acerrima studii in administranda
republica dissidia. C. ⁴ his) scilicet viris aemulis.
⁵ quanto) scilicet gradu seu in quantum, *um wie viel*.
⁶ antistaret eloquent. innocentiae) sensus est: eloquen-
tia Themistoclis innocentiam Aristidis labefactam esse.
Antistare autem est praecellere, praestare. Cato R.

quam

quam enim adeo excellebat Aristides ⁷ abstinencia, ut ⁸ unus post hominum memoriam, quod quidem ⁹ nos audierimus, ¹⁰ cognomine *Iustus* sit appellatus, tamen a Themistocle ¹¹ collabefactus testula illa, ¹² exilio decem annorum multatus ³ est. Qui quidem cum intelligeret reprimi ¹³ concitatam multitudinem non posse, ¹⁴ cedensque animadverteret ¹⁵ quemdam scribentem, ut patria pelleretur, quaesisse ab eo dicitur, *quare id faceret, aut quid Aristides commisisset, cur tanto*

Rust. c. 157. *Brassica est, quae omnibus oleribus antistat.* Claud. Quadrigarius apud Gellium 9, 13. *virtute ceteris antistabat; conf. Lucret. 5, 22. C. 7 abstinencia)* virtute ea, qua nemini nocuit, suum cuique tribuit & invictum adversus pecuniam animum servavit. ⁸ *unus post hominum mem.)* conf. 2, 5 ⁹ extollitur sic eius solius excellentior virtus. ⁹ *nos audierimus)* Loquitur de se ipso auctor in plurali, ut supra 2, 10, 4; & praef. n. 3. & 8. &c. hic Latinorum mos est. ¹⁰ *cognomine iustus)* Meminit eius Cicero pro Sextio c. 67; & Tusc. 5, 36: *Aristides nonne ob eam causam expulsus est patria, quod praeter modum iustus esset.* Adde Cic. Off. 3, 4. ubi de iustitia prolixè differit. ¹¹ *collabefactus testula)* obtestatione Themistoclis eo adactus, ut ostracismo pelleretur. C. *Testula* erat, cui inscribatur nomen exulis futuri. ¹² *exilio decem annorum)* diuturna haec poena lege ostracismi definiebatur. ¹³ *concitatam multitudinem)* populum semel iam sibi infestum, quod democratiae abrogandae suspectus habitus est. Insimulabatur enim a Themistocle, ac si ficta modestia regnum callide affectaret. ¹⁴ *cedensque)* ita patienter cessit, ut etiam civitati, de se male merenti, bene precaretur. Plutarch. pag. 323. C. ¹⁵ *quemdam scribentem)* Apud Suidam & Plutarchum in vita & Apophth.

poena

poena dignus ¹⁶ duceretur? Cui ille respondit, ⁴
¹⁷ se ignorare Aristidem; sed sibi non placere, quod
 cupide ¹⁸ elaborasset, ut ¹⁹ praeter ceteros iustus
 appellaretur. Hic decem annorum ²⁰ legiti-
 mam poenam non pertulit. nam postquam Xer-
 xes in Graeciam descendit, ²¹ sexto fere anno,
²² quam erat expulsus, ²³ plebiscito in patriam
²⁴ restitutus est.

Interfuit autem pugnae ¹ navali apud Sala- II.
 mina, quae facta est prius, quam ² poena libe-

exstat, fuisse rusticum, qui testulam suam Aristidi ob-
 tulerit, rogans, ut Aristidis nomen scriberet: idque hunc
 fecisse. ¹⁶ duceretur) crederetur, iudicaretur. ¹⁷ se
 ignorare) se non nosse; sibi ignotam esse faciem viri, &
 multo magis ignotos esse eius mores. o quanta levitas!
¹⁸ elaborasset) operam dedisset, *dass er sich so eifrig
 bemühet hatte.* ¹⁹ praeter ceteros iustus) Plutarchus I.
 t. turbor, dum ubivis audio, ipsum vocari iustum. ²⁰ legi-
 titimam poenam) quamlibet iniustam tamen lege ostraci-
 cifmi decretam. C. ²¹ sexto) Plutarchus ait *tertia.*
²² quam) pro postquam. & ita fere 3, 3, 3. & sic prorsus
 Cic. de Orat. 2, 3. postero die, quam illa acta erant, conf.
 Liv. 21, 15. Suet. Claud. cap. 17; Curt. 4, 4. 19. Plin.
 8, 42. Imperiti librarii addiderunt *post.* ²³ plebiscito)
 ex decreto, quod plebs seiscit, quod magistratus rogan-
 te plebe facit. ²⁴ restitutus est) ne scilicet ad Xerxem
 transfret, qui ad exulem miserat legatos, & tria millia
 Daricorum obtulerat, quae ille contentus modico pane,
 quem comedebat, aspernatus est. Suid.

Cap. II. 1 pugnae navali apud Sal.) de qua 2, 3, 4.
 & ibid. cap. 4. Ibi simultates cum Themistocle quieve-
 runt. 2 poena lib.) scilicet decennali, id est, priusquam
 poenae constitutae terminus adesset, quia citius re-
 rare-

raretur. Idem praetor fuit Athenienſium ³ apud Plataeas in proelio, quo ⁴ Mardonius ⁵ fuſus, ² barbarorumque exercitus eſt interfectus. Neque aliud eſt ullum ⁶ huius in re militari illuſtre factum, quam ⁷ huius imperii memoria. Iuſticiae vero, & aequitatis, & innocentiae ⁸ multa. In primis quod ⁹ eius aequitate factum eſt, cum in ¹⁰ communi claſſe eſſet Graeciae ſimul cum ¹¹ Pausania, quo duce Mardonius erat fugatus, ut ¹² ſumma imperii maritimi ab Lacedaemoniis ³ transferretur ad Athenienſes. namque ante id tempus & mari & terra duces erant Lacedaemonii. tum autem & ¹³ intemperantia Pausaniae,

vocatus eſt ³ apud Plataeas) quae urbs eſt Boeotiae, res mox in Pausania cap. 1. explicatur. C. ⁴ Mardonius) Satrapes Xerxis, dux Perſicarum copiarum. v. 4, 1, 1. ⁵ fuſus) fugatus, proſtigatus, aus dem felde geſchlagen. ⁶ huius) Ariſtidis. ⁷ huius imperii) praefecturae militaris, *des generalats*, qua octo millibus Athenienſium praecerat in proelio. Herodot. 9, 28. C. ⁸ multa) ſi facta ſunt illuſtria, memorabilia. conf. Cic. Off. 3, 11 & 23. ⁹ eius aequitate) i. e. moderatione, continentia & animo modicis honoribus contento. Haec aequitas opponitur mox intemperantiae, i. e. impotentiae, ſaevitiae, ſuperbiae. ¹⁰ communi claſſe) quae ex navibus omnium Graecarum civitatum conſtabat: die alliirte flotte. ¹¹ Pausania) de quo deinde in eius vita, No. 4. ¹² ſumma imperii maritimi) *dominium maris, daſs ſie meiſter zur ſee waren.* Hinc noſter paullo poſt dicit, *duces eſſe delectos Athenienſes.* ¹³ intemperantia Pausaniae) Eleganter etiam Diodorus 11, 47. opponit malignitatem (*κακίαν*) Pausaniae, & conſummam virtutem (*κατὰ πᾶν ἀρετήν*) Ariſtidis. Illa autem perdidit Spartiataſ imperium: hac Athenienſes acqui-

&

& ¹⁴ iustitia factum est Aristidis, ut omnes fere civitates Graeciae ad Atheniensium societatem ¹⁵ se applicarent, & adversus barbaros ¹⁶ hos duces deligerent sibi, quo facilius ¹⁷ repellerent, si forte bellum ¹⁸ renovare conarentur.

¹ Ad classes aedificandas, exercitusque com- III. parandos quantum pecuniae quaeque civitas daret, Aristides ² delectus est, qui constitueret. ³ eius arbitrio ⁴ quadringenta & sexaginta talenta quotannis ⁵ Delum sunt collata. Id enim commune

sivisse τὴν ἐκ ἑσῶν στρατηγίαν, ducatum, quem nunquam antea habuerant. C. ¹⁴ iustitia) cuius studium tantum erat, ut cum ictum foedus cum omni Graecia firmaret, post diras execrationes, accensos ferreos orbis in mare deliceret, adiurans, ut ita exstinguantur cum omni stirpe & gente, qui contra foedus irent. ¹⁵ se applicarent) accederent bellaturae imposterum sub eorum auspiciis. ¹⁶ hos duces) Athenienses iam demum nactos summam imperii, quam nunquam antea tenuerant. ¹⁷ repellerent) scilicet eosdem barbaros, Persas. ¹⁸ renovare) denuo gerere, instaurare.

Cap. III. ¹ Ad classes) Ordo: Aristides delectus est, qui (pro ut) constitueret (ordinaret), quantum pecuniae quaeque civitas daret ad classes aedificandas, exercitusque comparandos. ² delectus est) ab unitis Graeciae civitatibus. ³ eius arbitrio) id est ex eius libera dispositione & ordinatione, nach seinem gutbefinden. Arbitr enim, qui rem libere diiudicat & ordinat. ⁴ quadringenta - - talenta) quae centum & quindecim millia thalerorum nostri aeris summam efficiunt. ⁵ Delum sunt collata) Diodorus citato loco κοινὸν ταμιεῖον, commune aerarium Delum constitutum fuisse tradit: & Thucydides, lib. 1. f. 64. ταμιεῖον Δῆλος ἦν αὐτοῖς καὶ ξύνοδοι ἐς τὸ ἰσθμὸν ἐγίγνοντο. Nam
 6 aera-

⁶ aerarium esse voluerunt. quae omnis pecunia
² postero tempore Athenas translata est. Hic
⁷ qua fuerit abstinentia, nullum est certius indi-
 cium, quam quod, cum ⁸ tantis rebus praefuis-
 set, ⁹ in tanta paupertate decessit, ut, ¹⁰ qui ef-
³ ferretur, vix reliquerit. Quo factum est, ut
 filiae eius ¹¹ publice alerentur, & de communi
 aerario dotibus datis ¹² collocarentur. ¹³ Decef-

tutissime in templis propter religionem servari pecu-
 nia existimabatur. v. infra 23, 9, 3. In Delo autem
 una ex Cycladibus in mari Aegaeo, Apollinis templum
 illustrissimum erat. Vid. Tab. II. 6 aerarium) hunc
 locum colligendis & condendis pecuniis publicis de-
 stinarunt, ex quo possent promere, si belli necessitas
 urgeat. De aerario privato v. 25, 8, 3. 7 qua absti-
 nentia) i. e. integritate & cura non in suis sed in reip.
 commodis promovendis. Talis Fabricius Romae apud
 Cicer. Offic. 3, 22. Tales alii, de quibus breviter agit
 Ammian. Marcell. 14, 6; & Sen. ad Helv. cap. 12.
 8 tantis rebus) imperiis, magistratibus, aerario consti-
 tuendo. 9 in tanta paupertate) conf. Frontin. 4, 3, 5.
 ubi § 3 & 4. similia exempla adducit. 10 qui efferreretur)
 qui hoc loco idem est ac quo vel ut, sensus est; vix
 eos sumptus reliquit, quibus funus ex aedibus depor-
 tari potuerit. Efferi hoc sensu redit 10, 10, 3; &
 25, 22, 4. conf. Ter. Andr. 1, 1, 90. 11 publice ale-
 rentur) ex publico; publico sumtu, & quidem e
 Prytanaeo. vid. Meurs. fort. Attic. 1, 8. *sie bekamen
 gnaden-gelder.* 12 collocarentur) viris in matrimo-
 nium cum dote darentur, nos dicimus *ausstatten*. Si-
 milem in modum Romanus Senatus Fabricii Luscini
 Scipionisque filias ab a dotatis nuptiis liberalitate sua
 vindicavit. vid. Valer. Max. 4, 4, 10. 13 decessit) scilicet
 ex vivis. Memoria lapsus est Seneca, cum ad Helviam
 cap. 13. Ducebatur, inquit, Athenis ad supplicium Ari-
 stides. Phocion forsan pro Aristide dicendus erat.

fit autem fere post annum quartum,¹⁴ quam Themistocles Athenis erat expulsus.

IV.

PAUSANIAS.

ARGUMENTVM.

1. Pausanias varius virtute & vitiis, Mardonii ad Plataeas victor, superba tripodis inscriptione cives suos offendit. 2 Postea cum classe missus Byzantium capit, captivos autem clam dimittit, & regis affinitatem Graeciae proditione pactus, 3. seipsum peregrinis moribus prodit: scytalaeque domum vocatus, Helotes sollicitat. 4. Cum litteras eius ad regem datas puer indicasset, Taenari in aede Neptuni observatus, 5. in Chalcioecum Minervae confugit, ubi obstruitur, etiam matre grandaeva lapidem apportante, inde semianimis elatus exhalat, & infoditur eodem loco, quo vitam finierat.

¹ Pausanias Lacedaemonius, ² magnus homo, sed ³ varius in omni genere vitae fuit. nam ut vir-

Tumulus eius exstabat in portu Phaleraeo. Plutarch. p. 335. C. 14 quam erat expulsus) pro postquam, ut supra 3, 1, 4. Cic. fam. 16, 21. post diem 40 & 6, quam a vobis discesserant. Conf. Flor. 2, 2, 7.

¹ Pausanias) Cleombroti filius, paterque Cleombroti alterius, qui Dux Lacedaemon cum Miltiade temere pugnans ex vulnere periit. Alius Pausanias fuit Macedo Philippi occisor; alius historicus &c. ² magnus homo) id est vir magnus, non quidem mole corporis, sed vastitate animi. ³ varius) inconstans, instabilis, mutabilis; ne in uno quidem quoque unus animus fuit
tutibus

tutibus 4 eluxit: sic 5 vitiis est obrutus. Huius 6 illu-
 3 lustrissimum est proelium 7 apud Plataeas. Nam-
 que illo duce Mardonius 8 satrapes regius, natio-
 ne Medus, 9 regis gener, in 10 primis omnium Per-
 sarum & 11 manu fortis & 12 consilii plenus, cum
 ducentis millibus peditum, 13 quos viritim legerat,
 & viginti millibus equitum, haud ita magna
 14 manu, Graecia fugatus est, eoque ipse 15 dux ce-

idemque semper, sed varius, commutabilis, multiplex, ut Cicero loquitur Laelio cap. 25. 4 eluxit) inclaruit & quasi famae lucem dedit. 5 vitiis obrutus) Adfuit virtutis vitiique mixtura, uti in Alcibiade 7, 1, 1; & in Alexandro M. Justin. 9, 8, 11. De huiusmodi hominibus vid. Boecleri Comment. pag. 54 seq. 6 illu- strissimum) nobilissimum, celeberrimum, memorabile, 7 apud Plataeas) Boeotiae urbem. C. Vid. Tabul. II. conf. 3, 2, 1. 8 satrapes) praefectus provinciae, ein Bassa, qualem Romani praetorem vocant, nam Persicum Imp- rium in suas satrapias divisum erat. V. Brissonium de regno Persarum lib. 1. p. III. 9 regis gener) Darii, non Xerxis. Herod. 6, 43. γενεάρχης βασιλέως Δαρείου Δο- γάρχη Agrozásqev. C. 10 in primis) inter primos seu praecipuos. 11 manu fortis) manum habens expeditam ad dimicandum, ut dicitur 14, 6, 2. 12 consilii plenus) Ipse Xerxes consilii dubius Mardonii consilium pro- bavit, cum fugiens exercitum ei traderet. Vid. Justin. 2, 13, 1 sqq. 13 quos viritim legerat) praestantissimos ex toto exercitu. Ad Plataeas enim adduxit nobilissi- mas gentes & memoratu dignissimas. Herodot. 9, 31. C. 14 manu) i. e. agmine, exercitu, ut supra 1, 5, 1. 15 ipse dux cecidit proelio) Iustino 2, 14, 5. Mardonius veluti ex naufragio cum paucis profugisse dicitur, at Diodo- ro 6, 31. ἀγωνιζόμενος, ἔπεσε, in pugna cecidit; & Plu- tarcho auctore in Aristide pag. 330. Spartanus quidam lapide caput eius inter proeliandum perfregit: etiam cecidit

cidit proelio. Qua victoria ¹⁶ elatus plurima ³
¹⁷ miscere coepit, & ¹⁸ maiora concupiscere. Sed
 primum ¹⁷ in eo est reprehensus, quod ex praeda
 tripodem aureum ²⁰ Delphis posuisset, sed ²¹ epi-
 grammate scripto, in quo erat haec sententia:
²² SUO DUCTU BARBAROS APUD PLA-
 TAEAS ESSE ²³ DELETOS, EIUSQUE VI-
 CTORIAE ERGO APOLLINI DONUM
 DEDISSE. Hos versus Lacedaemonii ²⁴ exscul- ⁴
 pserunt, neque aliud scripserunt, quam nomi-
 na earum civitatum, quarum auxilio Persae
 erant victi.

marmor Arundellense epocha 53. f. 169. ΜΑΡΔΟΝΙΟΥ
 ΕΤΕΛΕΥΘΗΣΕΝ ΕΝ ΤΗΜΑΧΗΙ. C. 16 elatus) *tu-*
milior factus, scil. Pausanias. Sic mox c. 2, 2. elatus
se gessit. 17 miscere) res pro suo libitu agere, turbare et
confundere. 18 maiora concupiscere) mox cap. 2, 2. maiores
res appetere. Mos ille est hominis turbulenti, qui non
contentus sua forte multa ambitiose molitur. 19 in eo
est reprehensus) ea in re, eam ob causam meruit indi-
gnationem & reprehensionem. Sic infra 15, 10, 1.
²⁰ Delphis posuisset) Mos ille fuit victoribus maxime inter
 Graecos, ut spolia quaedam hostibus erepta Apollini
 Delphico consecrarent. Pausaniae autem donum non
 tripodem, sed mensam fuisse, ex Athenaeo 2, 7. probari
 solet. ²¹ epigrammate scripto) *mit der beygefügten über-*
schrift. Graecum epigramma, cuius noster sententiam
 Latine refert, auctore Thucydide lib. 1. p. 87. tale fuit:

Ἑλλήνων ἀρχηγός ἐπεὶ στρατὸν ὤλεσε Μήδων,

Παυσανίας, Φοίβῳ μνήμῃ ἀνέθηκε τόδε. C.

²² suo ductu) se imperante, sua administratione bel-
 lica. ²³ deletos) profligatos, victos. Sic *deleti exerci-*
tus, Tac. Hist. 2, 26, 3; & Curt. 4, 9, 23. 24 exscul-
pserunt) ita MSS. libri: Courtinus exscalpservunt: utrum-
que idem, quod radendo deleverunt. Thucydides c. 1.

Post

II. Post id proelium, eundem Pausaniam cum classe communi ¹ Cyprum atque ² Hellespontum miserunt, ut ex his regionibus ³ barbarorum praesidia depelleret. Pari felicitate in ea re usus, ⁴ elatius se gerere coepit, maioresque appetere res. Nam cum ⁵ Byzantio expugnato cepisset complures Persarum nobiles, atque in his nonnullos ⁶ regis propinquos, hos clam Xerxi remisit, simulans ex ⁷ vinculis publicis effugisse; & cum his ⁸ Gongylum Eretriensem, qui litteras regi redderet, in quibus haec fuisse scripta ⁹ Thucydides memoria

ἔξεκόλασαν, quod Scholiastes interpretatur ἔχορῆσαντι; ἀπὸ δειψαν. C.

Cap. II. 1 *Cyprum*) i. e. in vel ad *Cyprum*, quae insula est in extremo angulo maris mediterranei versus Asiam sita. Vid. Tab. III. 2 *Hellespontum*) proprio non est regio, sed fretum angustum inter mare Aegaeum & Propontidem Europam ab Asia dividens, h. l. autem pro regionibus circa illud fretum iacentibus usurpatur. Vid. Tab. II. 3 *barbar. praesidia*) milites illis locis a Persis impositos. 4 *elatius se gerere*) insolentiores se praebere, & ut apud Florum est, 1, 26, 8. efferre se altius & incivilius. Caes. Civ. B. 3, 79. de proelio ad Dyrhachium facto elatius inflatusque multo, quam res erat gesta, fama percrebuerat, & c. 59. eiusdem libri, *barbara arrogantia elati*. C. 5 *Byzantio*) Byzantium nobilis urbs Thraciae ad Bosphorum sita, quae nunc Constantinopolis dicitur. Vid. Tab. II. 6 *regis propinquos*) homines regi necessarios, quos vocat mox §. 5. 7 *vinculis*) carcere, captivitate. 8 *Gongylum Eretriensem*) cui curam Byzantii & captivorum mandaverat. Thucyd. lib. 1. f. 85. C. Fuit ille civis ex Eretria civitate Euboeae. 9 *Thucydides mem. prodidit*) loco iam indicato haec epistola Graece legitur. C.

pro-

prodidit: Pausanias dux ¹⁰ Spartaë, quae Byzan- 3
 tium ceperat postquam propinquos tuos cognovit, tibi
 muneri misit; seque tecum ¹¹ affinitate coniungi cu-
 pit. quare, ¹² si tibi videtur, ¹³ des ei filiam tuam nu-
 ptum. Id si feceris, & Spartam & ceteram Grae- 4
 ciam sub tuam potestatem se adiuvante te reda-
 cturum pollicetur. His de rebus si quid ¹⁴ geri vo-
 lueris, ¹⁵ certum hominem ad eum ¹⁶ mittas face,
 cum quo colloquatur. Rex tot hominum ¹⁷ salute 5
 tam sibi ¹⁸ necessariorum magnopere gavisus, con-
 festim cum epistola ¹⁹ Artabazum ad Pausaniam
 mittit. In qua eum collaudat, ac petit, ne cui rei

¹⁰ Spartaë) Sparta eadem urbs Peloponnesi, quae
 & Lacedaemon dicitur. ¹¹ affinitate) ea necessitudine,
 quae est inter generum & socerum. ¹² si tibi videtur)
 scilicet utile & bonum esse; vel si tibi placitum est,
 wenn du es für gut ansiehst, wenn es gefällig ist. ¹³ des
 filiam) huiusmodi vincula paciscuntur sibi proditores,
 & spe talium nuptiarum interdum etiam ad perfidiam
 sollicitantur. v. Curt. 3, 6, 4. ¹⁴ geri) tractari, confici.
¹⁵ certum hominem) ministrum fidelem, cui liceat tuto
 rem committere. ¹⁶ mittas face) Archaismus, Comi-
 cis maxime usitatus, & simul ellipsis, pro fac, ut mit-
 tas, Plaut. Truc. 2, 5, 25. face, ut accumbam. Ter.
 Andr. 4, 1, 57. me missum face. Elegantissimum etiam
 Ovidius hac forma usus est 2 Pont. 2, 64. Verba face. C.
¹⁷ salute) vita & incolumitate. ¹⁸ necessariorum) san-
 guinis cognatione coniunctorum. Nam necessitudo pro co-
 gnatione & affinitate frequentissime adhibetur. ¹⁹ Artabazum)
 summus ille Xerxis praefectus fuit, quem misit
 praetextu provinciae adeundae. Dascylitidem enim in
 Bithynia satrapiam rex illi decreverat, ut Pausaniae,
 apud Byzantium commoranti, quam proximus esset.
 Thucyd. lib. I. p. 85. C. ²⁰ ne cui rei parcat) ut
 omnem curam & omne studium adhibeat.

Cornel. Nep.

D

parcas

parcat ad ea perficienda, quae pollicetur. Si fecerit, ²¹ nullius rei a se repulsam laturum. ²² Huius Pausanias voluntate cognita, ²³ alacrior ad rem gerendam factus, ²⁴ in suspicionem cecidit Lacedaemoniorum. ²⁵ In quo facto domum revocatus, accusatus ²⁶ capitis absolvitur; multatur tamen pecunia. quam ob causam ad classem ²⁷ remissus non est.

III. At ille ¹ post non multo ² sua sponte ad exercitum ³ rediit, & ibi ⁴ non callida, sed dementi ratione ⁵ cogitata patefecit. Non enim mores pa-

²¹ nullius rei repulsam laturum) i. e. non repudiatum eum iri, sed omnia, quae cupiat, consecuturum. Haec prava ars & callida ratio est, largis promissis & beneficiis alliciendi & corrumpendi animos perfidos. ²² huius voluntate) Xerxis benevolentia & assensione. ²³ alacrior factus) magis incitatus & inescatus verbis epistulae. ²⁴ in suspicionem cecidit) id est pervenit, suspectum se reddidit Peloponnesiis. ²⁵ in quo facto) Plene, proprie & sine ellipsi dicitur, expressa praepositione IN. Adi Perizon. ad Minerv. Sanct. p. 507. C. Explica: Interea dum hoc factum agit, dum in eo occupatus est. Sic in his rebus, 10, 1, 2. ²⁶ capitis) scilicet crimine & poena; qui mortem meruit. Sic damnare capitis. c. 3, 4. ²⁷ remissus non est) abrogata ei est ducis potestas, ne prodicionis telam pertexeret.

Cap. III. ¹ post non multo) id est post breve tempus, bald darauf, kurz hernach. Sic, post neque ita multo, 5, 3, 4. & neque ita multo post, 16, 2, 4; 19, 2, 5; 21, 3, 4. ² sua sponte) privato consilio, sine auctoritate publica. ³ rediit) ut ducis officio iterum fungeretur. ⁴ non callida, sed dementi rat.) id est inepte & stolide. ⁵ cogitata) scil. mentis, ut Cicero addit de clar. orat. c. 72; i. e. consilia, molitiones, alii legunt conata, uti 10, 8, 5. Sed & cogitatum extat 14, 6, 8.

erios

trios solum, sed etiam ⁶ cultum, vestitumque ⁷ mutavit. ⁸ Apparatu regio utebatur, veste ⁹ Medica: satellites Medi & Aegyptii sequebantur: epulabatur ¹⁰ more Persarum luxuriosius, quam, qui aderant, perpeti possent: aditum potentibus conveniendi ¹¹ non dabat: superbe respondebat, & crudeliter imperabat: Spartam redire nolebat: ¹² Golonas, qui locus in agro ¹³ Troade est, se contulerat: ibi consilia cum patriae, tum sibi ¹⁴ inimica capiebat. Id postquam Lacedaemonii resciverunt, legatos ad eum cum ¹⁵ scytala mise-

6 cultum) famulitium vel servos, germ. *auswartung*, *bedienung*. C. 7 mutavit) Hinc Val. Max. 2, 6, 1; Ut primum se Asiae moribus permisit, fortitudinem suam effoeminato eius cultu mollire non erubuit. Similia de Alexandro M. habet Curt. 6, 6, 4 & 5. De Hieronymo Siciliae rege Liv. 24, 5. de M. Antonino Flor. 4, 11, 3. de Rufino Claudian. 2, 75 sqq. 8 Apparatu regio utebatur) expressa haec sunt ex Thucydide s. 86. C. 9 Medica) Medorum purpurea id est Persica, ut Persarum favorem captaret, & se ad eos defecisse ostenderet. 10 more Persarum) quorum luxus infamis. v. Athenaeus 4, 6; & Horat. 1, 38, 1. 11 non dabat) Prompti aditus, obvia comitas, ignotae Parthis virtutes, Tac. An. 2, 2, 6. conf. Iustin. 1, 3, 2; Curt. 9, 8, 23. 12 Golonas) Thucydides c. 1. *κολωνας Τρωϊδας* vocat, quod interpretes vertit *pagos quosdam Troadis*. Strabo autem hoc nomine amoenissimum collem laudat lib. 13. fol. 411. quem Simonis praeterfluat. Ornat epitheto *ἡ καλὴ Κολωνη*, quemadmodum Homero Iliad. Y. v. 53. est *καλλικολωνη*, eademque apud Simoenta fluvium, *πᾶρ Σιμόντι*. C. 13 Troade) ita vocatur regio, in qua Troia sita erat in Asia minore, non procul ab Hellespontico. 14 inimica) adversa, perniciofa, exitiosa. 15 cum scy-

runt: in qua ¹⁶ more illorum erat scriptum, nisi
 5 domum reverteretur, se ¹⁷ capitis eum damnaturos.
 Hoc nuntio motus, sperans se etiam ¹⁸ pecunia
 & potentia instans periculum posse depellere,
¹⁹ domum rediit. huc ut venit, ab ²⁰ ephoris in
 vincula publica coniectus est. licet enim legibus
 6 eorum cuivis ephoro ²¹ hoc facere regi. hinc ta-
 men ²² se expedivit, ²³ neque eo magis carebat
 suspitione. nam opinio manebat, eum cum ²⁴ rege

tala) mit einer geheimen ordre. Scytalam exponunt
 Plutarchus in Lyfandro pag. 444. Scholiastes Thucydi-
 dis p. 86. Gellius 17, 9. Est proprie *baculus* secundum
 Hesychium: deinde genus epistolae Laconicae, loco cir-
 ca teretem baculum voluto inscriptae, cuius litterae
 connecti & legi non possunt, nisi ab illo, qui persimili
 bacillo utitur. Ex gemellis hisce baculis alterum tene-
 bant ephori, alterum in bellum ac provincias effere-
 bant duces & imperatores, ut, si intercepta forte esset
 epistola, intelligi ab hostibus non posset. C. ¹⁶ more
 illorum) scilicet dictatorio & comminatorio. ¹⁷ capitis)
 iudicio vel poena: mit einer lebens-strafe würden sie ihm
belegen. Ita Spartanorum legibus licebat reges damna-
 re & poena afficere. v. Grot. de I. B. & P. I, 4, 8. cum
 not. & Arnisaeus de Rep. 2, 6, 2, 12 sqq. ¹⁸ pecunia)
 qua iam antea multatus erat, cap. 2, 6. ¹⁹ domum)
 Lacedaemonem. ²⁰ ephoris) summis Spartanorum
 magistratibus. ²¹ regi) Sensus est: *Quivis ephorus ha-*
bet licentiam, ut hoc facere possit regi Lacedaemonio-
rum, qui ipsorum bella gerit, qui rex est nomine magi-
quam imperio: nomine, non potestate, ut loquitur nostrae
 17, 1, 2; 21, 1, 2. ²² se expedivit) ex laqueis istis per
 suam vafriciam evasit. ²³ neque carebat suspitione) su-
 spectus nihilominus erat. ²⁴ rege) Persarum rex
 κατ' ἰξοχην, & absolute rex dicitur, quia nullus illo
 potentior tunc habebatur.

habent

habere societatem. Est genus quoddam hominum, ²⁵ quod Helotes vocatur, quorum magna multitudo agros Lacedaemoniorum ²⁶ colit, fervorumque munere fungitur. hos quoque ²⁷ sollicitare ²⁸ spe libertatis ²⁹ existimabatur. sed quod ⁷ harum rerum nullum erat apertum crimen, quo ³⁰ argui posset, non putabant de tali tamque claro viro ³¹ suspicionibus oportere iudicari: sed expectandum, ³² dum se ipsa res aperiret.

Interim ¹ Argilius quidam, adolescentulus, ^{IV.} quem puerum Pausanias ² amore venereo dilexe-

²⁵ quod Helotes vocatur) Gronovius delet quod, & vocantur scribit, quasi parenthesi inclusa verba. Helotes servi Spartanorum erant, ab oppido Helos dicti, in ora maris sito, Pausan. Lacon. pap. 103. C ²⁶ colit) Erant Helotes praepositi agris arandis & colendis, qui tamen ius etiam civitatis Spartanae impetrare poterant; de quibus vid. Thucyd. 1, 6; Plato de Leg. 6; Aristot. Polit. II, 7; ut & Crag. de Rep. Lac. I, II; & Uhb. Emm. Graec. vet. 3. p. 139. ²⁷ sollicitare) impellere ad res novandas, vel ad seditionem. ²⁸ spe libertatis) subaudi proposita spe adipiscendae libertatis. ²⁹ existimabatur) neque vanum fuisse hunc metum, Romana exempla docent apud Florum 3, 19. ³⁰ argui) convinci & condemnari. ³¹ suspicionibus) id est ex suspicionibus; opponuntur argumentis & testimoniis. C. ³² dum se res aperiret) usque dum res fieret clarior. Apparet hic gravitas Lacedaemoniorum non temere credentium, neque ad supplicia properantium, nisi certa adsint indicia.

Cap. IV. ¹ Argilius quidam) Pronomen cum Proprio compositum saepe obscuritatis & ignotae conditionis signum est. Noster in Timol. cap. 5. quidam Lamestius. ² amore Venereo) id est turpi, impudico & lascivo. Sed cum talis non fuerit amor puerorum apud Lacedae-

rat, cum epistolam ab eo ad ³ Artabazum accepisset, ⁴ eique ⁵ in suspicionem venisset, aliquid in ea de se esse scriptum, quod ⁶ nemo eorum rediisset, qui ⁷ super tali causa ⁸ eodem missi erant: ⁹ vincula epistolae laxavit, signoque detracto cognovit, si pertulisset, ¹⁰ sibi esse pereundum. Erant in eadem epistola, quae ad ea pertinebant, quae inter regem Pausaniamque ¹¹ convenerant. Has ille litteras ephoris tradidit. Non est praetereunda ¹² gravitas Lacedaemoniorum hoc loco. nam ne huius quidem ¹³ indicio impulsus sunt, ut Pausaniam comprehenderent: neque prius ¹⁴ vim adhibendam putaverunt, quam se ipse indicasset. Ita-

monios, merito haec duo verba glossema esse creduntur, ³ Artabazum) Persarum satrapam. ⁴ eique) adolescentulo. ⁵ in suspicionem) in suspicacem mentem, *ihm war verdächtig vorgekommen*. ⁶ nemo rediisset) Ita pactus erat Pausanias cum Artabazo, ut ne redirent, quos ipse misisset cum litteris. Quo occultari consilia sperabat, quae adversus Graeciam inierat. *Diodor. II, 45. C.* ⁷ super tali causa) scilicet arcanorum inter Persas & Pausaniam. ⁸ eodem) ad Artabazum. ⁹ vincula epistolae) Antiqui enim epistolam vinculo quodam solebant ligare, quod plerumque erat ex lino, cui quoque signum imprimebatur vid. *Lips. Epist. I. Instit. c. 4. conf. Curt. 7, 2, 25.* ¹⁰ sibi esse pereundum) Tam periculosa litterae vocantur Bellerophontaeae, *Urias - Briefe*. ¹¹ quae convenerant) alias: de quibus inter eos convenerat, *worüber die Abrede war genommen worden*. ¹² gravitas) caute procedens in iudicio ante rem penitus exploratam. ¹³ indicio) incertum illud & suspectum visum est, quia Argilius litteras apertas tradidit. ¹⁴ vim) per vincula & supplicium sumendum de Pausania.

que

que hinc indici, quae
¹³ Panum Neptunum
 fas patet Graecis
 confedit. ¹⁷
 ex quo possit
 cum Argilio, huius
 runt. Pausanias, u
 in eam, perturbat
 plicem Dei videtur
 causae quid sit tam
 quid ex litteris com
 Pausanias perturbat
²⁴ ut se meritis de

¹³ Panum Neptunum
 & promissum in
Thucyd. I, 104.
 con. pag. 95. C.
 quisquam inde de
 cis Asia erant lo
 pro iacta haec, per
 gantur pro si quis
 negotio senatorum v
 um) sine salaris de
Torn. Rivet. II, 17.
Idem Neptunum.
 eleganter. ¹³ ut non
 tem secretam piam
Plut. Trin. I, 2, 105.
¹⁴ ut se proderit) vid
 quod *Curt. 6, 7, 9.*
 re significaretur; si
 Pausanias verba Cal
 II, 4, 3.

que huic indici, quid fieri vellent, praeceperunt. ⁵
¹⁵ Fanum Neptuni est Taenari, quod ¹⁶ violari ne-
 fas putant Graeci. Eo ille index confugit: in ara
 confedit. ¹⁷ hanc iuxta locum fecerunt sub terra,
 ex quo posset audiri, ¹⁸ si quis quid loqueretur
 cum Argilio. huc ex ephoris quidam ¹⁹ descende-
 runt. Pausanias, ut audivit, Argilium confugisse ²⁰
 in aram, perturbatus eo venit: quem cum ²¹ sup-
 plicem Dei videret in ara sedentem, quaerit ²²
 causae quid sit tam repentini consilii. huic ille,
 quid ex litteris comperisset, aperit. Tanto magis ⁶
 Pausanias perturbatus orare coepit, ²³ ne enuntiaret
²⁴ nec se meritum de illo optime proderet. quod ²⁵ si

15 Fanum Neptuni est Taenari) Taenarum oppidum
 & promontorium in Laconia, ubi celebre templum
 Ποσειδώνος Ἰπποκυρίου, Neptuni Hippocurii, Pausan. La-
 con. pag. 95. C. Vid. Tab. II. 16 violari) si nempe
 quisquam inde detraheretur. Tempia & arae Grae-
 cis asyia erant locaque inviolabilia. 17 hanc iuxta)
 pro iuxta hanc, per anastrophem. 18 si quis quid) ele-
 ganter pro si aliquis aliquid. 19 descenderunt) de simili
 negotio senatorum vid. Tacit. Ann. 4, 69, 2. 20 in
 aram) suae salutis & sui praesidii causa; de quo more
 Turneb. Advers. 21, 18. 21 supplicem Dei) adorantem
 idolum Neptuni. 22 causae quid) pro quae causa,
 eleganter. 23 ne nuntiaret) ne aliis significaret; ne
 rem secretam palam faceret. Sic Cicer. Agrar. 2, 34;
 Plaut. Trin. 1, 2, 105. Caes. B. G. 5, 58. Justin. 5, 1, 1.
 24 nec se proderet) vide similiter precantem Dymnum
 apud Curt. 6, 7, 9. 25 si enim veniam dedisset) si ea in
 re gratificaretur; si de isthac re sibi gratiam faceret,
 Plautinis verbis Cas. 2, 6, 20. conf. infra 10, 2, 2; &
 18, 6, 3.

eam veniam sibi dedisset ²⁶ *tantisque implicitum rebus sublevasset, magno esse ei praemio futurum.*
 V. His rebus ephori cognitis, satius putaverunt ² in urbe eum comprehendi. quo cum essent profecti, & Pausanias ³ placato Argilio, ut putabat, Lacedaemonem reverteretur, in itinere, cum iam ⁴ in eo esset, ut comprehenderetur, ⁵ e vultu cuiusdam ephori, qui eum admonere cupiebat, infidias sibi fieri intellexit. Itaque ⁶ paucis ante gradibus, quam qui sequebantur, in aedem Minervae, quae ⁷ Chalcioecus vocatur, confugit. Hinc ne exire posset, statim ephori ⁸ valvas eius aedis obstruxerunt, ⁹ tectumque sunt demoliti, quo fa-

26 tantisque implicitum rebus sublevasset) tantopere periclitantem auxilio suo praestito erexisset.

Cap. V. 1 *satius)* utilius, commodius, diensamer. 2 *in urbe)* Lacedaemone. 3 *placato)* reconciliato, in gratiam red. eto. 4 *in eo esset)* prope esset, ut caperetur, *es war an dem.* conf. 1, 7, 3. 5 *e vultu)* ex nutu bene cupientis. 6 *paucis ante gradibus)* sensus est: paucis gradibus, quibus in templum itur, antequam aliqui sequebantur, confugit &c. 7 *quae Chalcioecus vocatur)* Nomen a materia est, quia tam templum, quam simulacrum deae erat aeneum, *Pausan. Lacon. f. 99;* qui in *Phoc. fol. 321.* adhuc sua aetate superfuisse auctor est. C. Huc velut ad asylum facinorosi se contulisse videntur impunitatem consecuturi. 8 *valvas obstruxerunt)* fores, geminas habentes partes in se coeuntes, occluserunt. Pater Pausaniae id fecisse dicitur, quem Chrysermus apud Stob. Serm. 157. *Hegesilaum, & Plutarch. p. 308.* *Agessilaum* vocant; male uterque, cum is fuerit Cleombrotus, & id matrem fecisse Nepos §. seq. asserat, cui nomen est *Theano* apud *Polyaen. lib. 8.* 9 *tectum demoliti)* *sie haben das dach abgetragen.* conf. *Curt. 8, 10, 3.*

cilius

cilius ¹⁰ sub dio interiret. ¹¹ Dicitur eo tempore matrem Pausaniae vixisse, eamque, iam ¹² magno natu, postquam de scelere filii comperit, ¹³ in primis ad filium claudendum, lapidem ad introitum aedis attulisse. Sic Pausanias magnam ¹⁴ belli 4 gloriam turpi morte maculavit. Hic cum semianimis de templo elatus esset, confestim ¹⁵ animam efflavit. ¹⁶ Cuius mortui corpus cum eodem non- 5 nulli dicerent ¹⁷ inferri oportere loco; ¹⁸ quo hi, qui ad supplicium essent dati, displicuit pluribus: &

¹⁰ sub dio) sub aperto coelo vel aëre, *unter freyen himmel*. Festus derivat ἀπὸ τῆς διὸς, sed Varro L. L. 4, 10. ab antiquo *Diouis*. Alii e MSS. h l. & apud Lucret. 4, 211; Cic. Verr. 1, 19; Suet. Iul. c. 72; & Aug. c. 82; Horat. Od. 1, 18, 13; 2, 3, 23; & 3, 2, 5 legunt *sub divo*. ¹¹ Dicitur matrem Pausaniae) Diodorus Sic. II, 45. narrat, haesitantibus Spartanis, an ad supplicium trahendus supplex sit, matrem saxum ad fores aedis apportasse, cuius iudicium ceteros secutos, fores obstruxisse. C. Alias dicimus: *Dicitur eo tempore mater Pausaniae vixisse*, nam verba dicendi, existimandi & similia ante & post nominativum habent. Sed & hoc apud alios sic invenies. Evolve Valer. Maximum 6, 9, 6: & Tac. H. 1, 50, 1. ¹² magno natu) i. e. longaevam, *von hohen alter*. conf. Liv. 2, 8; & 10, 38. ¹³ in primis) inter primos. ¹⁴ belli gloriam) bello acquisitam. Sic Agrippinenses egregiam laudem turpi sine maculasse, legitur apud Tac. H. 4, 60, 3. ¹⁵ animam efflavit) exanimatus est. infra 18, 4, 2. *cum anima reliquit*. Solus Xenophon scribit, Pausaniam Tegeam prolugisse ibique morbo periisse. ¹⁶ cuius) sic construe: quem nonnulli dicerent, corpus huius mortui oportere inferri eodem loco. ¹⁷ inferri) sepeliri, *verscharrret werden*. ¹⁸ quo hi) subaudi: inferri solent loco. C. scilicet barathro, quo facinorosorum

procul ab eo loco infoderant, in quo erat mortuus. Inde posterius ¹⁹ dei Delphici responso erutus, atque eodem loco sepultus, ubi ²⁰ vitam posuerat.

corpora coniciebantur. v. Suid. ¹⁹ dei Delphici responso) id est Apollinis responsum. Diodorus II, 45. ita narrat, reddendum deae supplicem esse; quod praestiterint pro uno corpore geminam imaginem Pausaniae iuxta aram Chalcioeci collocantes. Has imagines etiam Pausanias Lacon. f. 99. laudavit. C. ²⁰ vitam posuerat) Ita ex MSS. Bosius: *finierat* vulgo. Ponere autem vitam pro mori dixit etiam Propertius 2, 16, 3. ac eleg. 26. extr. sicut Val. Max. 7, 8, 8. ponere spiritum. C.

V.

CIMON.

ARGUMENTVM.

1. Cimonem e vinculis, quae pro patre subierat, uxor liberat matrimonio mutato.
2. Pulsis Thracibus apud Strymona, coloniam ducit Amphipolin, & uno die apud Eurymedonta terra marique victor, rebelles insulas ad officium cogit redire.
3. Ostracismo tamen multatur, sed quinto post anno restitutus, cum pacem inter patriam & Spartam conciliasset, in oppugnatione Citi in Cypro moritur.
4. qui cum primis liberalitate commendandus est.

Cimon Miltiadis filius, Atheniensis, ¹ duro admodum initio usus est adolescentiae. nam

Cap. I. ¹ duro admodum initio usus est) id est calamitosum habuit exordium. De Tiberio Suetonius c. 6. *pueritiam habuit laboriosam & exercitatum.*

cum pater eius² litem aestimatam populo solvere non potuisset, ob eamque causam in vinculis publicis decessisset, Cimon³ eadem custodia tenebatur, neque⁴ legibus Atheniensium emitti poterat, nisi pecuniam, qua pater multatus esset, solvisset. ⁵ Habebat autem in matrimonio ⁶ so-
rorem germanam suam, nomine Elpinicen; non magis amore, quam⁷ more, ductus. nam⁸ Athe-

² litem aestimatam) das angesetzte straff-geld. nimirum quinquaginta talenta. Vide Miltiad. c. 7. n. 6. C. conf. Quintil. Declamat. 103. ³ eadem custodia) i. e. in eadem custodia, Seneca Controv. 24. Unus Miltiadis census inventus est, Cimon filius: nec hic quidem quidquam habuit, quod dare pro patre, praeter se ipsum, posset. C. ⁴ legibus Atheniensium) vermoege der gesetzte. Huiusmodi legem memorat Demosthenes adversus Androktionem f. 704. si pater multam non solvit reipublicae, filium fieri heredem ignominiae paternae. C. Adde Alex. ab Alex. 2, 16. ⁵ habebat in matrimonio) Ergo legitime. Athenaeus autem 13. f. 589. contra legem παρανόμως συνόντος. C. ⁶ sororem germanam) non uterinam, sed, ut Solonis lex permisit, consanguineam, id est ὁμοπάτριον. Varroni quidem apud Servium in Aeneid. 5. v. 412. germanus est de eadem genetrice manans, quo sensu ibidem etiam Virgilii vox: Haec germanus Eryx, accipienda est: ac eodem Servio teste MULTI dicunt esse de eodem germine, id est patre. Et hoc modo noster intellexit, qui addidit eodem patre natus. C. ⁷ more ductus) moribus patriis permotus. Reclamant praecipui scriptores, Plutarchus f. 480. Athenaeus 13. f. 589. Andocides oratione contra Alcib. & Suidas in Cimone. qui omnes improbant hanc cum sorore consuetudinem ut illicitam, additque Suidas, διὰ τὸ, propterea ostracismo eiectionem a civibus fuisse. C. conf. supra Praef. n. 4. Alia autem fuit causa damnationis, de qua mox o. 3. n. 1. 8 Athen. licet) Auto-

3 nientibus licet eodem patre ⁹ natas uxores ducere. Huius coniugii cupidus ¹⁰ Callias quidam, non tam ¹¹ generosus, quam ¹² pecuniosus, qui magnas pecunias ex ¹³ metallis ¹⁴ fecerat, egit ⁴ cum Cimone, ut eam sibi uxorem daret: id, si impetrasset, se pro illo ¹⁵ pecuniam soluturum. Is cum talem conditionem ¹⁶ aspernaretur, Elpinice negavit se passuram Miltiadis ¹⁷ progeniem in vinculis publicis interire, quoniamque ¹⁸ prohibere posset, se ¹⁹ Calliae nupturam, si ea, quae polliceretur, ²⁰ praestitisset.

rum hac de re testimonia allegant Rutgerf. Var. Lect. 1, 9. p. 39; Muret. Var. Lect. 15, 5; & Sam. Petitus Comm. ad Leg. Att. 6, 1. 9 *natas*) sc. filias, five sorores. ¹⁰ *Callias quidam*) de eo & aliis eiusdem nominis v. Gronov. Observ. 4, 5. ¹¹ *generosus*) nobilitate generis clarus. ¹² *pecuniosus*) pecuniis abundans conf. 25, 13, 1. & Cic. pro Q. Rosc. c. 15. ¹³ *metallis*) metalli fodinis. Etiam haec vox habet significationem lapicidinarum, apud Plinium & alios. Sed alii alias divitiarum causas produnt, Seneca Controv. 24. cum *fordide divitem natum* vocat. vid. Athenaeus 12, 8. & 17. ¹⁴ *fecerat*) *acquisierat*. Sic *rem facere* dicuntur ii, qui multas opes sibi comparant. vid. Horat. 1, 1, 65. ¹⁵ *pecuniam*) dictatam multa loco. ¹⁶ *aspernaretur*) nollet accipere. Contra Plutarchus testatur, facilem illum & paratum ad hanc conditionem fuisse. ¹⁷ *progeniem*) stirpem, liberos, filium & filiam ¹⁸ *prohibere*) avertere scilicet interitum generis. ¹⁹ *Calliae nupturam*) nubere proprie est *velamine tegere*: & quia hoc signum erat sponsae marito adducendae, pro ipso pacto conjugali accipitur. ²⁰ *praestitisset*) fecisset, solvisset.

¹ Tali modo custodia liberatus Cimon, celeriter II.
² ad principatum pervenit. ³ Habebat enim ⁴ satis
eloquentiae, summam ⁵ liberalitatem, magnam
⁶ prudentiam cum iuris civilis, tum rei militaris,
quod cum patre ⁷ a puero in exercitu fuerat ver-
satus. Itaque hic & ⁸ populum urbanum in sua te-
nuit potestate, & apud exercitum plurimum va-
luit auctoritate. Primum imperator apud ⁹ flumen
Strymona magnas copias Thracum fugavit: op-
pidum ¹⁰ Amphipolim constituit, eoque ¹¹ decem

Cap. II. ¹ tali modo) scilicet accepta pecunia & dis-
soluta prioris coniugii foedere Apud Romanos simile
exemplum est Catonis minoris, qui amico suo Horten-
sio petenti concessit Martiam uxorem. ² ad principat.
pervenit) inter principes seu primores reip. Athenien-
sis numeratus est. ³ Habebat &c) Sequuntur hic me-
dia perveniendi ad praecipuas dignitates in republica.
⁴ satis eloqu.) quamquam eum Plutarchus omnis libe-
ralis doctrinae expertem facit. ⁵ liberalitatem) nisi
potius profusio fuerit, qua opes suas qualibet occasio-
ne disperfit. ⁶ prud. iur. civ.) dum leges, iura & con-
suetudines populi sui optime novit. ⁷ a puero) id est
statim a pueritia, a teneris. Sic Hannibal puerulus cum
patre in castra profectus est, v. 27, 2, 3 sq. ⁸ populum
urbanum) cives domi remanentes sibi addictos habuit.
⁹ flumen Strymona) quod Thraciam & veterem Mace-
doniam terminabat. Causa expeditionis, quod Persae,
qui confederant in oppido Eione super Strymone, di-
cebantur Graecos finitimos infestare, quibus repulsus,
Thraces quoque, fluminis accolae, Persis studentes
sedibus suis eiecit. Plutarch. f. 482. Thucydid. f. 65. C.
Vid Tab. II. ¹⁰ Amphipolim) ad flumen Strymona,
quo utrimque alluitur; unde & nomen. v. Plin. 4, 10.
& 23. Vid. Tab. II. ¹¹ decem millia Athen.) non integra

millia Atheniensium in ¹² coloniam misit. Idem iterum apud ¹³ Mycalen ¹⁴ Cypriorum & ¹⁵ Phoenicum ducentarum navium classem devictam cepit, ¹⁶ eodemque die pari fortuna in terra usus est, namque hostium navibus captis, statim ex classe copias suas eduxit, ¹⁷ barbarorum uno ¹⁸ concursu maximam ¹⁹ vim prostravit. Qua victoria ²⁰ magna praeda potitus, cum domum revertetur, quod iam nonnullae ²¹ insulae, propter ²² acer-

Atheniensium civium, sed etiam συμμάχων, sociorum. Hi vero postea a Thracibus Edonis deleti sunt. Diodor. Sicul. II, 70; 12, 68. C. 12 coloniam) civitatem hac ratione constituendam, seu potius veteribus colonis eiectionis restituendam. De Athen. coloniis vid. Meursii Fort. Att. c. 6. 13 Mycalen) Non apud Mycalen Ioniae, sed apud Eurymedonta Pamphiliae fluvium Cimon Phoenices & Cyprios vicit, ut Thucydides tradit l. 66. Plutarch. f. 486. Diodorus II, 60, 61. Mela I, 14. & Frontinus 4. extremo. Dux autem ad Mycalen non Cimon fuit, sed Xantippus, adiuvante Spartanorum rege Leotychide. Pausan. Arcad. f. 280. Diodor. II, 34. C. Vid. Tab. III. 14 Cypriorum) incolarum insulae Cypri in mari mediterraneo. v. Tab. III. 15 Phoenicum) accolarum ad oras maritimas Syriae, quorum praecipuae urbes fuerunt Tyrus & Sidon. v. Tab. I. 16 eodem die in terra) iuxta Eurymedonta fluvium. Quae vero praecessit navalis pugna, inter huius fluminis ostia & insulam Cyprum commissa fuit. Diodor. & Frontin. c. l. Etiam Plutarchus f. 486. ἡμίσει μίσι. C. 17 barbarorum) Cypriorum & Phoenicum. 18 concursu) i. e. conflictu, proelio, impetu. 19 vim) multitudinem captarum navium nuntio perterritam. 20 magna praeda) praeter naves & captivos memorabili pecuniae aliarumque rerum copia. 21 insulae) in mari Aegeo. 22 acerbiter imperii) crudelitatem, iniurias, onera. Avare & superbe imperitatum sibi esse crebitatem

bitatem imperii ²³ defecerant, ²⁴ bene animatas confirmavit, ²⁵ alienatas ²⁶ ad officium redire coëgit. ²⁷ Scyrum, quam eo tempore Dolopes incole- **5**
bant, quod contumacius se gesserat, ²⁸ vacuefecit, ²⁹ fessores veteres urbe insulaque eiecit, agros ³⁰ civibus divisit. ³¹ Thasios opulentia fretos suo adventu ³² fregit. His ex ³³ manubiis Athe-

debant, uti loquitur Curtius 4, 7, 1. ²³ defecerant) alienae dominationi se submiserant. ²⁴ bene animatas) quae bono adhuc & benevolo animo erga Athenienses erant, *die wohlgesinnten*. Sic Pompejus animatus melius, Cic. fam. 6, 6; & male animatus exercitus erga Principem, Suet. Vit. c. 7. ²⁵ alienatas) quae iam detrectaverant atque excusserant imperium, *die abtrünnigen*. ²⁶ ad officium redire) imperata facere; obsequium & fidem iterum praestare. ²⁷ Scyrum, quam Dolopes) Aegaei maris insulam. Meminit huius belli etiam Thucydides lib. 1. f. 65. Causa expeditionis, quod Dolopes populi Epiri mare piratica infestabant. Plutarchus f. 483. C. ²⁸ vacuefecit) loci evacuatio poena est in rebelles antiquis iam temporibus constituta. v. Iustin. 8, 5. 7. ²⁹ fessores) incolas, qui in ea insula haestenus confederant: Plutarchus vult, solos Dolopes inde expulsos esse propter eorum rapinas. ³⁰ civibus divisit) Atheniensibus in coloniam eo deductis vacuefactas possessiones distribuit. conf. simile factum infra 20, 3, 2. ³¹ Thasios opulentia fretos) marmore divites; & in continente aurifodinis, adeoque elatos Plutarchus f. 483. τὰ χρυσία τὰ πέραν. Thucydides f. 67. ait: metalla continentis a victoribus relicta esse; muros autem Thasus vicina Thraciae & Macedoniae insula. C. Vid. Tab. II. ³² fregit) domuit & altos eorum spiritus contudit. ³³ ex manubiis) id est vel ex praeda ipsa vel ex pecunia post praedam venditam; vid. Gell. 13, 23.
narum

narum arx, ³⁴ qua ad meridiem vergit, est ornata.

- III. Quibus rebus cum unus in civitate maxime ¹ floreret, incidit in eandem invidiam, ² quam pater suus ceterique Atheniensium principes, nam testarum suffragiis, quod illi ³ ostracismum vocant, decem annorum exilio ⁴ multatus est. ² Cuius facti celerius Athenienses, quam ⁵ ipsum, ⁶ poenituit. nam cum ille forti animo invidiae ingratorum civium ⁷ cessisset, bellumque Lacedaemonii Atheniensibus ⁸ indixissent, confestim notae eius ⁹ virtutis desiderium consecutum est.

³⁴ qua) id est, ubi vel in qua parte.

Cap. III. 1 floreret) excelleret, inclaresceret. 2 quam pater suus) Boecleri MS. in quam, plene. C. suus in super ponitur hic pro eius. Talem particularum commutationem frequentem esse in autoribus, docet Robigi-
 us Lex. Crit. 4 4; & Bangius Observ. Philolog. P. 2. p. 952. 3 ostracismum) Testulae enim, quibus suffragia exilii irrogandi inscribebantur, Graecis dicuntur *οστρακα*. conf. supra 2, 8, 1. 4 multatus est) propter metum nimiae potentiae, non propter matrimonium cum sorore initum, ut aliqui existimaverunt. 5 ipsum) Cimonem damnatum. 6 poenituit) piguit, puduit, subiit dolor. Non est istud exilium, cuius neminem non magis quam damnatum putet, inquit Seneca de Benef. 6, 37. 7 cessisset) nihil oblatius ingratis alium in locum se contulisset. 8 indixissent) non solum denuntiassent, sed & cladem ad Tanagram, ut refert Plutarchus, iam intulissent. 9 virtutis desider consecutum) Horat. 3. Od. 24, 31. Virtutem incolumem odimus; Sublatam ex oculis quaerimus invidi C. Adde Val. Flacc. 3. v. 247; Tac. Agr. 41, 3; & infra 15, 7, 1.

Itaque

Itaque post annum quintum, quo expulsus erat, 3
 in patriam ¹⁰ revocatus est. Ille, quod ¹¹ hospitio
 Lacedaemoniorum utebatur, ¹² satius existimans,
 eos & cives suos inter se ¹³ una voluntate consen-
 tire, quam armis contendere, Lacedaemonem
¹⁴ sua sponte est profectus, pacemque ¹⁵ inter
 duas potentissimas civitates conciliavit. ¹⁶ post 4
 neque ita multo, ¹⁷ Cyprum cum ducentis navi-
 bus ¹⁸ imperator missus, cum eius maiorem par-
 tem insulae devicisset, ¹⁹ in morbum implicitus,
²⁰ in oppido Citio est mortuus.

¹⁰ revocatus est) ab exilio suo, & quidem, ut Plutar-
 chus tradit, decreto Periclis, scilicet ut consiliis suis
 bellicis patriae opitularetur. ¹¹ hospitio) scilicet dum
 exul extra patriam agebat. ¹² satius) melius, consultius.
¹³ una voluntate cons) amicos & concordēs esse. ¹⁴ sua
 sponte) sine populi iussu, antequam in patriam remi-
 graret. ¹⁵ inter potentiss. civitates) Athenas & Lacedaemonem. C. Egregium factum Cimōnis, qui obli-
 tus iniuriae domesticae, & memor hospitii non passus
 est Graecos in viscera sua grassari, sed sua facundia &
 auctoritate offensas removit & dissidentes velut arbi-
 ter reconciliavit. ¹⁶ post neque ita multo) nicht allzu
 lange darnach. Eleganter & hic & 21, 3, 4. ita ponitur
 pro adeo. conf. Cic. Off. 2, 6. ¹⁷ Cyprum) in insulam
 maris mediter. Veneri sacram, olim Macariam. ¹⁸ im-
 perator) dux classis sive navalis belli. Diodor. 12, 3.
 Παλατοκρατῶν. C. ¹⁹ in morbum implicitus) Sic & no-
 ster 17, 8, 7. Liv. 23, 34. Q. Mucius non tam in periculo-
 sum quam longum morbum implicitus, si ad belli vim su-
 stinendam inutilis fuit. Lucret. 6, 1230 implicitum mor-
 bo. Rursus Lib. 5 31. consulibus morbo implicitis; & 7, 23.
 Scipione gravi morbo implicito C. ²⁰ in oppido Citio)
 Convenit noster cum Diodoro, qui 12, 3. ait expugnatum
 Hunc

- IV. Hunc Athenienses non solum in bello, ¹ sed in pace diu ² desideraverunt. Fuit enim tanta ³ liberalitate, cum compluribus locis praedia, hortosque haberet, ut nunquam in eis custodem imposuerit fructus servandi gratia, ne quis impediretur, quo minus eius rebus, ⁴ quibus vellet, frueretur.
- ² Semper eum ⁵ pedissequi cum nummis sunt secuti, ut, si quis opis ⁶ eius indigeret, haberet, quod statim daret, ne ⁷ differendo videretur negare.
- ³ Saepe, cum aliquem ⁷ offensum fortuna, videret

Citium fuisse: ex Plutarcho vero f. 491. & Thucydide f. 73. videtur Cimon in obsidione mortuus esse, antequam urbs caperetur. C. In hac urbe Cypri Zeno Stoicorum sectae conditor natus est. Citienses vero Cimonem semper quasi Deum in adversitatibus venerati sunt, quia in devictos humanus fuerat.

Cap. IV. 1 *sed in pace*) ut Themistocles 2, 6, 1. magnus in bello fuit, nec minor in pace. Notetur hic defectus particulae *etiam*. 2 *desideraverunt*) de tali desiderio vide in Plin. Paneg. de Nerva cap. 10; & aliis verbis de Dione infra 10, 10, 1. 3 *liberalitate*) Eandem virtutem Gilliae Agrigentini proponit Valerius Maxim. 4, 8. ext. 2. 4 *quibus vellet*) scilic. frui. 5 *pedissequi cum nummis*) alio prorsus sine servus L. Veratium sequebatur, crumenam plenam assium portans, ut quemcunque petulanter depalmaverat, numerare statim multam, in 12. tabulis constitutam, posset. v. Gellius 20, 1. C. 6 *eius*) Cimonis scil. hic. pro *suae* ponitur *eius*. 7 *differendo*) Sen. de Benef. 1, 1. *distulit*, id est, *timide negavit*, & *mox: qui tarde fecit, diu noluit*. Auson. epigr. 81. *Gratia, quae tarda est, ingrata est*; &c. 8 *offensum fortuna*) Cui quis *insensus* vel *iratus* est, huic nihil boni dat, & cui *infesta* est fortuna, huic nullas opes, honores & alia bona tribuit. Ergo *fortuna offensus* est

minus

minus bene vestitum, suum ⁹ amiculum dedit. Quotidie sic ¹⁰ coena ei coquebatur, ut, quos ¹¹ invocatos vidisset in foro, omnes ¹² devocaret: quod facere ¹³ nullam diem praetermittebat. ¹⁴ Nulli fides eius, nulli opera, nulli res familiaris defuit. multos ¹⁵ locupletavit: complures pauperes mortuos, qui, unde ¹⁶ efferrentur, non reliquissent, suo sumptu ¹⁷ extulit. Sic se gerendo minime est mirandum, si & vita eius fuit ¹⁸ *secura*, & mors ¹⁹ *acerba*.

pauper. Aliis idem est ac *fortuito* repertus, vel *obviam* factus. ⁹ *amiculum dedit*) Sulpitius Sev. de S. Martino idem notat in eius vita; & Tac. An. 4, 56, 3. idem de Smyrnaeis. ¹⁰ *sic coena coqu.*) tenuis quidem, sed multis sufficiens. Plutarch. p. 484. δειπνον λιτόν μὲν, ἀρχαῖν δὲ πολλοῖς. C. ¹¹ *invocatos*) non *vocatos*. Ter. Eun. 5. 9, 29. *invocato ut sit locus*, ubi Donatus: *invocato, non vocato significat.* IN etenim auget & minuit dictionem. C. Hinc Vitruvius 6, 8. *invitatos & invocatos* distinguit. ¹² *devocaret*) scil. ex foro ad coenam. ¹³ *nullam diem praetermittebat*) id est factum hoc eius erat quotidianum. ¹⁴ *nulli defuit*) id est nulli defuit, cui potuit vel fide, vel opera, vel rebus ex familia vel oeconomia defumtis gratum facere. Notetur anaphora, dum vox *nulli* ter repetitur. ¹⁵ *locupletavit*) pecunia, aliisque suppetiis. ¹⁶ *efferrentur*) ex suis aedibus ad sepulcrum. ¹⁷ *extulit*) sepeliendos curavit; suis impensis paravit funus. Eadem pietate fuit Pisistratus, & in sacris litteris Tobias, vid. P. Fabri Semestr. 3, 13 ¹⁸ *secura*) non *anxia* ob infidias & pericula. ¹⁹ *acerba*) tristis admodum & luctuosa. Sic *funus acerbum*, Virg. Aen. 6, 429.



VI.

LYSANDER.

ARGUMENTVM.

1. *Lysander, victis Atheniensibus apud Aegos flumen, superbe agendo in odium induxit Lacedaemonios, ex amicis suis decem viros civitatibus constituens. 2. In Thasios subdolos & crudelis - - 3. Lacedaemoniorum reges sublaturus, oracula corrumpere conatus est. Absolutus crimine & Orchomeniis auxilio missus occiditur a Thebanis, relicta oratione, qua molitiones eius prodebantur. 4. Se ipsum etiam prodiderat, elusus a Pharnabaxe supposititio libello.*

1 **L**ysander¹ Lacedaemonius magnam reliquit sui famam, magis² felicitate, quam virtute partam. Athenienses enim³ in Peloponnesios sexto & vicesimo anno bellum gerentes⁴ confecisse, apparet. Id qua ratione confectus² sit, ⁵ latet. non enim virtute sui exercitus, sed

Cap. III. 1 *Lacedaemonius*) Aristocleti filius, ex genere Heraclidarum. *Mothacem* eum fuisse Athenaeus tradit 6, 20; & *Aelianus* 12, 43. id est educatum cum Lacedaemoniorum filiis, & ob praeclaras dotes Laconum reip. adscriptum. 2 *felicitate*) coeca quasi fortuna, cum tamen per se virtus sine fortuna ponderanda sit, 8, 1, 1. 3 *in Peloponnesios*) adversus incolas Peloponnesi. Vid. Tab. II. 4 *confecisse*) debellasse, consumpsisse. *Cic. de Invent.* 2, 37. *Licinius hostes confectatus est & confecit. Conficere hominem est opprimere, & viribus cunctis exuere. Cic. Catil. 2. 11 gladiatori illi confecto & saucio. (Catilinae) Conficere bellum est finire. Pro lege Manil. c. 12. de Pompeii piratico, media aestate confecit: & ad Plancum Epist. 10, 20 qui reliquias huius belli oppresserit, eum totius belli confectorem fore. C. 5 *latet*) ignotum & occultum est, scilicet plerisque. Legerem tamen libentius patet; cum aperte addatur: *immodestia factum esse adversariorum.**

immodestia factum est adversariorum: qui quod
 dicto audientes imperatoribus suis non erant,
 dispalati in agris, relictis navibus, in hostium
 venerunt potestatem. quo facto Athenienses ¹⁰ se
 Lacedaemoniis dediderunt. Hac victoria Lysan-
 der ¹¹ elatus, cum antea semper ¹² factiosus, au-
 daxque fuisset, sic ¹³ sibi indulxit, ut ¹⁴ eius ope-
 ra in maximum odium ¹⁵ Graeciae Lacedaemonii
 pervenerint. Nam cum hanc causam Lacedae-
 monii ¹⁶ dictitassent sibi esse belli, ut Athenien-

6 *immod. adversariorum*) Adi nostrum Alcibiadem 7,
 3, 6. C. 7 *dicto audientes*) obedientes; eleganter obse-
 quium hac forma describitur. Sic & Livius 5, 3. *plebs*
nobis dicto audiens & obediens sit. C. 8 *dispalati*) di-
 spersi, vagantes. Noster 23, 5, 2. *multitudo dispalata.*
 Sallustius Orat. de ord. Republ. *Haec multitudo primum*
nalis moribus imbuta: deinde in artes vitasque varias
dispalata. Nonnius Marcellus dispalare interpretatur
 Separare, addens exemplum ex lib. 3. Sisennae histo-
 rici: *Dispalati ab signis digressi omnes ac dissipati.* Et
 ex eodem: *Tanto plures passim dispalantur.* C. 9 *re-*
lictis navibus) iuxta Aegos flumen in terram egressi
 plerique corpus curabant. Plutarch. pag. 439. C.
 10 *se Lacedaemoniis dediderunt*) obsessi post longam
 famem & assidua funera pacem petivere; quae data
 est certis legibus, cum multi Athenas delendas cen-
 serent; Spartani vero negarent, ex duobus Graeciae
 oculis se alteram eruturos. v. Iustin. 5, 8. 11 *elatus*)
 Vide supra 4, 1, 3. 12 *factiosus*) qui factionum &
 dissidiorum in republica auctor erat, *ein unrühiger*
kopf. 13 *sibi indulxit*) multa fecit, quae in alijs vitu-
 peraret: omnia sibi licere arbitrabatur. Germanice:
er hielt sich nichts vor Abel. 14 *eius opera*) per eum
 ipsum, propter ipsius insolentiam. 15 *Graeciae*) id est
 omnium Graecorum. 16 *dictitassent*) semper specio-
 sium

5 fium ¹⁷ impotentem dominationem ¹⁸ refringerent, postquam ¹⁹ apud Aegos flumen Lysander ²⁰ classis hostium est potitus, ²¹ nihil aliud molitus est, quam ut omnes civitates ²² in sua teneret potestate, cum id se ²³ Lacedaemoniorum causa facere simularet. namque ²⁴ undique, qui Atheniensium rebus studuissent, eiectionis, ²⁵ decem

se finxissent, saepe in vulgus edidissent. *17 impotentem dominationem*) immoderatam potestatem, potestatisque abusum & tyrannidem. *18 refringerent*) reprimerent, amolirentur a cervicibus suis. *19 apud Aegos flumen*) In Alcibiade cap. 8. & Conone cap. 1. hoc nomen repetitur: Stephano Byzantio & Tzetzi Chil. 2. v. 894. illo πόλις, oppidum significatur Thraciae Chersonesi: vulgo amnis esse creditur: aut statio navalis fuit, quia Diodorus 13, 105 & Plutarchus Alcibiad. f. 211. classem ἐν αἰγὸς ποταμοῖς stetitisse tradunt. Forte ita conciliari potest, ut amnis & oppido, quod praeterfluebat; & mari, in quod effunditur, nomen largitus fuerit. C. *20 classis est potitus*) utroque modo dicitur: potiri classis scilicet navibus, & potiri classe. *21 nihil aliud molitus est*) id unice egit, eo direxit consilia sua clandestina & facta manifesta. *22 in sua potestate*) sub suo, quod affectabat, dominio in tota Graecia, quae tunc ab Atheniensibus defecerat. *23 Lacedaemoniorum causa*) Sic publicum bonum privatis commodis saepe praetenditur. Hoc modo Lysander, ut Plutarchus observat p. 440. erat κατασκευαζόμενος ἑαυτῷ τὴν τῆς Ἑλλάδος ἡγεμονίαν C. *24 undique* &c.) ex omnibus locis eiectionis illis civibus, qui populi Atheniensis commoda quaesivissent. *25 decem in unaquaque civitate*) exceptis Athenis, ubi triginta erant constituti, & decem in Piraeo; qui urbe oppressa tyranni facti sunt. Vide in Thrasylulo cap. 1; & Diodor. 14, 3. & Xenophon de rebus Gr. lib. 3.

dele-

delegerat in unaquaque civitate, quibus summum imperitum potestatemque omnium rerum 26 committeret. horum in numerum nemo admittebatur, nisi qui aut 27 eius hospitio contineretur, aut se 28 illius fore proprium 29 fide confirmarat.

Ita ^I decemvirali potestate in omnibus urbibus constituta, ² ipsius nutu omnia gerebantur. cuius ³ de crudelitate ac perfidia satis est unam rem, ⁴ exempli gratia, proferre, ne de eodem plura ⁵ enumerando fatigemus lectores. Victor ex Asia cum reverteretur, ⁶ Thasumque ⁷ divertisset, quod ea civitas praecipua fide fuerat erga

26 committeret) tribueret, traderet. v. Gronov. ad Liv. 27, 7. 27 eius hospitio) Plutarchus p. 440. Civitatum rectores creabat, neque ex virtute, neque ex divitiis, sed res administrandas tribuebat pro amicitia aut hospitio. 28 illius proprium) illi unice addictum & ad nutum ipsius paratum. 29 fide confirmarat) sacramento se obstrinxerat.

Cap. II. ¹ decemvirali potestate) Diodorus 14, 13. vocat *δεκαρχίας*. C. 2 ipsius nutu) Lysandri voluntate & arbitrio. Nonnullis in locis ei aras erexerunt ut Deo, & victimas immolarunt. 3 de crudelitate ac perfidia) Ipse dicere solitus est: ubi leonina pellis non proficiat, vulpinam esse assuendam. Idem: pueros taxillis, homines iureiurando fallendos esse. vid. Plutarch. 4 exempli gratia) *zum exempel*; Sic Quintilian. 6, 5. At exempli causa, Cicer. pro Muren. c. 2; pro Rosc. c. 10. &c. 5 enumerando) id est recensendo vel, unum in locum cogendo, unum sub aspectum subiiciendo, ut loquitur Cicero de Invent. 1, 52. 6 Thasum) insulam maris Aegaei Thraciam versus. 7 divertisset) scilicet iter: *er die reise gewendet hatte*. 8 civitas praecipua fide fuerat) id est cives fuerant fide-

Athe-

Athenienses, proinde ac si iidem firmissimi so-
lerent esse amici, qui ⁹ constantes fuissent ini-
mici: eam ¹⁰ pervertere concupivit. vidit au-
tem, nisi in eo occultasset ¹¹ voluntatem, futu-
rum, ut Thasii ¹² dilaberentur, consulerentque
¹³ rebus suis. * * *

III. Itaque decemviralem suam potestatem ¹ sui ab
illo constitutam sustulerunt. quo dolore ² in-
census ³ iniit consilia, reges Lacedaemoniorum
⁴ tollere; sed sentiebat, id se sine ope deorum fa-
cere non posse, quod Lacedaemonii omnia ⁵ ad

lissimi. ⁹ constantes inimici) odii pristini constantia
iam, postquam se associarant Atheniensibus; in con-
stantiam fidei commutata videbatur. ¹⁰ pervertere concu-
pivit) non iterum ab Atheniensium partibus ad Lacedaemonios adducere, sed evertere Thasios, e medio tollere & trucidare voluit. ¹¹ voluntatem) nocendi & perdendi intentionem. ¹² dilaberentur) huc illuc dif-
fugerent, quia iam latebras quaesiverant. ¹³ rebus suis) id est sibi. Ita consulere sibi supra 2, 8, 5. Et, salutem quaerere, apud alios. ***) Supplere breviter quae desunt, ex Polyæno 1, 45, 4. liceat; Lysandrum eam ob causam simulasse, ac si veniam daret his, qui darent, in Herculis templo prolixè pollicitus, nemini eorum, qui se occultassent, id fraudi fore. Cum vero prodissent, paucis post diebus interfectos omnes esse. C.

Cap. III. ¹ sui sustulerunt) Lacedaemonii seu Reges C. ephori. Quae autem causa fuerit tam subitae mutationis, non additur. ² incensus) graviter commotus, concitatus. ³ iniit consilia) *er ist zu rathe gegangen.* ⁴ tollere) id est abrogare. Graeca consuetudine infinitum verbum pro gerundio tollendi Livius pariter 21, 54. non corpora curare tempus est. C. ⁵ ad oracula referre) *wortragen der gætter Ausspruch*

oracula referre consueverant. Primum ⁶ Delphos ⁷ corrumpere est conatus. Cum id ⁸ non potuisset, ⁹ Dodonam adortus est. Hinc quoque repulsus, dixit, ¹⁰ se vota suscepisse, quae ¹¹ Iovi Ammoni solveret, existimans, se ¹² Afros facilius corrupturum. Hac spe cum profectus esset in Africam, multum eum ¹³ antistites Iovis fefellerunt, nam non solum corrumpi non potuerunt, sed etiam legatos Lacedaemona miserunt, qui Lysandrum accusarent, quod sacerdotes ¹⁴ fani corrup-

zu hoeren. Mos hic fuit aliarum etiam gentium. Cic. de Divin. 1, 53. De rebus & obscuris & incertis ad Apollinem censeo referendum &c. (6 Delphos) oraculum, sive Pythiam, sive sacerdotes, qui templo Apollinis Delphici praeerant; metonymice Diodorus 14, 13. τῆν ἐν Δελφοῖς προφῆτιν διαφθεῖραι χρήμασι. C. Vid. Tab. II. 7 corrumpere) zu verblenden, sc. pecunia sive pretio. 8 non potuisset) sc. facere vel efficere. 9 Dodonam adortus est) oraculum Iovis in Molosside, Epiri regione, vetustissimum omnium, quae Graeci habuerunt, Herodot. 2, 52. unde Iupiter Dodonaeus vocatur Steph. Byzant. C. Vid. Tab. II. 10 se vota suscepisse) obstrictum se esse voto ad praestanda munera, er habe ein gelübde auf sich. 11 Iovi Ammoni) oraculo Lybiae in Africa, consule Curtium 4, 7. C. 12 Afros) homines lubricae fidei in Africa, ubi & Punica fides propter illius gentis perfidiam in proverbium abiit. v. Sallust. Ing. c. 108. 13 antist. Iovis) quos Auctor statim etiam sacerdotes fani appellat. Cic. pro domo c. 39. Antistites ceremoniarum & sacrorum vocat, utpote quibus maxime praefecti erant. 14 fani) Ita vocantur templa deorum, unde profanus, qui non dignus est, ut in sanum ingrediatur, sed cui potius ante fanum standum est, i. e. impurus, sceleratus, Cornel. Nep. E pere

3 pere conatus esset. Accusatus hoc crimine, iudiciumque ¹⁵ absolutus sententiis, ¹⁶ Orchomeniis missus subsidio, occisus est a ¹⁷ Thebanis apud ⁴ Haliartum. Quam ¹⁸ vere de eo foret iudicatum, oratio ¹⁹ indicio fuit, quae post mortem in domo eius ²⁰ reperta est, in qua suadet Lacedaemoniis, ut regia potestate ²¹ dissoluta, ex omnibus ²² dux deligatur ad bellum gerendum: sed ita scripta, ut ²³ deorum videretur congruere sententia, quam ille ²⁴ se habiturum ²⁵ pecunia fidens, non dubitabat. ²⁶ hanc ei scripsisse Cleon Halicarnasteus dicitur.

¹⁵ absolutus) Diodorus inquit: In iudicium vocatus, causa pro se dicta, fidem fecit, se innocentem esse. Gravitas non sinebat credere peregrinis legatis, & praesens cum Thebanis bellum operam Lysandri requirebat. ¹⁶ Orchomeniis missus subsidio) Orchomenus Boeotiae civitas, uti etiam quae sequitur, Haliartus. C. Vid. Tab. II. ¹⁷ Thebanis) qui per insidias clam Lysandro structas, urbem Haliartum occupaverant, illoque succedente erumpunt, & eum interficiunt. Plut. p. 449. C. ¹⁸ vere iudicatum) Lysandrum voluisse regum nomen plane aboleri. ¹⁹ indicio fuit) indicavit, aperte testata est. ²⁰ reperta est) ab Agesilao, qui etiam publicasset, nisi ephorum unus obstitisset. ²¹ dissoluta) sublata, deleta. ²² Dux deligatur) sc. Lysander ipse. ²³ deorum sententiae oraculis & responsis. ²⁴ se habiturum) se facile obtenturum assensum corruptis sacrificulis, quos auro ira penetrabiles fuisse mirum est. ²⁵ pecunia fidens) confusus, fretus auro, quod per medios ire satellites & per rumpere amat saxa, potentius ictu fulmineo. Horat. 3. od. 16. v. 9. ²⁶ hanc ei scripsisse Cleon) Mos erat in Graecia, ut sophistae aliis orationes scriptitarent, quae hi ediscebant recitabantque tamquam suas. Plutar.

Atque

Atque hoc loco non est praetereundum factum VI.
 1 Pharnabazi satrapis regii. nam cum Lysander
 2 praefectus classis in bello multa crudeliter ava-
 3 reque fecisset, deque his rebus suspicaretur ad ci-
 4 ves suos esse perlatum, petiit a Pharnabazo, ut ad
 5 ephoros sibi testimonium daret, quanta sanctita-
 6 te bellum gessisset, sociosque tractasset, deque ea
 7 re accurate scriberet. 8 magnam enim eius aucto-
 9 ritatem in ea re futuram Huic ille 7 liberaliter 2
 pollicetur: 8 librum gravem multis verbis con-
 scripsit, in quo 9 summis eum effert laudibus: quem

chus de Lysandro p. 447. Cleonis orationem edidit,
 λόγου ἐξερμῆτα. C.

Cap. IV. 1 Pharnabazi) Hic alterius Pharnabazi
 filius olim Darii & postea Artaxerxis satrapes, qui
 Alcibiadem interfecit. Died. I. 14. 2 praefectus classis)
 in Hellesponto, cum Pharnabazus maritimae orae,
 Hellesponto finitimae, auspiciis regis Persarum prae-
 esset. Plutarch f. 444. C. 3 ad cives esse perlatum) ad
 Lacedaemoniorum aures aliquid pervenisse. 4 epho-
 5 ros) summos Spartanorum magistratus. 5 sanctitate)
 iustitia, abstinentia, integritate, quae opponitur crudeli-
 6 tati & avaritiae, quibus tamen vitiis Lysander erat
 7 pollutus. Cic. de Orat. I, 53. ille vir exemplum innocen-
 8 tiae, quo nemo neque integrior in civitate, neque sanctior.
 9 C. 6 magnam eius auctoritatem, nulli magis creditum
 10 ri quam Pharnabazo scribenti. 7 liberaliter pollicetur)
 11 ingenuae, per simulationem, benigne & uberrime.
 12 Cic. de pet. Consul. c. II. large atque honorifice promit-
 13 tere. Curt. 7, 2, 17. impensius etiam, quam exigitur.
 14 librum gravem) Plutarchus p. 444. vocat ἐπισολάν.
 15 Fuit omnino libellus grandis & prolixus. 9 sum-
 16 mis effert laudibus) eius virtutes enormiter celebrat.

cum ¹⁰ legisset, probassetque, dum ¹¹ obsignatur, alterum ¹² pari magnitudine, ut discerni non posset, signatum ¹³ subiecit, in quo accuratissime eius avaritiam perfidiamque accusarat. Hinc Lysander domum cum rediisset, postquam de suis rebus gestis apud ¹⁴ maximum magistratum, ¹⁵ quae voluerat, dixerat, testimonii loco librum a Pharnabazo datum tradidit. Hunc, ¹⁶ summoto Lysandro, cum ephori cognovissent, ipsi legendum dederunt. Ita ille imprudens ipse ¹⁷ suus fuit accusator.

¹⁰ legisset) scil. oblatum Lysandro ante sigillum impressum. ¹¹ obsignatur) vide Salmas. adversus Heroldum c. 30. ubi multa habet de ratione obsignandi apud veteres, & verbum obsignare praefert simpliciter signare. ¹² pari magnitudine) i. e. aequae magnitudinis librum, prorsus similem alteri. ¹³ subiecit) substituit, supposuit, falsum pro vero dedit; *er hat ihm untergeschoben.* ¹⁴ maximum magistratum) apud ephoros. ¹⁵ quae voluerat, dixerat) multa gloriatus fuerat pro lubitu. ¹⁶ summoto Lysandro) iussu eo aliquantisper secedere. *nachdem er hat einen Abtritt nehmen müssen.* ¹⁷ suus fuit accusator) non secus ac Bellerophon per litteras fallaces semetipsum accusasse dicitur.

VII.

ALCIBIADES.

ARGUMENTVM.

1. Alcibiades & vitiis & virtutibus, prout temporibus scebant, insignis; 2 optimis praeceptoribus usus multis adolescens amatus est, & ipse post multos annos

3. E

3. Belli dux contra Syracusanos delectus, in suspicionem venit, Hermas deiecisse, & mysteria domi facere. 4. Quo crimine domum vocatus, cum Thurios, Elidem, Thebas evasisset, devovetur, quam iniuriam, Spartanis inserviendo, vindicat. 5. Sed his quoque suspectus, ad Tissaphernem venit, & Atheniensium exercitui conciliatus, res eorum insigniter auget. 6. Bene ob id domi exceptus, resacratur. 7. Sed apud Cymen minus felix, invidia rursus gravatus, in Thraciam concedit: 8. civibus tamen apud Aegos flumen bene, ut ut frustra, consulit, Lysandro incantos opprimente. 9. Ita spe patriae orbatus, in Thraciam redit, inde in Asiam ad Pharnabazum, ut regis colloquio potiatur. 10. Ibi in insidias illapsus, cum incendio se eriperet, telis conficitur. 11. infamatus a multis; a clarissimis historicis laudatus.

Alcibiades, Cliniae filius, Atheniensis. In hoc ² natura, quid efficere possit, videtur experta. 3. Constat enim inter omnes, qui ⁴ de eo memoriae prodiderunt, ⁵ nihil illo fuisse excellentius, vel in vitiis, vel ⁶ in virtutibus. Natus in ⁷ am- 2

Cap. I. 1 Alcibiades) nomen esse Laconicum, observat Cael. Rhodig. Lect. Ant. 13, 37. De quatuor aliis eiusdem nominis v. Meurs. Lect. Att. 6, 12. 2 natura &c.) Id vult Autor, Alcibiadem singulare ad perfectum opus artificiumque naturae fuisse; eum naturam fautricem habuisse in animi dotibus nec maleficam in corpore. conf. 17, 8, 1. 3 constat inter omnes) omnibus notum est, omnes consentiunt. 4 de eo) scil. aliquid, i. e. eius historiam. 5 nihil fuisse excellentius) neminem magis excelluisse. Id uberius explanat autor non modo hoc 1. sed & 2. capite. 6 in virtutibus) Maximarum non expressa, sed adumbrata signa virtutum, Cic. pro Coelio c. 5. vocat, de Catilina locutus, C. conf. de Pausania 4, 1, 1. 7 amplissima civitate) Athenis.

plissima civitate, summo genere, ⁸ omnium aetatis suae ⁹ multo formosissimus, ¹⁰ ad omnes res aptus, consiliique plenus. Namque imperator fuit summus mari & terra: disertus, ut inprimis dicendo valeret: & tanta erat ¹¹ commendatio oris atque orationis, ut nemo ei dicendo posset ³ resistere. Idem cum tempus posceret, laboriosus, patiens, liberalis, splendidus, non minus in ¹² vita, quam victu: affabilis, ¹³ blandus, ¹⁴ temporibus callidissime inserviens. Idem, simul ac

Ad has laudes pertinet, quod Val. Max. 6, 9. ext. 4. dicit, fortunam nostro nobilitatem eximiam, abundantes divitias, formam praestantissimam, favorem civium propensum, summa imperia, praecipuas potentiae vires, flagrantissimum ingenium assignasse. C. 8 omnium aetatis suae) inter omnes aequales iuvenes. 9 multo formosissimus) Ideo in proverbium abiit: κατ' Αλκιβιάδῃ μορφῆν. v. Aristaenet. l. ep. 11 & Barth. Advers. 52, 5. Praestantissima forma dicitur a Val. Max. l. c. 10 ad omnes res aptus (Sc.) dexteritas ingenii, sagacitas iudicii, & alia omnia aderam, quae benevolentiam & auctoritatem conciliant. 11 commendatio oris atque orationis) gratia vultus, linguae & sermonis. 12 vita, victu) Hic illa duo distinguuntur, adeoque vita publicam conversationem inter homines, & victus privatam rei familiaris & apparatus domestici conditionem notati utrobique splendidus fuit Alcibiades a sumptuoso non discernendus, uti Atticus 25, 13, 5. 13 blandus) placidus & comis in sermone, plaisant, doux 14 temporibus callidissime inserviens) er wußte sich in die zeit zu schicken. Hinc est, quod Plutarchus p. 203. illum Chamaeleonti comparat. Nam poterat se assimilare & similes affectus fingere multo mutabilior Chamaeleonte, non ideo tamen politicus dicendus sed versutus. conf. infra 15, 3, 2; & Tac. A. 4, 32, 2.

se ¹⁵ remiserat, nec caussa suberat, quare animi laborem perferret, luxuriosus, dissolutus, libidinosus, intemperans reperiebatur; ut omnes admirarentur, ¹⁶ in uno homine tantam inesse dissimilitudinem, tamque diversam naturam.

Educatus est in domo ¹ Periclis (² privignus II. enim eius fuisse dicitur) eruditus a ³ Socrate. socerum habuit ⁴ Hipponicum, omnium Graecae linguae eloquentia disertissimum; ut, si ipse fingere vellet, neque plura bona reminisci, neque maiora posset consequi, quam ⁵ vel fortuna vel natura tribuerat. Ineunte adolescentia amatus ²

¹⁵ se remiserat) cum aliquando liberius vivere vellet, *wenn er ein wenig ausgelassen war.* ¹⁹ in uno - tam diversam naturam) morum inaequalitatem, Ingenium dispar. Conferas velim, quae Cicero pro Caelio c. 5 & 6. de diversa natura & inter se pugnantibus studiis Catilinae prodidit. C. Similis quoque dissimilis sibi Maecenas apud Velleium 2, 88, 2.

Cap. II. ¹ Periclis) summi viri & imperatoris Atheniensium per 40. annos rep. gubernantis, quem Plutarchus cum Fabio Maximo comparavit. C. ² privignus eius) sororis filius, Suid. & Gell. 15, 17. ἀδελφιδῆς, Diod. 12, 98. C. ³ Socrate) Philosopho magno & morum acerrimo cenfore apud Athenienses, qui Apollinis oraculo omnium sapientissimus est iudicatus; qui, ut Xenophon I. Memorab. Socratis testatur, quo vellet, flectere valebat, quos docebat, & quibuscum diserebat. Sed disciplinae impatiens Alcibiades suo ipse malo praeceptorem hunc mox deseruit, & vitia retinuit. ⁴ Hipponicum) qui ei filiam dedit Hippareten. ⁵ vel fortuna vel natura) bona fortunae erant nobile genus, praeceptores, divitiae, dignitates; naturae ingenium, iudicium, forma, sermo.

est a multis ⁶ more Graecorum: ⁷ in eis a Socrate, de quo mentionem facit ⁸ Plato in ⁹ *symposio*, namque ¹⁰ eum induxit commemorantem se ¹¹ pernoctasse cum Socrate, neque aliter ab eo ¹² surrexisse, ¹³ ac filius a parente debuerit. ¹⁴ Posteaquam robustior est factus, non minus multos amavit. in quorum amore, ¹⁵ quoad licitum est, odiosa multa delicate iocoseque fecit, quae referremus, nisi maiora potioraque haberemus.

III. ¹ Bello Peloponnesiaco ² huius consilio atque

⁶ more Graecorum) Non de flagitioso, sed de casto & honesto amore loquitur Nepos v. eius Praef. n. 4; & 4, 4, 1; item Cic. Tusc. 5, 20; & Aelian. 3, 12. ⁷ in eis a Socrate) inter alios, a quibus amatus est, ut eum a vitiiis in virtutis viam traducerent, fuit Socrates, cuius etiam amantissimus dicitur apud Svidam. ⁸ Plato) Platonis Graeca verba p. 293. ed. Basil. sunt: ἔδὲν περιττότερον καταδιδαχθῆναι ἀνέσιν μετὰ Σωκράτους, ἢ εἰ μετὰ πατρὸς καὶ θεῶν ἢ ἀδελφῶν προζυτέον. ⁹ *symposio*) libro sive dialogo, cui titulus: *Symposium* i. e. *convivium*. ¹⁰ eum commemorantem) Alcibiadem ut personam loquentem. ¹¹ pernoctasse) noctu permansisse in eodem lectulo. Hinc apud Petronium c. 128. dicitur, *Tibi gratias ago, quod me Socratica fide diligis. Non tam intactus Alcibiades in praecceptoris sui lectulo iacuit.* ¹² surrexisse) verecunde & pudice. ¹³ Posteaquam robustior est factus) dum virile robur accepit. ¹⁴ quoad licitum est) quatenus honestas permittit. ¹⁵ odiosa) quae alias erant molesta & ingrata, ea amatoribus suis per lusum iocumque reddidit iucunda & tolerabilia.

Cap. III. ¹ Bello Peloponnesiaco) quod per 27. annos continuatum est. ² huius consilio -- bellum &c.) Antea sub amicitiae specie iis auxilia tulerant, qui a Syracusanis premebantur: nunc Alcibiades fuit populum aucto-

auctoritate Athenienses bellum ³ Syracusanis indixerunt: ad quod gerendum ipse dux delectus est. Duo praeterea ⁴ collegae dati, Nicias & Lamachus. Id cum appareretur, prius quam clas-²sis exiret, accidit, ut una nocte omnes ⁵ Hermae, qui in oppido erant Athenis, ⁶ deiicerentur, praeter unum, qui ante ianuam ⁷ Andocidis erat, Andocidisque Hermes vocatus est. Hoc cum ap-³pareret, non sine magna multorum consensione esse factum, quod non ad privatam, sed ad pu-

μεγάλα ποιήσας ἐλπίζειν, αὐτὸς τε μειζόνων ὀρεγόμενος.
 Nam praeter Peloponnesum, etiam Carthaginem & Italiam animo complectebatur, ad quos conatus bellum Siculum necessarium videbat. *Plutarch. p. 199. C.* ³ *Syracusanis*) *Syracusae* urbs potens Siciliae insulae, in mari mediterraneo. Vid. Tab. IV. ⁴ *collegae dati*) militari rei simul praefecti, ne unus imperio abuteretur & dominationem affectaret. ⁵ *Hermae*) Statuae erant Mercuriales lapideae *τετράγωνοι, κυβοειδεῖς, ἄχειρες καὶ ἄποδες*, quadratae, cubi figura, sine manibus & pedibus, positae in vestibulis tam privatarum, quam sacrarum aedium. Haec forma vim sermonis & eloquentiae notabant, quae, quocumque incidere, instar cubi firmiter sedeat: in senes etiam consiliis foecunda, ubi manus, pedes, id est, corporis vires defecerint. *Thucyd. 6. p. 429. Suid. is p. 1044. Plutarch. extremo lib. An seni resp. gerenda. C.* ⁶ *deiicerentur*) mutilarentur. Hermarum capita mutilari poterant. *De Hermis Pentelicis cum capitibus aeneis v. Cic. ad Att. 1, 8.* Haec maxime detruncata fuerunt & abscissa v. *Thucyd. 9. Diod. 13. pr. Plut. in Alcib.* ⁷ *Andocidis*) Andocides orator, e posteris, ut putabatur, Ulyssis, *Plutarch. p. 201.* cuius aliquot orationes supersunt. C. Is Hermarum causa in vincula coniectus. *Plutarch. p. 201.*

blicam rem pertineret, magnus multitudini ⁸ timor est iniectus, ⁹ ne qua repentina vis in civitate existeret, quae libertatem opprimeret populi.

4 ¹⁰ Hoc maxime convenire in Alcibiadem videbatur, quod ¹¹ & potentior, & maior, quam privatus, existimabatur. Multos enim ¹² liberalitate devinxerat, plures etiam ¹³ opera forensi suos reddiderat. Quare fiebat, ut ¹⁴ omnium oculos, quotiescunque in publicum prodisset, ad se converteret, neque ei par quisquam in civitate poneretur. Itaque non solum spem in eo habebant maxi-

⁸ timor est iniectus) Fama erat, Corinthios Hermas deiecisse propter colonos suos Syracusios, ut Athenienses portento retinerent a bello Siculo. Verum populus hunc ramorem neglexit, plus sibi ab intestino malo, quam externo periculo metuens. *Plutarch. p. 200 C.*

⁹ ne qua vis) ne aliqua vis, aliqua tyrannis. ¹⁰ hoc convenire in Alcibiadem) nova molitio ab eo non visa est aliena; neque tamen directe eidem factum imputabant, sed Argis, qui tunc eius hospitio continebantur, quique propterea a civibus occisi sunt. *Diod. l. c.*

¹¹ & potentior & maior, quam privatus) erant enim permultae statuae, quae non nisi a factioso una nocte deturbari poterant, *Diodor. 13, 2. Hermae πανπληθεις κατὰ τὴν πόλιν ὄντες. C.*

¹² liberalitate devinxerat) pecuniam & munera largiendo sibi obstrinxerat. ¹³ opera forensi) per defensionem in foro, iudicio amicos constituerat. Athenaeus narrat, quod Hegemonem Thasium, facinoris cuiusdam reum, liberaverit, deleto coram iudice eius nomine per digitum sputo imbutum. ¹⁴ omnium oculos converteret) omnes in sui admirationem raperet. Similiter convertere in se omnium mentes, *Florus 2, 17, 4; totum terrarum orbem, Vellei, 2, 31, 1.*

nam, sed etiam ¹⁵ timorem, quod & ¹⁶ obesse plurimum & prodesse poterat. ¹⁷ Adspergebatur etiam infamia, quod in domo sua ¹⁸ facere mysteria dicebatur: quod nefas erat ¹⁹ more Atheniensium: idque non ad religionem, sed ad ²⁰ coniurationem pertinere existimabatur.

Hoc crimine ¹ in concione ab inimicis compellabatur. Sed instabat tempus ad ² bellum proficiscendi. Id ³ ille intuens, neque ignorans civium suorum consuetudinem, postulabat, ut

¹⁵ sed etiam timorem) Nove dictum, timorem in eo habebant: sed quia non dixit diserte, habebant timorem (nam verbum habebant cum voce spem cohaeret proxime) idcirco haec locutio non est vitiosa, sed elegans potius & venusta propter rotunditatem & ambitum. Lambin. C. ¹⁶ obesse plurimum) sc. patriae. Hinc Timon omnium hominum osor unum Alcibiadem amabat, quod magno malo illum aliquando Atheniensibus fore praesagiret. ¹⁷ adspergebatur infamia) es wurde ihm das kleb-fleckgen angehenget. Sic Cic. pro Caelio c. 10. Istius facti infamia est adpersus. Idem in Vatin. c. 17. viro nonnullam labeculam adspingere. ¹⁸ facere mysteria) sacra occulta, qualia erant Eleusinia, in domo sua celebrare. conf. Justin. 5, 1, 1. ¹⁹ more) usu & consuetudine. ²⁰ ad coniurationem pertinere) quemadmodum Catilina domi suae sacrarium scelerum constitutum habuit. Cic. orat. 1. cap. 9. C.

Cap. IV. ¹ in concione compellabatur) a Theffalo, Cimonis filio & Androcle in conventu publico accusabatur, er ward drüber zur rede gesetzt. ² bellum) Syracusanis indictum. ³ ille intuens) Alcibiades probe considerans. Ita infra 10, 8, 1. &c.

4 si quid de se agi vellent, potius de praesenti 5 quaestio haberetur, quam absens 6 invidiae crimine accusaretur. Inimici vero eius 7 quiescendum 8 in praesenti, quia nocere se ei non posse intelligebant, & illud tempus expectandum decreverunt, 9 quo exisset: ut sic absentem aggrederentur; 10 itaque fecerunt. Nam postquam in Siciliam eum pervenisse crediderunt, absentem, quod 11 sacra violasset, 12 reum fecerunt. quae de re cum ei nuntius a magistratu in Siciliam missus esset, ut domum 13 ad causam dicendam rediret, essetque in magna spe 14 provinciae bene administrandae, 15 non parere noluit, & 16 in triremem, quae ad eum

4 si quid de se agi) si sui causa aliquid judicialiter tractari cuperent. 5 quaestio haberetur) judicialis cognitio & disceptatio institueretur. 6 invidiae crimine) non alio delicto, quam quod invidia dicitur; ubi invidorum sermo sufficit, adeoque innocenter. 7 quiescendum) accusationem in foro omittendam esse. 8 in praesenti) sc. tempore. Sic, in praesentia, 2, 8, 4; & 7, 10, 5. Tacitus saepe in praesens. 9 quo exisset) quo domo profectus esset & longius abesset. 10 itaque fecerunt) & ita rem executi sunt, ne se tueri posset. 11 sacra violasset) mysteria Cereris, nulla re magis quam silentio solennia, evulgasset, quod capitale erat. v. Bernegg. ad Justin. 5, 1, 1. 12 reum fecerunt) accusarunt scilicet sacrilegii & irreligiositatis. 13 ad causam dicendam) ad rationem reddendam coram iudicibus, *gerichtlich red und antwort zu geben*. 14 provinciae) muneris seu officii in bello gerendo sibi demandati. 15 non parere noluit) id est, noluit obtemperare magistratui. 16 in triremem, quae erat missa) navis Salamina erat missa ad deportandum: ipse autem in proprium adscendit depor-

deportandum erat missa, ascendit: ac ¹⁷ Thu-
rios in Italiam pervectus, multa secum reputans
de immoderata civium suorum ¹⁸ licentia, crude-
litateque ¹⁹ erga nobiles, utilissimum ratus im-
pendentem evitare ²⁰ tempestatem, clam se a cu-
stodibus ²¹ subduxit, & inde primum ²² Elidem,
deinde Thebas venit. Postquam autem se ²³ ca-
pitis damnatum ²⁴ bonis publicatis audivit, & id
quod ²⁵ usu venerat, ²⁶ Eumolpidas sacerdotes a
populo coactos, ut se ²⁷ devoverent, eiusque ²⁸ de-

tanquam rediturus, eaque apud Thurios aufugit. *Diodor.*
13, 5. Plutarchus autem f. 202. unius tantum navis me-
minit, ex qua descendens apud Thurios, in terra se ab-
diderit. C. 17 *Thurios*) quae urbs est ad sinum Ta-
rentinum; *Thurium* etiam dicitur. C. v. Tab. IV.
18 *licentia* &c.) notantur hic vitia vulgi libertate sua
nimium abutentis in statu democratico. 19 *erga nobi-
les*) quem nimirum exitum plerique clari viri habue-
runt. v. 19, 4, 3. 20 *tempestatem*) periculum detonans,
ut solet tempestas. Locutio huius loci metaphorica de
imminente capitis discrimine, in proprio sensu occur-
rit infra 13, 3, 3. 21 *subduxit*) evasit, erupit, *er hat sich
weggeschlichen*. 22 *Elidem, deinde Thebas*) Elidem Pe-
loponnesi: Thebas Boeotiae. C. v. Tab. II. 23 *capitis*)
scil. crimine sive poena. 24 *bonis publicatis*) i. e. bo-
nis publico vindicatis & publice venditis. 25 *usu ve-
nerat*) receptum erat in consuetudinem. 26 *Eumolpi-
das sacerdotes*) sc. Cereris; hi ab Eumolpo, initiationis
inventore, originem & nomen habent, Svida teste.
Cicero de Leg. 2, 14. *Quid ergo agent Eumolpidae nostri
& angusta illa mysteria, siquidem sacra nocturna tollimus?*
Ergo horum ut initiare erat, quod etiam Isocrates Pa-
negyrico docet: i. a etiam devovere, hoc est, arcere & ex-
cludere a communione sacrorum. C. 27 *devoverent*) excom-
municarent, execrarentur, igni & aqua interdicerent.

votionis, quo ²⁹ testatior esset memoria, exemplum ³⁰ in pila lapidea incisum, esse positum ³¹ in publico, ³² Lacedaemonem demigravit. Ibi, ut ipse ³³ praedicare consueverat, non adversus patriam, sed inimicos suos bellum gessit, quod ³⁴ *hostes essent civitati. nam cum intelligerent, se plurimum prodesse reipublicae, 35 ex ea eiecisse, plusque irae suae, quam utilitati communi 36 paruisse.*
 7 Itaque ³⁷ huius consilio Lacedaemonii cum Persarum rege amicitiam fecerunt: deinde ³⁸ Dece-

28 devotionis exemplum) expressa formula execrationis. 29 testatior) notior, certior, firmior. 30 in pila lapidea) immo in pluribus pilis, *infra cap. 6. extr.* Non solum autem execrationes aut damnationes capitales eiusmodi pilis scriptae, sed etiam multae ab Amphityonibus irrogatae. *Diodorus 16, 24. de Phocensium poena pecuniaria. C.* 31 in publico) i. e. publice, in omnium conspectu. 32 Lacedaemonem demigravit) ad Lacedaemonios, quos impulit bellum inferre Atheniensibus, ut illatam sibi iniuriam vindicaret. v. *Iustin. 5, 1, 4.* 33 praedicare) rem declarare & factum suum simul excusare, v. *Xenoph. 1, 10.* 34 hostes civitati) quia civitatis commodis per Alcibiadem promovendis se opponerent. Id ipse statim ulterius explicat. 35 ex ea) subaudi se eiecisse. 36 paruisse) satisfecisse, obsecutos esse, inserviisse. 37 huius consilio) admodum callido. Primo firmabat res Lacedaemoniorum per societatem cum Dario rege Persarum. Secundo infringebat res Atheniensium, dum, ut ait *Thucydides 7, pag. 495.* Lacedaemonios docebat muro circumdare Deceliam; & praeterea illis Iones socios conciliabat. 38 Deceliam in Attica) *Pausanias Lacon. f. 89. vocat Φεγγειον τὸ ἐν Δεκελεια, castellum Deceliae, quo omne atus terrestri Atheniensium impediabatur, Thucyd. 7. p. 502. Plutarch. p. 203. C.*

liam in Attica munierunt, 3^o praesidioque perpetuo ibi posito 4^o in obsidione Athenas tenuerunt. Eiusdem opera 4¹ Ioniam a societate auerterunt Atheniensium, quo facto, multo 4² superiores bello esse coeperunt.

Neque vero his rebus tam amici Alcibiadi V. sunt facti, quam timore ¹ ab eo alienati. Nam cum ² acerrimi viri praestantem prudentiam in omnibus rebus cognoscerent, pertimuerunt, ne ³ caritate patriae ductus aliquando ⁴ ab ipsis descisceret, & ⁵ cum suis in gratiam rediret. Itaque ⁶ tempus eius interficiendi quaerere instituerunt. ⁶ Id Alcibiadi diutius celari non potuit. 2

39 praesidio -- posito) militibus praesidiariis ibi constitutis. 40 in obsidione tenuerunt) i. e. obsessas habuerunt, *se haben bloquirt gehalten.* 41 Ioniam) minoris Asiae provinciam. vid. Tab. III. 42 superiores bello esse) caput altius efferre super omnes, *den meister zu spielen im kriege.*

Cap. V. 1 ab eo alienati) favor in odium conversus est apud Lacedaemonios. Viro optime de illis merenti pessimam rependerunt gratiam. conf. Iustin. 5, 2, 4. 2 acerrimi) admodum ingeniosi & sagacis. Sic, *acerrimus Augusti*, apud Tacit. H. 2, 76, 4. 3 caritate patriae ductus) Ovid. ex Ponto 2, 3, 34. *Nescio, qua natale solum dulcedine cunctos ducit, & immemores non sinit esse sui.* 4 ab ipsis descisceret) a Lacedaemoniis recederet, se subduceret, ipsos desereret. 5 cum suis in gratiam rediret) cum civibus Atheniensibus reconciliaretur & positis inimicitiis concordiam restabiliret. 6 tempus) opportunam occasionem. 7 Id Alcibiadi celari) licebat etiam loqui: *id Alcibiadem celari*, sicut Hirtius B. Alex. c. 7. dixit, *quod neque celari Alexandrinos possent in appa-*
erat

erat enim ⁸ ea sagacitate, ut ⁹ decipi non posset, praesertim cum ¹⁰ animum attendisset ad cavendum. Itaque ad Tissaphernem ¹¹ praefectum regis Darii se contulit. cuius cum in intimam amicitiam pervenisset, & Atheniensium, ¹² male gestis in Sicilia rebus, opes ¹³ fenescere, contra Lacedaemoniorum ¹⁴ crescere videret; initio cum Pisandro ¹⁵ praetore, qui apud ¹⁶ Samum exercitum habebat, per internuntios colloquitur, & de reditu suo facit mentionem. Erat enim ¹⁷ eodem, quo Alcibiades, sensu, populi potentia non amicus, & ¹⁸ optimatum fautor. ¹⁹ Ab hoc

randa fuga. C. 8 ea sagacitate) tam sagax, tam perspicax. Sagacitas propria canum feras facile advertentium, metaphorice transfertur ad homines acuti & celeris ingenii. 9 decipi non posset) Iustinus l. c. refert, eum cognovisse insidias per uxorem Agidis regis adulterio cognitam. 10 animum attendisset) curam animi tanquam arcum ad quemlibet fortunae ictum paratam habuisset. 11 praefectum regis Darii) in Asia citeriore. C. 12 male gestis in Sicilia rebus) Peloponnesiacum bellum, in Siciliam devolutum, grave fuit Atheniensibus & paene exitiale. Justin. 4, 5. C. 13 opes fenescere) vires omnes minui ac debiliores fieri, quasi senectute, Metaphora ab homine ducta. conf. Vellei. 2, 11, 3; & Sen. epist. 91. 14 crescere) augeri sc. opes s. potentiam. 15 praetore) scilicet Atheniensium. 16 apud Samum) Ita etiam Diodor. 13, 41. Est autem haec insula Epheso urbi fere opposita. C. vid Tab. II. 17 eodem sensu) eadem sententia, eodem studio & affectu. Idem Pisander sentiebat cum Alcibiade. Utriusque autem animus propensus erat non in democraticum sed in aristocraticum statum. 18 optimatum fautor) cupiens optimos & nobiles viros summam rerum tenere testi-

destitutus, primum ²⁰ per Thrasybulum, Lyci
 filium, ab exercitu recipitur, praetorque fit apud
 Samum, ²¹ post ²² suffragante ²³ Theramene
²⁴ populiscito restituitur, parique absens impe-
 rio praeficitur, simul cum Thrasybulo & The-
 ramene. ²⁵ Horum imperio tanta commutatio re- 5
 rum facta est, ut Lacedaemonii, qui paullo ante
²⁶ victores vigerant, perterriti ²⁷ pacem pete-
 rent. victi enim erant ²⁸ quinque proeliis terre-

19 *Ab hoc destitutus*) initio a Pisandro non desertus sed
 adiutus fuerat, nam ipse populo restitutionem eius sua-
 serat. Sed postea eum noluit in exercitum recipere, an-
 tequam id populus iussisset. *Thucyd. 8. p. 583. C.* 20 *per*
Thrasybulum) qui maxime & semper ea sententia fuit,
 ut Alcibiades restitueretur. *Thucyd. p. 600. C.* 21 *post*)
 i. e. postea, receptione Alcibiadis iam ab exercitu facta.
 22 *suffragante*) consentiente, *indem er sein iawort gab.*
 23 *Theramene*) Philosophus ille erat Atheniensis, magna
 in republica auctoritate. 24 *populiscito*) populiscitum
 idem quod *plebiscitum*, de quo supra 3, 1, 5. scil. quod
 populus sciscit, iubet & decernit. 25 *horum imperio* &c.)
 Mutatis ducibus mutatur quoque fortuna in utramque
 partem. Claudian. in Eutrop. 2, 415. *Cum duce mutate*
vires. conf. Caes. B. G. 6, 12. & B. C. 3, 68; & Liv. 2, 39.
 26 *victores vigerant*) emphatice pro fuerant. Vincen-
 tes antea vigorem suum ostenderant. 27 *pacem pete-*
rent) Post pugnam apud Cyzicum Diodorus 13, 52. *πέρ-
 βεις ἑπεμψάν ἐς Ἀθήνας ὑπὲρ εἰρήνης.* C. 28 *quin-*
que proeliis terr. &c.) Difficile est, hunc numerum ex
 historia probare. Diodor. 13, 50. tantum unius meminit
 terrestris apud Cyzicum: Plutarchus f. 207 seq. praeter
 illud Cyzicenum, aliquot pugnas adversus auxilia Spar-
 tanorum, quae Pharnabazus adduxerat, memoravit,

stribus

sribus ²⁹ tribus navalibus, in quibus ducentas
 naves ³⁰ triremes amiserant, quae captae in ho-
 6 stium venerant potestatem. Alcibiades simul
 cum collegis ³¹ receperat ³² Ioniam, ³³ Hellespon-
 tum, ³⁴ multas praeterea urbes Graecas, quae ³⁵ in
 ora sitae sunt Asiae, quarum expugnaverant com-
 plures, in his ³⁶ Byzantium, neque minus multas
 7 ptos ³⁷ consilio ad amicitiam adiunxerant, quod in ca-
 pto ³⁸ clementia fuerant usi. Inde praeda onu-
 sti, locupletato exercitu, maximis rebus gestis,
 Athenas venerunt.

etiam urbes expugnatas, electo Peloponnesiorum prae-
 fidio. Navales autem pugnae facilius numerantur.
 Duae apud Abydum (quamquam priori Alcibiades non
 interfuit) *Diodor.* 13, 40 & 46; tertia apud Cyzicum,
idem 13, 50. C. 29 navalibus) sc. proeliis; in postremo
 Mindarus dux Lacedaemoniorum ab Alcibiade inter-
 fectus est *Xenoph.* I. de rebus Gr. 30 triremes) bellicas
 maiores. 31 receperat) ad partes Atheniensium iterum
 perduxerat. 32 Ioniam) minoris Asiae regionem. vid.
 Tab. III. 33 Hellespontum) fretum Thraciae, vel totum
 potius illius freti tractum inter Thraciam & Phrygiam.
 vid. Tab. II. 34 multas praeterea urbes) Cyzicum, Chal-
 cedonem, Selymbriam, Byzantium, *Plutarch.* p. 207
 seq. C. 35 in ora) in extrema parte. 36 Byzantium)
 Thraciae nobile oppidum, proditione captum, refert
 Xenophon, & proditorum nomina recenset lib. I.
 Vid. Tab. II. 27 consilio) Praecipuae artes & propriae
 ducum in bello sunt ratio & consilium, quibus plura
 quam vi efficere possunt. v. Tac. H. 3, 20, 2; & Liv.
 21, 2; Frontin. Strat. 2, 5, 44; 3, 2, 6; 3, 9, 6. 38 cle-
 mentia) Byzantinis urbem suam reddiderunt, nec in
 eos saevierunt. *Diod.* 13. Clementer in fidem accepti
 alios etiam ad deditionem compellunt. v. *Curt.* 9, 1, 23;
 7, 9, 18; 8, 14, 41.

His cum obviam universa civitas in ¹ Piraeum VI. descendisset, tanta fuit omnium ² expectatio videndi Alcibiadis, ut ad eius triremem vulgus ³ conflueret, perinde ac si solus advenisset. sic ² enim populo erat persuasum, ⁴ & adversas superiores, & praesentes secundas res accidisse ⁵ eius opera. Itaque & Siciliae ⁶ amissum, & Lacedaemoniorum victorias ⁷ culpae suae tribuebant, quod talem virum e civitate expulissent. Neque id sine causa arbitrari videbantur. nam postquam ⁸ exercitui praeesse coeperat, neque terra, neque mari hostes ⁹ pares esse potuerant. Hic ut navi egressus ³ est, quamquam ¹⁰ Theramenes & Thrasylbulus

Cap. VI. ¹ Piraeum) portum urbis Atheniensis, qui consilio Themistoclis aedificatus est, ut supra ex eius vita c. 6. 1. constat. De eo peculiarem libellum scripsit Meursius. ² expectatio) desiderium ex expectatione ortum. Hinc magnificus & gloriosus admodum fuit reditus ipsius Alcibiadis, de quo post Xenoph. & Plutarch. legendus etiam Iustinus 5, 4. ³ conflueret) catervatim & magno numero accurreret. conf. Caes. B. G. 7, 44; Vellei. 2, 72. 5; & 80, 4; Curt. 10, 4, 15; Iustin 1, 7, 9. ⁴ & adversas & secundas res) utramque fortunam, priora infeliciter & posteriora prospere gesta. ⁵ eius opera) eius vel ira atque odio, vel benevolentia atque officio. ⁶ amissum) iacturam. Amissus non secus formatur ac emissus apud Lucretium. ⁷ culpae suae tribuebant) sibimetipsis imputabant. Sua damna & hostium emolumenta inde fuisse agnoscebant, quod iniurii fuissent in Alcibiadem. Iam confitebantur, se hostes fuisse civitati. ⁸ exercitui praeesse) post receptionem & restitutionem. ⁹ pares esse) sc. animis atque armis, *gewachsen seyn, die wage halten.* ¹⁰ Theramenes & Thrasylbulus) ambo eius collegae in mu-
eisdem

eisdem rebus praefuerant, simulque venerant in Piraeum, tamen ¹¹ illum unum omnes prosequabantur, & id quod ¹² nunquam antea usu venerat, ¹³ nisi Olympiae victoribus, ¹⁴ coronis aureis aeneisque vulgo donabatur. Ille ¹⁵ lacrymans talem benevolentiam civium suorum accipiebat, reminiscens pristini temporis ¹⁶ acerbitatem. Postquam ¹⁷ Asty venit, ¹⁸ concione advocata, sic verba fecit, ut nemo ¹⁹ tam ferus fuerit, ²⁰ quin eius casum la-

nere & expeditione militari. ¹¹ illum unum omnes prosequabantur) ceteris ducibus neglectis eum comitabantur. Plutarch. p. 209. τὰς ἄλλας στρατηγὰς ἔδ' ὁρᾶν ἐδόκων ὁ ἀπαντῶντες ἄνθρωποι. C. ¹² nunquam usu venerat) nulli unquam contigerat. ¹³ Olympiae victoribus) v. supra praef. n. 5. Ex olea vel oleastro erat corona in Olympico agone: an ergo extra ordinem etiam aurea? an dixit, ut Olympiae victores oleaginis, ita redeuntem Alcibiadem aureis fuisse exceptum, quo coronae tantum cum olympicis comparentur, non itidem materia? Plutarch. p. 209. simpliciter ἐσεφάνη. C. ¹⁴ coronis aureis aeneisque) hoc coronarum genus duplex erat pro cuiuslibet facultatibus: aureae donabantur a divitibus, aeneae a pauperibus. ¹⁵ lacrymans) cum lacrymis obortis partim ex subita animi laetitia, partim ex recordatione praeteritorum malorum. ¹⁶ acerbitatem) saevitiam & hostilitatem in accusando & damnando absente tempore praeterito. Ita apud Tac. A. 2, 71, 3; & Suet. Calig. 1. 2. Acerbitates rerum & verborum. ¹⁷ Asty venit) in urbem reversus est. Athenas intravit. conf. supra 2, 4, 1. ¹⁸ concione advocata &c.) in conventu populi orationem habuit flexanimam, urgens haud dubie, sibi religionem & patriam semper curae cordique fuisse; iniqua & acerba ea esse omnia, quae nihil tale promerens a malevolis perpeffus sit. v. Xenoph. l. c. ¹⁹ tam ferus) immitis, durus, ferreus. ²⁰ quin eius casum lacrymarit) cryma-

crymarit, inimicumque his se ostenderit, ²¹ quorum opera patria pulsus fuerat, perinde ²² ac si alius populus, non ille ipse, qui tum flebat, eum ²³ sacrilegii damnasset. Restituta ergo huic sunt publice bona, iidemque illi ²⁴ Eumolpidae sacerdotes rursus ²⁵ resacrare sunt coacti, qui eum devoverant: ²⁶ pilaeque illae, in quibus devotio fuerat scripta, in mare praecipitatae.

Haec Alcibiadi laetitia ¹ minus fuit diuturna. VII. nam cum ei essent omnes honores decreti, ² totaque respublica domi bellique tradita, ut unius arbitrio gereretur; & ipse postulasset, ut duo sibi ³ collegae darentur, Thrasybulus & Adimantus: neque id negatum esset; classe in-

qui tanti viri fata perpendens a lacrymis sibi temperare potuerit. ²¹ quorum opera) malignitate, accusatione, suasu, facto. ²² ac si alius populus) tam mirabiliter vulgi mutata est voluntas. conf. 10, 10, 2; Tac. H. 1, 45, 1; & 2, 90, 1. ²³ sacrilegii) crimine eo, ac si sacra Cereris violasset. ²⁴ Eumolpidae) Vid. supra cap. 5. n. 5. ²⁵ resacrare) a diris, quibus illum devoverant, absolvere, & execrationes explere precibus pro futura incolumitate. v. Iustin. 5, 4, 14 sqq. Apud Plaut. Aul. 4, 7, 4; & Pers. 1, 1, 46; ac Festum scribitur resacrare. in MSS. rursus abest. ²⁶ pilaeque in mare praecipitatae) ad abolendam memoriam: exscalpserunt, quae iniuste inscripta erant. Diodor. 16, 24. τὰς τῶν Ἀμφικτυόνων ἀποφάσεις ἐκ τῶν σηλῶν ἐξέκοψε. C.

Cap. VII. ¹ minus diuturna) i. e. brevis; nonnullis placet non nimis pro minus. ² tota resp. domi bellique) administratio & summa omnium rerum pacis bellique temporibus. ³ collegae) viri eiusdem dignitatis ad invidiam effugiendam.

Asiam

Asiam profectus, quod ⁴ apud Cymen ⁵ minus ex
² sententia rem gesserat, in invidiam ⁶ recidit. ⁷ ni-
 hil enim eum non efficere posse ⁸ ducebant. ⁹ ex
 quo fiebat, ut omnia minus prospere gesta eius
 culpaē tribuerent, cum eum aut negligenter, aut
¹⁰ malitiose fecisse loquerentur, sicut tum accidit.
 nam ¹¹ corruptum a rege capere Cymen noluisse,
³ ¹² arguebant. Itaque ¹³ huic maxime putamus
 malo fuisse, nimiam ¹⁴ opinionem ingenii atque

4 apud Cymen &c.) Cyme five Cuma urbs Aeoliae
 prope Notium, a quo id proelium denominat Diodo-
 rus 13, 71. Non autem ipse rem gesserat, sed vel Cla-
 zomeniis auxilio profectus, *Diodor. c. l.* vel in Cariam
 ad conficiendam pecuniam, *Plutarch. p. 211.* manda-
 verat Antiocho, quem reliquis navibus praefecerat,
 ne se absente confligat cum hostibus, qui vero gloriae
 cupidior mandatum imperatoris cum maximo civita-
 tis suae damno contempsit. C. 5 minus ex sententia)
 i. e. minus prospere, uti mox sequitur, *nicht nach wunsch,*
unglücklich vocem minus pro non dilexisse autor vide-
 tur, quia hic ter statim adhibuit 6 recidit) i. e. denuo
 cecidit, pervenit. 7 nihil non efficere) i. e. omnia vel
 quaevis praestare. 8 ducebant) credebant, persuasi
 erant; gloriae magnitudo fraudi erat Alcibiadi. *Plu-*
tarch. c. l. ὑπὸ τῆς αὐτῆς δόξης καταλυθῆναι. C. 9 ex
 quo fiebat, ut tribuerent) elegans est paraphrasis unius
 verbi, brevius dixisset: *Hinc tribuebant &c.* 10 malitiose)
 dolose, malo animo. 11 corruptam a rege) sc. Persarum
 per Pharnabazum satrapem eis sumpta pecunia. 12 ar-
 guebant) criminabantur. 13 huic malo fuisse) Alcibiadi
 nocuisse & calamitatis causam extitisse, *es sey ein un-*
glück gewesen. Cic. ad. Att. 14, 21. de Caesare: *clemen-*
tiam illi malo fuisse. 14 opinionem) famam, existimatio-
 nem, fiduciam, quam conceperant de eius prudentia &
 virtute.

virtutis. timebatur enim non minus, quam dilibatur, ne ¹⁵ secunda fortuna, magnisque opibus elatus, ¹⁶ tyrannidem concupisceret. Quis rebus factum est, ut absentibus ¹⁷ magistratum abrogarent, ¹⁸ & alium in eius locum substituerent. Id ille ut audivit, domum ¹⁹ reverti non potuit, & ²⁰ se Pactyen contulit, ibique tria castella communivit, ²¹ Bornos, Bisanthen, Neontichos; ²² manuque collecta ²³ primus Graeciae ci-

titudine. ¹⁵ *secunda fortuna magnisque opibus*) i. e. felicitate & potentia sua. ¹⁶ *tyrann. concupisceret*) rem affectaret, occuparet in libero populo. ¹⁷ *magistratum abrogarent*) non quidem, ut antea contumeliose eum exciperent, attamen ab officio imperatorio removerent. ¹⁸ *& alium*) imo alios decem, quorum nomina referunt Xenophon & Diodorus. Cononem effectum dicit Iustinus 5, 5, 4; & c. 6, 1. ¹⁹ *reverti*) voluntarium exilium tunc elegit, quamquam relictu licuisset. ²⁰ *se Pactyen contulit*) Ita diserte Diodorus 13, 74. nec abluunt vestigia manu scriptorum, quibus invitis alii *Perinthum* intruserunt. Est autem Pactye ad Propontidem ultima in limite Chersonesi. Ptol. 3, 11. Consentit Xenophon *Rer. Graec. lib. 1. p. 259.* Alcibiadem ex hac clade ἐς χερσόνησον ἐς τὰ μὲν τείχη in *Chersonesum*, in munimenta sua refugit. C. vid. Tab. II. ²¹ *Bornos, Bisanthen, Neontichos*) *Borni*, locus obscurus, ignotus geographis. *Bisanthe*, quae & *Rhaedestus*, supra *Pactyam* sita (Ptol. c. 1.) ab Ortelio primum adsumta pro vulgatum *Byzium*: addo quod & ante cladem munimentum habuerat πρὸς Βιτάδην, *Plut. p. 215.* *Neontichos* *Sylacis* haud procul *Perintho* est: propior quidem *Pactyae* *Macrontichos* *Ptolomaei*: quod in textum *Nicetae* *Courtinus* recepit: illud vero magis convenit vestigiis manu exaratorum codicum. C. 22 manu) *vitates*

vitates in Thracia introiit, gloriosius existimans, barbarorum praeda locupletari, quam ²⁴ Graiorum. Qua ex re ²⁵ creverat eius fama cum opibus magnamque amicitiam sibi cum ²⁶ quibusdam regibus Thraciae pepererat.

VIII. Neque tamen a caritate patriae potuit recedere. nam cum apud ¹ Aegos flumen Philocles, praetor Atheniensium, classem constituisset suam, ² neque longe abesset Lyfander, praetor Lacedaemoniorum, qui ³ in eo erat occupatus, ut bellum quam diutissime ⁴ duceret, quod ⁵ ipsis

multitudine militum. ²³ primus Graeciae, civitates in Thracia) Ita codices quidam habent Hier. Magio testante: alii etiam Bosius: *Graciae civitatis in Thraciam*. Lambinus vocem civitatis expunxit, quem plures editores secuti sunt. Acquiesco in prima lectione, quae Bosio etiam probatur, ut *civitates in Thracia sint liberi Thraces* seu *ἀβασίλευτοι*, ut Plutarchus c. l. vocat, quos bello invasit Alcibiades. *Civitas* enim populum liberum sonat, ut saepe apud Caesarem de bello Gallico commentariis. C. ²⁴ Graiorum) eorum Graecorum, quibus erat profectus. ²⁵ creverat eius fama cum opibus) vetus lectio, eaque forte melior: *creverat cum fama tum opibus*. ²⁶ cum quibusdam regibus Thraciae) Medoco & Seuthe. Diodor. 13, 105. C.

Cap. VIII. ¹ Aegos flumen) in Chersoneso Taurica. Tab. II. ² neque longe abesset Lys.) tunc erat Lampfaci, quae urbs, quam paullo ante ceperat, est in ora Asiae ad Propontidem, & ab Hellesponto, ut Xenophon ait, distat stadia circiter 15. ubi erat Alcibiades. ³ in eo erat occupatus) id intendebat, eo dirigebat consilia & actiones. ⁴ duceret) protraheret sine proliis, quibus bellum cito finiretur. Infra in Da

nia a rege suppeditabatur, contra Atheniensibus
 7 exhaustis, praeter arma & naves, 8 nihil erat su-
 per. Alcibiades ad Atheniensium venit exerci- 2
 tum, ibique 9 praesente vulgo 10 agere coepit: si
 vellent, se coacturum Lysandrum aut dimicare aut
 pacem petere: Lacedaemonios 11 eo nolle conflagere
 classe, quod 12 pedestribus copiis plus quam navibus
 valerent: sibi autem esse facile, 13 Seuthen regem
 Thracum 14 deducere, ut eos terra depelleret: quo 3

me c. 8. n. 5. cum bellum duci maiore regis calamitate
 videret. Cicero ad Marium epist. 7, 3. cum ab ea (pacis)
 sententia Pompeius valde abhorreret, suadere institui ut
 bellum duceret. C. 5 ipsis) sc. Lacedaemoniis. 6 pec.
 a rege suppedit.) multum pecuniae a Cyro Darii filio ac-
 cipiebat Lysander ad alendum exercitum, non quod
 bene vellet Lacedaemoniis, sed ut illis & Atheniensibus
 longo bello attritis facilius iugum imponeret.
 7 exhaustis) destitutis pecunia & copiis pedestribus.
 8 nihil erat super) per Anastrophem, pro nihil superer-
 rat, nihil erat reliqui. 9 praesente vulgo) coram vulgo
 militum. 10 agere) negotii bellici causa istud propo-
 nere. 11 eo) i. e. ideo, eam ob causam. 12 pedestri-
 bus copiis plus quam navibus) pedestribus, i. e. terrestri-
 bus, equitatu comprehenso. In Conone c. 1. n. 1.
 praetor pedestribus exercitibus praesuit, & praefectus classis
 res magnas mari gessit: & Dione c. 6. n. 3. quorum con-
 sensu praecerat classi, cum Dion exercitum pedestrem tene-
 ret. Pedestris ergo non equitatu, sed classi, sive na-
 vali exercitui, opponitur. Sic Livius 26. c. ult. pau-
 cos dies exercendis navalibus pedestribusque copiis absum-
 sit. Adde Gronov. ad Liv. 37, 53. C. 13 Seuthen regem
 Thracum) amicum suum. Supra c. 7. n. 5. C. 14 de-
 ducere) ex Thracia accire, etiam movere, ut cum exer-
 citu adveniat.

Cornel. Nep.

F

facto

facto necessario aut classe conficturos, aut bellum
 4¹⁵ composituros. Id etsi vere dictum¹⁶ Philocles
 animadvertibat, tamen postulata¹⁷ facere noluit,
 quod sentiebat, se Alcibiade recepto,¹⁸ nullius
 momenti apud exercitum futurum: &¹⁹ si quid se-
 cundi evenisset,²⁰ nullam in ea re suam partem
 fore: ²¹ contra ea, si quid adversi accidisset, ²² se
 5 unum eius delicti futurum reum. Ab hoc discedens
 Alcibiades, quoniam, inquit, ²³ victoriae patriae
 repugnas, illud moneo, ²⁴ iuxta hostes castra ha-
 beas nautica. periculum est enim, ne ²⁵ immo-

15 composituros) certis pacis conditionibus finituros. Sic Vellei. 2, 25, 1; Cic. fam. 10, 33. 16 Philocles) praetor Atheniensium, qui illo die imperium tenebat. Diodor. 13, 106. Alterna enim vice imperabant, ut ad Miltiad. c. 4. notavimus. C. 17 facere noluit) non modo Philocles, sed & maxime Tydeus ac Menander iusserunt Alcibiadem abire; se enim, non illum exercitum praeesse. Xenoph. 18 nullius momenti) momentum alias notat id temporis spatium, quod uno oculi ictu conficitur: h. l. autem est illud, in quo tota res seu re cardo movetur. Nullius momenti, i. e. nullius valoris nullius auctoritatis. 19 si quid secundi evenisset) si aliquid feliciter cessisset, si res felicem haberet eventum. 20 nullam suam partem fore) nullatenus gloriae se fore participem. 21 contra ea) locutio Nepoti non minus familiaris ac contra, quod paulo ante n. usurparat. 22 se delicti futurum reum) sibi soli culpam tribui, & se argui posse, quod consilium secutum sit. 23 victoriae patriae repugnas) adversaris non tam mihi meisque consiliis quam rei bene gerendae pro patria. 24 iuxta hostes castra nautica) stationem navium non procul ab hostibus habeas. 25 modestia militum) immoderata licentia & dis-

defectio militum nostrorum occasio detur Lyfandro
nostri opprimendi exercitus. ²⁶ Neque ea res illum
fessellit. Nam Lyfander, cum ²⁷ per speculatores
comperisset, ²⁸ vulgum Atheniensem in terram
²⁹ praedatum exisse, navesque paene inanes reli-
ctas, ³⁰ tempus rei gerendae non dimisit, eoque
³¹ impetu totum bellum delevit.

At Alcibiades victis Atheniensibus non satis
tuta eadem ¹ loca sibi arbitratus, ² penitus in Thra-
ciam se supra ³ Propontidem abdidit, sperans ibi

plinae neglectu, dum Athenienses milites imperatori-
bus dicto audientes non sunt. v. 6, 1, 2. ²⁶ neque ea res
illum fessellit) opinio eius non fuit falsa: non frustra sic
opinatus est: eventus dicta eius comprobavit. ²⁷ per
speculatores) qui emissi erant, ut hostium actiones ex-
plorarent, vel, ut Festus describit, hostilia silentia per-
spicerent. ²⁸ vulgum) gregarios milites. ²⁹ praedatum
exisse) esse dispartatos in agris. v. 6, 1, 2. Ut fieri solet,
prodicionis suspiciones accedebant. Pausanias Phoc.
p. 325. προδοθῆναι ἐπὶ χερμασιν ὑπὸ τῶν στρατηγῶν
τῶν. C. ³⁰ tempus rei gerendae) a fortuna datam occasio-
nem, uti est 1, 3. 3. conf. Caes. B. G. 2, 21. Belli maxi-
ma momenta in occasionibus sunt, inquit Seneca de Ira
3, 21. ³¹ impetu delevit) subita aggressione penitus
confecit, ad finem perduxit. Omnes naves raptae,
praeter Cononis, quibus ille fugit ad Evagoram.
Philocles & Adimantus vivi capti, &c. vid. Plutarch.
& Xenoph.

Cap. IX. ¹ loca) castella, quae communiverat, c. 7, 4.
² penitus in Thraciam) Plutarchus p. 212. Bithyniam ha-
bet; sed a Thracibus tum habitatam. Unde etiam spo-
latum dicit ὑπὸ τῶν ἐκείνων Θρακῶν. C. Vid. Tab. II; &
lin. 1, 31. ³ Propontidem) Propontis mare medium
inter Hellespontum & Bosphorum, per quod ex mari
Aegaeo transitur in Pontum Euxinum.

2 facillimè suam 4 fortunam oculi posse. 5 falso nam
 Thraces, postquam eum cum magna pecunia
 venisse 6 senserunt, insidias ei fecerunt, qui ea,
 quae apportavit, abstulerunt, ipsum 7 capere non
 potuerunt. Ille cernens, nullum locum sibi tu-
 3 tum in Graecia, propter 8 potentiam Lacedaemo-
 niorum, ad 9 Pharnabazum in Asiam 10 transit,
 quem quidem adeo sua 11 cepit humanitate, ut
 eum nemo in amicitia antecederet. namque ei
 12 Grunium dederat in Phrygia castrum, ex quo
 13 quinquaginta talenta vectigalis capiebat. 14 Quae
 4 fortuna Alcibiades non erat contentus, neque
 Athenas victas 15 Lacedaemoniis servire poterat
 pati. Itaque ad patriam liberandam 16 omni fer-

4 fortunam) facultates & opes. 5 falso) Una vo-
 periodus: i. e. At falso ita speravit. C. 6 senserunt) per-
 ceperunt, observaverunt, quod ingens auri pondus se-
 cum ferret. 7 capere non potuerunt) fuga se surripuit
 decipi nescius. v. c. 5, 2. 8 potentiam Lacedaemoniorum
 Victis Atheniensibus terrae marisque imperium tene-
 bant. 9 Pharnabazum) satrapen Persicum. 10 transit
 sc. navigando. 11 cepit) sibi conciliavit, amicum fecit.
 Sic in passivo capi est delectari aliqua re. 12 Grunium
 in Phrygia castrum) Grunium sive Grynium, quod Xen-
 phon sub init. lib. 3. Graec. & Diodor. Sicul. 17, 7.
 cum Aeoliae urbibus, Myrina & Pitane coniungunt
 argumento est, Phrygiam minorem hic intelligen-
 dam esse. C. Vid. Tab. III. 13 quinquaginta talenta)
 12500. imperiales. 14 fortuna) felicitate, sorte, con-
 ditione. 15 Lacedaemoniis servire) triginta tyrannorum,
 quos Lyfander imposuerat, iugum terre. 16 omni fe-
 rebatur cogit.) totum animum, omnesque curas ad
 sollicitudines applicabat. Ferri ad aliquam rem est ani-
 mi affectu ad aliquam rem gerendam perducere.

batur cogitatione, sed videbat, id sine ¹⁷ rege Persarum non posse fieri. ideoque eum amicum sibi ⁵ cupiebat ¹⁸ adiungi. neque dubitabat, facile ¹⁹ se consecuturum, si modo eius ²⁰ conveniendi habuisset potestatem: nam ²¹ Cyrum fratrem ei bellum clam parare, ²² Lacedaemoniis adiuvantibus, sciebat: id si ei aperuisset, magnam se (²³ ab eo) ²⁴ initurum gratiam videbat.

Haec ¹ cum moliretur, peteretque a Pharna- X. bazo, ut ad regem mitteretur, eodem tempore ² Critias ceterique ³ tyranni Atheniensium ⁴ cer-

¹⁷ rege Persarum) Artaxerxe Mnemone, Darii Nothi filio, qui patri successerat. ¹⁸ adiungi) conciliari, uti est 2, 10, 1. ¹⁹ se consecuturum) idem est ac si dixisset: quin consecuturus sit, sc. regem amicum sive regis amicitiam. Sic dubito cum infinitivo apud Tac. A. 2, 36, 1; & 14, 43, 1; Curt. 10, 6, 21; & supra praef. 1. ²⁰ conveniendi) adeundi, colloquendi, wenn er ihn nur haette sprechen können. ²¹ Cyrum fratrem) sc. Artaxerxis, & alterum Darii filium, cui pater civitates, quarum praefectus erat, testamento legaverat. Iustin. 5, 11, 1 sq. Itaque occulte adversus fratrem bellum parabat in Ionia, Hellesponto, Chersoneso, Thessalia. Xenoph. princip. lib. 1. Exped. Cyri. C. ²² Lacedaemoniis adiuv.) Nam Atheniensi bello Cyri opera adiuti decreverant auxilia eidem mittenda. Iustin. l. c. ²³ ab eo) Voculae ab eo absunt a quibusdam codicibus. C. ²⁴ initurum gratiam) er werde in grosse gnade kommen. Eadem phrasi utitur Ter. Eun. 3, 5, 9.

Cap. X. ¹ cum moliretur) cum mente agitaret Alcibiades. ² Critias) dux tyrannorum, qui Athenas tenebant. Noster Thrasymb. c. 2. extr. C. conf. Cic. Tusc. Qu. 1, 96. ³ tyranni Athen.) quos Atheniensibus prae-

tos homines ad ⁵ Lyfandrum in Afiam miserunt, qui eum certiozem facerent, nisi Alcibiadem ⁶ sustulisset, nihil earum rerum fore ⁷ ratum, quas ipse Athenis ⁸ constitulisset. Quare si ⁹ suas res ² gestas manere vellet, ¹⁰ illum persequeretur. His ¹¹ Laco rebus commotus statuit, ¹² accuratius sibi agendum cum Pharnabazo. Huic ergo ¹³ renuntiat, ¹⁴ quae regi cum Lacedaemoniis essent, irrita futura, nisi Alcibiadem vivum, aut mortuum ³ tradidisset. ¹⁵ Non tulit hoc satrapes, & ¹⁶ violare clementiam, quam regis opes minui maluit.

fecerat Lyfander. ⁴ certos homines) fidos servos, ein
 und andern expressen. ⁵ Lyfandrum) Lacedaemoniorum
 praetorem. ⁶ sustulisset) tolleret e medio, aus dem
 wege geschaffet hatte. ⁷ ratum) saluum, integrum, fir-
 mum. ⁸ constitulisset) Lyfander in procuratione reipu-
 blicae ordinasset post victoriam ab Atheniensibus re-
 portatam. ⁹ suas res gestas manere) imperium, quod
 ipse institulisset, perpetuum esse ac conservari. ¹⁰ il-
 lum persequeretur) Alcibiadis interitum quaerendum
 esse, ne forte redeat & populo libertatem restituat.
¹¹ Laco) idem quod Lacedaemonius; h. l. pro Lyfandro
 ponitur; nimirum gentile nomen pro proprio per An-
 tonomasiam. Sic infra 13, 1, 3; & 17, 2, 3. Pro Laco rebus
 legunt etiam in MS. latoribus i. e. tabulariis. ¹² accu-
 ratius agendum) maiori cura rem tractandam esse.
¹³ renuntiat) aperte denuntiat & declarat Lyfander.
¹⁴ quae - - irrita futura) rescindenda & dissolvenda
 esse foedera & pacta; quae &c. Qui plura in textum
 inferunt, sic habent: Societatem, quae regi cum Laceda-
 moniis esset, stare non posse, foederaque irr. fut.
 v. Schoppii Verisim. 4, 8. ¹⁵ non tulit hoc) noluit haec
 ita fieri, Diodorus tribuit invidiae stimulo, ne Alcibia-
 des machinationes Cyri ad regem perferret. ¹⁶ viola-
 Ita-

Itaque misit¹⁷ Syfamithren & Bagaeum ad Alcibiadem interficiendum, cum ille esset¹⁸ in Phrygia, iterque ad regem compararet. Missi clam⁴
¹⁹vicinitati, in qua tum Alcibiades erat, dant negotium, ut eum interficiant. Illi cum eum²⁰ ferro aggredi non auderent, noctu ligna contulerunt circa²¹ casam eam, in qua²² quiescebat.

re clementiam, quam regis opes) utile praeponens honesto. Notum, quod ex Euripide Tullius Off. 3, 21. profert: *Si violandum est ius, regnandi gratia violandum est.* C. 17 Syfamithren & Bagaeum) illum patrum Pharnabazi, hunc fratrem, Plutarch. extr. Alcib. quamvis is Magaeum, corrupte scribat. Praestat Bagaeum, ut cum Bagoa vulgati nomine in aula Persarum conveniat, quo eunuchus notatur, Plinio teste 13, 4. quod hominum genus summis honoribus in Oriente praeficiebatur. C. 18 in Phrygia) in maiore vel superiore. Duplex enim Phrygia est, superior & inferior. Monumentam Alcibiadis Athenaeus (13, 4) inter Synada & Metropolin vidit. C. 19 clam vicinitati) Vicinitati, vel sexto casu, ut Lacedaemoni Praef. n. 4; vel tertio, ut Plaut. Mil. 3, 3, 9. mihi clam est, quamquam casum ibi a verbo, quam adverbio regi, malunt grammatici. Vicinitas autem κώμη, vicus est Plutarcho extremo Alcibiade, & Diodoro 14, 11; vel civitas cui Melissae nomen erat, teste Athenaeo 13, 4. C. Sed locus hic omni difficultate caret hoc sensu: *Duo emissarii negotium interficiendi non ipsi suscipiunt, sed clam (i. e. clanculum, occulte) committunt vicinitati (i. e. vicinis, sive incolis in illo vico habitantibus.)* Sic saepe civitas pro civibus; & eodem modo Cic. in Verr. 4, 44. *Signum, quod erat notum vicinitati, buccina datur.* 20 ferro) armis, vi, armata manu; unde mox simpliciter manu. 21 casam) alias domum stramineam. v. Schoppii Verisim. 5, 8. Iustinus 5, 8, 14. in cubiculo crematum scribit. Sed inde erupit.

eamque succenderunt. ut ²³ incendio confice-
⁵ rent, quem ²⁴ manu superari posse diffidebant.
 Ille autem ²⁵ sonitu flammae excitatus, quod gla-
 dius ei erat subductus, familiaris sui ²⁶ subalare
 telum eripuit. Namque ierat cum eo quidam
²⁷ ex Arcadia hospes, qui nunquam ²⁸ discedere
 voluerat. Hunc sequi se iubet, & ²⁹ id, quod in
 praesentia vestimentorum fuit, arripuit. His in
⁶ ignem ³⁰ eiectis, flammae vim transiit. Quem ut
 barbari incendium effugisse eminus viderunt,
³¹ telis missis interfecerunt; ³² caput eius ad Phar-
 nabazum retulerunt. ³³ At mulier, quae ³⁴ cum

²² quiescebat) dormiebat sese ibi occultans, quia de
 insidiis sibi paratis audiverat. ²³ incendio conficerent)
 comburerent, crematum interimerent. ²⁴ manu)
 aperta vi, iniectis manibus. ²⁵ sonitu flammae) stre-
 pitu ignis. ²⁶ subalare telum) quod sub alis sinistri
 brachii gestare solebat. Fuit vero brevis pugio vel
 fica. *Telum* omne id notat, quo aliquem caedere,
 verberare & vulnerare possumus. ²⁷ ex Arcadia ho-
 spes) i. e. Arcas ex regione mediterranea Peloponnesi.
²⁸ discedere) sc. ab Alcibiade: utpote quem, quocun-
 que etiam iret, lubens comitabatur. ²⁹ id quod vesti-
 mentorum fuit) ea vestimenta & stragula, quae tunc
 ad manus habuit. ³⁰ eiectis) e cubiculo projectis, ut
 vim ignis aliquantulum supprimeret. ³¹ telis missis)
 iaculis in eum fugientem coniectis. Aristoteles de
 Nat. animal. 6, 29. eum in Elapho Asiae monte oc-
 cubuisse memorat. v. Plut. ³² caput retulerunt) ita
 fieri solet ad fidem caedis faciendam; vid. Tac. A.
 14, 57, 8; Curt. 7, 2, 32; & 8, 3, 13; nec non ad
 promerendam gratiam aut mercedem; v. Tac. H. 2,
 16, 6; Curt. 3, 13, 17; & 8, 12, 3. ³³ At mulier)
 vel *Timandra* nomine; Laidis Corinthiae mater, ut

eo vivere consueverat, ³⁵ muliebri sua veste con-
 textum, aedificii incendio ³⁶ mortuum cremavit,
 quod ad vivum interimendum erat comparatum.
 Sic Alcibiades ³⁷ annos circiter quadraginta natus,
 diem ³⁸ obiit supremum.

Hunc ¹ infamatum a plerisque, tres ² gravissimi **XI.**
 historici summis laudibus extulerunt: Thucydi-
 des, qui eiusdem aetatis fuit: ³ Theopompus, qui
 fuit post aliquanto natus: & Timaeus, qui quidem

Plutarchus vocat: vel *Theodata*, ut Athenaeus 13, 4. C.
³⁴ cum eo vivere consueverat) Tollunt vivere Schottus in
 h. l. & Buchnerus ab Fabrum, eleganti & usitata el-
 lipsi. C. Verbum autem teste notat consuetudinem stu-
 pri. ³⁵ muliebri sua veste *contectum*) sicut paullo ante
 somniaverat Alcibiades, amicae se amiculo indutum.
 Cicero 2. *Divin.* c. 69. C. conf. Val. Max. 1, 7. ext. 9.
³⁶ mortuum cremavit) Graecorum more, apud quos
 aequae crematio & humatio in usu fuit. Scholiastes
 Thucydidis ad lib. 2. p. 131. avitam consuetudinem ap-
 pellat, τῷ πατρῷ νόμῳ χρώμενοι καὶ σαρτες τὰ σώματα.
 Adde extremo Eumene dicenda. C. ³⁷ annos) i. e.
 ante annos, quos vivendo implevit. ³⁸ diem obiit) ex
 foro desumpta est haec loquendi ratio, in quo diem
 obire, *sich zum angesetzteten termine einstellen.*

Cap. XI. ¹ infamatum) infamia affectum, *der übel
 berichtet worden*: maxime propter luxuriam, cu-
 ius multa ex variis congestit Athenaeus 12, 9; & 13,
 4. C. Ibidem Antipho & Lyfias eius obrectatores
 adducuntur. ² gravissimi) fide dignissimi. ³ Theo-
 pompus, Timaeus) Theopompus Chius, Isocratis disci-
 pulus, scriptor historiae Graecae & Philippicae: Ti-
 maeus Tauromenita Siculus Pyrrhi & Tarentini
 belli temporibus scripsit res Siculas gemino opere, pri-
 mo coniunctas cum Graecorum; altero cum Romano-
 duo

duo ⁴ maledicentissimi, ⁵ nescio, quo modo, in il-
² lo uno laudando consenserunt. Nam ea, quae
 supra diximus, de eo praedicarunt, atque hoc am-
 plius, cum Athenis ⁶ splendidissima civitate na-
 tus esset, omnes Athenienses ⁷ splendore ac digni-
³ tate vitae superasse: postquam inde expulsus
 Thebas venerit, adeo ⁸ studiis eorum inservisse,
 ut nemo eum labore corporisque viribus posset
⁹ aequiparare, omnes enim ¹⁰ Boeotii, magis firmi-
 tati corporis, quam ¹¹ ingenii acumini inserviunt.

rum rebus. C. Alius fuit *Timaeus*, cui Plato opus suum
 de rerum creatione inscripsit. ⁴ maledicentissimi) De
 Theopompo Lucianus sub finem libri, *Quomodo histo-*
ria scribenda, iudicat, eum accusare potius quam nar-
 rare facta. De Timaeo Polybius 12, 6. manifeste ipsum
 plus quam decet propter iunatam acerbitatem in ca-
 lumnias excurrere. C. Vid. Voss. de Hist. Gr. 1, 7. & 12,
⁵ nescio quomodo) admirandi formula, qua autor exag-
 gerat consensum trium Historicorum. ⁶ splendidissima)
amplissimam vocat supra c. 1. 2. ⁷ splendore ac dignitate)
 ornatu, elegantia, magnificentia. Sed praeter splen-
 didum victum & cultum in eo etiam studia Atheniensi-
 um consistebant, ut litteris animum excolerent. ⁸ stu-
diis inservisse) mores ac consuetudines Thebanorum eum
 secutum atque imitatum esse. Cic. de Fato c. 4. *Coe-*
lum crassum Thebis, itaque pingues Thebani & valentes.
⁹ aequiparare) aequare, conf. supra 2, 6, 1. ¹⁰ Boeotii
firmitati corporis) Diodorus 15, 87. *Thebani firmitati*
corporis praecellentes. C. Boeotios *παρὰ τὴν Βοιωτίαν* ali-
 denominatos volunt, qui ad septentrionem Atticae
 plus operae impendunt in acquirendo corporis robore
 quam in scientiae & sagacitatis laude. Hinc & stulti-
 dios qui sunt, *Boeotii* vocantur. v. Horat. 2. c. 1, 244.
¹¹ ingenii acumini) ingenio acuendo & perpoliando.

Eundem apud Lacedaemonios, quorum moribus 4
 summa virtus ¹² in patientia ¹³ ponebatur, sic ¹⁴ du-
 ritiae se dedisse, ut parsimonia ¹⁵ victus atque cul-
 tus omnis Lacedaemonios vincere, fuisse apud
¹⁶ Thracas, homines vinolentos, ¹⁷ rebusque Vene-
 reis deditos; hos quoque ¹⁸ in his rebus antecessisse:
 venisse ad Persas, apud quos summa laus esset 5
¹⁹ fortiter venari, luxuriose vivere; horum sit
 imitatum consuetudinem, ut illi ipsi eum in his
 maxime admirarentur. ²⁰ Quibus rebus effecisse, 6

12 in patientia) Spartanorum duritiam & laboris
 patientiam laudat Iustinus 3, 3. ex Lycurgi instituto. C.
 Adde Horat. 13 ponebatur) constituebatur. Sic mox
 n. 6. princeps poneretur i. e. primarius haberetur, con-
 stitueretur. 14 duritiae se dedisse) duram & austeram
 vitam instituisse. Aliqui legunt duritiei. Plaut. Most.
 I, 2, 75. parsimonia & duritia disciplinae 15 victus atque
 cultus) alimentorum & vestimentorum totiusque ex-
 terni apparatus. 16 Thracas, homines vinolentos) Vio-
 lentiam Thracum perstringit Horatius od. 27. pr. &
 36. v. 14. C. 17 rebus veneris) i. e. libidini & impu-
 dicitiae, quae comes est intemperantiae. De iisdem
 Thracibus Ovid. Met. 6. v. 459. pronumque genus regio-
 nibus illis in Venerem est. 18 in his rebus) in turpibus
 illis Thracum vitiis. 19 fortiter venari, luxuriose vi-
 vere) Quam effusi in venationem orientales, vel ex
 eo manifestum est, quod Parthorum rex Vonones
 raro venatu populares suos ad rebellionem irritavit.
 Tacit. A. 2, 2. De luxuria gentis pleni sunt libri. C.
 Horat. I. od. ult. Persicos odi puer apparatus. 20 quibus
 rebus &c.) nimirum cum tam dissimili esset natura, &
 tam flexibile & versatile haberet ingenium, ut tam
 diversis gentium moribus se posset accommodare, ho-
 norem & amorem apud omnes paravit sibi.

ut apud quoscunque esset, princeps poneretur, habereturque carissimus. Sed ²¹ satis de hoc: reliquos ordiamur.

VIII.

THRASYBULUS.

ARGUMENTVM.

1. Thrasybulus virtute magis, quam fortuna clarus, patriam a triginta tyrannis liberavit, quod factum ipsius proprium est: cetera belli Peloponnesii cum militibus communia.
2. Primum cum XXX sociis Phylem confugit: despectus ob paucitatem Munychiam munivit, eamque his tyranni oppugnant. In proeliis parit civibus: cecidit Critias.
3. Opem fert Pausanias, qui pacem facit inter oppidanos & Thrasybulum. Hic legem fert oblivionis: 4. donatur corona olivae, qua non aliter, ac Pittacus, agello modico, contentus fuit. In Cilicia a barbaris negligentia custodum interficitur.

Thrasybulus, Lyci filius, Atheniensis. Si ¹ per se virtus sine fortuna ² ponderanda sit ³ dubito, an hunc primum omnium ⁴ ponam. ⁵ Illi sine dubio neminem praefero fide, constantia, ⁶ magnitudine animi, in patriam amore. nam quod

²¹ satis de hoc) sc. exposuimus. Praecisionis haec est formula.

Cap. I. 1 per se virtus &c.) sola absque ullis externis fortunae adminiculis. Magnos homines virtute metimur, non fortuna, inquit Nepos 18. 1, 1: ubi vide. 2 ponderanda) examinanda & aestimanda. proprie ponderare est librare. 3 dubito, an hunc primum ponam) dubito an, id est; dubito annon, sive nescio an. C. Mox n. 3. nescio pro dubito existat. 4 ponam) constituam, putem. 5 Illi sine dubio &c.) Nonnulli ⁶ multi

6 multi voluerunt, pauci potuerunt, ab uno ty-
 rauno patriam liberare, 7 huic contigit, ut 8 a tri-
 ginta oppressam tyrannis ex servitute in liberta-
 tem. 9 vindicaret. Sed 10 nescio quo modo, cum eum 3
 nemo anteiret his virtutibus, multi 11 nobilitate
 12 praecurrerunt. Primum Peloponnesio bello 13
 multa hic sine Alcibiade gessit, 14 ille nullam rem

legunt, *Illud sine dubio* (scil. est, quod virtus per se con-
 sideranda sit) *neminem huic praefero* &c. q. d. propte-
 rea virtute clarum Thrasybulo antefero neminem.
 6 *multi voluerunt*) sc. efficere; non quidem Athenis,
 sed vel Romae vel alibi locorum. 7 *huic contigit*) sin-
 gulari fato & virtute. Sic Vellei. 2, 61, 3; & c. 124, 2.
 8 *a triginta tyrannis*) triginta, quos imposuerat Lysan-
 der post proelium ad Aegos flumen. Athenienses
 quidem erant, sed malae in patriam fidei. Diodor. 14,
 3 & 4. C. 9 *vindicaret*) derivatur hoc verbum a *vin-*
dicta, quod notat virgam, qua praetor servi manumit-
 tendi caput feriebat. Loon de manumissione serv. 1,
 3, 1. conf. Cellarius ad Plinii epist. 7, 16, 4. Ergo in liber-
 tatem vindicare, est liberare, *zur freyheit verhelffen*. 10 *ne-*
scio quo modo &c.) Autor dubitat & prae admiratione
 incertus est, qua ratione tot alii virtute multo inferio-
 res maiorem famam & maius decus sint consecuti.
 11 *nobilitate*) claritate & celebritate nominis. 12 *prae-*
curreunt) *superarunt*, *sie haben es ihm zuvor gethan*.
 Nic. Courtinus recipit & praefert *praecurrerunt*. Sic
 & Plautus Merc. 1, 2, 110. & alia composita geminatio-
 nem retinent. v. Voss. de Analog. 3, 19; & Bangii Ob-
 serv. Philol. I. p 597. Ceterum in verbis *anteo* & *prae-*
curro translatio a certantibus cursu in stadio. Valer.
 Max. 6, 9, 13 *casus acerbitate aliquem praecurrere*. 13 *mul-*
ta hic sine Alcibiade) dum in exilio fuit Alcibiades. C.
 14 *ille nullam rem sine hoc*) i. e. Alcibiades nihil sine
 Thrasybulo gessit, similiter locutus Cic. pro Murena c. 9.

sine hoc: ¹⁵ quae ille universa naturali quodam bono fecit lucri. Sed illa tamen omnia ¹⁶ communia imperatoribus cum militibus & fortuna: quod in proelii concursu ¹⁷ abit res a consilio ad vires, ¹⁸ vimque pugnantium. Itaque ¹⁹ iure suo nonnulla ab imperatore miles, plurima vero fortuna ²⁰ vindicat, ²¹ seque hic plus valuisse, quam ducis prudentiam, vere potest praedicare. Quare illud magnificentissimum ²² factum proprium est Thrasybuli. Nam cum triginta tyranni, prae-

Curt. 7, 2, 33. ¹⁵ quae ille - - fecit lucri) sensus est: quae gesta universa, huius sine Alcibiade, & illius non sine sed cum Thrasybulo idem ille Alcibiades naturali quadam dexteritate lucrificavit, adeoque alteri debita sibi soli vindicavit, & adeptus est. Ter. Eun. 3, 1, 9. *Labore alieno magno partam gloriam verbis saepe in se transmovet, qui habet salem.* ¹⁶ communia imperatoribus cum militibus) Eadem habet Cicero pro Marcello c. 2. C. Adde Curt. 8, 1, 29. ¹⁷ abit res a consilio ad vires) primo deliberatur, deinde pugnatur, exitus dependet potissimum a fortuna. ¹⁸ vimque) quia vires praecedit, ne tautologia videatur, alii legunt *virtutemque*, alii *undique*, alii *cuiusque*, alii *vires in vices mutant*: sed nihil vetat *vires corporis & vim ferri atque armorum* intelligere. Courtinus vocem de *vi animorum* accipit. ¹⁹ iure suo) i. e. merito, uti par est, *gehöriger massen*. ²⁰ vindicat) sibi attribuit, adscribit: *barbare hodie per multi scribunt vendicat*, quod etiam reprehendit C. in *Antibarb.* c. 1. p. 100. ²¹ seque &c.) scil. fortunam, de qua Cicero l. c. *quidquid est prospere gestum, id patne omne ducit suum.* conf. Lipsi *Polit.* 5, 5, 7; & 5, 16, 5. ²² factum proprium est Thrasybuli) oppugnatio & expulsio tyrannorum ei unice competit, communis cum

positi ²³ a Lacedaemoniis servitute oppressas tene-
rent Athenas, plurimos cives, ²⁴ quibus in bello
pepercerat fortuna, partim ²⁵ patria expulissent,
partim interfecissent, plurimorum ²⁶ bona publi-
cata inter se divisissent, non solum ²⁷ princeps, sed
& solus initio bellum his indixit.

Hic enim cum ¹ Phylen confugisset, quod est II.
castellum in Attica munitissimum, non plus ha-
buit secum, quam ² triginta de suis. Hoc initium
fuit salutis ³ Atticorum, hoc robur libertatis
⁴ clarissimae civitatis. ⁵ Neque vero hic non con-²

aliis non est. ²³ a Lacedaemoniis) non ipsi quidem La-
cedaemonii, sed ex Atheniensibus electi crudelissime
imperabant. ²⁴ quibus in bello pepercerat fortuna) quos
fecerat superstites. in MS. est *parserat*. Contrarium
Cicero c. l. ita expressit: *quos vis Martis perculit*. C.
²⁵ patria expulissent) quos inter etiam Thrasybulus exui
patria carebat. v. Iustin. 5, 8 & 9. ²⁶ bona publicata)
conf. 7, 4, 5. Tyrannis hisce opibus fulcienda erat.
²⁷ princeps) i. e. primus praecipuus autor, *audendum*
aliquid pro patria & pro salute communi: etiam cum pe-
riculo, ratus. Iustin. 5, 9, 6.

Cap. II. ¹ Phylen confugisset) Iustin. l. c. *castellum*
Atticorum finium. Recte *finium*, erat enim ad Boeotiae
limitem, centum ab Asty stadiis. Diodor. 14, 33. C.
² triginta de suis) Xenoph. lib. 2. Rer. Graec. pag. 276.
σὺν ἑβδομήκοντα. C. ³ Atticorum) Bosius ex uno
MS. habet *Actaeorum*, eodem sensu. *Acte* enim anti-
quum Atticae nomen, Scholiastes Dionysii Perieg. ad
v. 423. p. 70. *ἐκλήθη πάλαι ποτὲ καὶ Ἀκτὴ καὶ Ἀττικὴ*.
Eadem Byzantius Stephanus, *Ἀκτὴ ἕως ἢ Ἀττικὴ ἑκα-*
λεῖτο. C. ⁴ clarissimae civ.) Athenarum. ⁵ neque non)
Hae duae negationes affirmant i. e. *utique contemptus*
est ut homo conditionis miserae.

temptus est primo a tyrannis, atque ⁶ eius solitudo: ⁷ quae quidem res & illis contemnentibus, perniciosa; & huic despecto saluti fuit. ⁸ haec enim ⁹ illos ad persequendum segnes, ¹⁰ hos autem tempore ¹¹ ad comparandum dato fecit robustiores. ³ Quo magis ¹² praeceptum illud ¹³ omnium in animis esse debet, ¹⁴ Nihil in bello oportere contemni. nec sine causa dici: ¹⁵ Matrem timidi ⁴ di flere non solere. Neque tamen ¹⁶ pro opinio-

⁶ eius solitudo) i. e. paucitas & infrequentia sociorum vires coniungentium. Sic solitudo ap. Ter. Andr. 2, 2, 25; Tac. A. 11, 23, 5. ⁷ quae res - - saluti fuit) qui quidem contemptus & tyrannis, qui contemnebant, exitium, & Thrasybulo, qui contemnebatur, salutem attulit. ⁸ haec) scil. res in contemptu consistens. ⁹ illos ad pers. segnes) tyrannos fecit negligentiores & tardiores, quominus inquirerent in exules. ¹⁰ hos fecit robustiores) sc. Thrasybulum & eius socios. Curt. 6, 3, 11. Hostem si spreveris, valentiorum negligentia facies. ¹¹ ad comparandum) i. e. ut compararent necessaria ad subvertendos tyrannos. Absolute sic loquitur aliquoties Livius. v. Gronov. ibi ad 38, 12: & 36, 2. ¹² praeceptum illud) monitum verberbium. ¹³ omnium in animis esse) ab omnibus & praecipue bellantibus diligentissime observari. ¹⁴ Nihil in bello op. cont.) Curt. 7, 8, 14: Nihil tam firmum, cui periculum non sit etiam ab invalido. C. ¹⁵ Matrem timidi) Timidus non est ignavus, sed cautus, circumspiciens pericula, nihil contemnens. Hic enim matri suae non facile luctum affert. Rem confirmat Aristoteles Rhet. 2, 5. ὁ φόβος βελοντικὸς ποιῆι: vocis notionem Cicero pro Mil. c. 35. timidus & omnia circumspicientibus pericula. C. conf. Erasmi. Chil. de isto proverbio. ¹⁶ pro opinione Thrasybuli) ut ipse speraverat.

ne Thrasybuli ¹⁷ auctae sunt opes: nam iam tum
¹⁸ illis temporibus fortius, boni pro libertate lo-
 quebantur, quam pugnabant. Hinc in ¹⁹ Piraeum
 transiit ²⁰ Munychiamque munivit. Hanc bis ty- 5
 ranai oppugnare ²¹ sunt adorti: ab eaque turpi-
 ter repulsi, protinus in ²² urbem armis ²³ impedi-
 mentisque amissis refugerunt. Usus est Thrasy- 6
 bulus non minus prudentia, quam fortitudine.
 nam ²⁴ cedentes violari vetuit, cives enim ²⁵ ci-
 vibus parcere aequum censebat, neque quisquam
 est vulneratus, nisi qui prior ²⁶ impugnare vo-

17 auctae sunt opes) crevere vires & subsidia. 18 illis
 temporibus) q. d. non secus ac nostris. Videtur enim
 Nepos respicere sua tempora, quibus Romani verbis
 magis quam facto resistebant Caesaris aliorumque ar-
 rogantiae. v. Cic. ad Att. 14, 6. & 15. 19 Piraeum)
 portum Atheniensem. 20 Munychiam) collem, penin-
 sulae forma, iuxta Piraeum portum. Strabo 9. p. 272.
 Ἰσθμὸς ἔστι τῆς Μουνυχίας χερσονήσου. C. 21 urbem) conati
 sunt, illum locum munitum armis aggredi. 22 ur-
 bem) Ahenarum, quam Munychia cum Piraeo duo-
 busque aliis portibus per murum 40 stadiis longum
 coniungit. 23 impedimentis) sarcinis, instrumentis,
 curribus, quibus bello necessaria vehuntur, die bagage,
 dicuntur impedimenta, quia non adeo expedite trans-
 ferri possunt, vel etiam milites saepe numero impe-
 diunt. 24 cedentes viol. vetuit) fugientibus & nolenti-
 bus resistere vim inferre prohibuit, ne videretur ci-
 ves opprimere velle, ad quos liberandos venisset.
 25 civibus parcere) Sic Caesar victo Pompeio suos com-
 pellasse dicitur: parce civibus. Dei hac ex parte vo-
 luntatem cognosce ex Deut. 2. v. 4 & 9; & 2 Sam. 2.
 v. 26 sq. quanto maius dedecus est, hodie Christianos
 omni exuta humanitate saevire in sua viscera. 26 im-
 pugnare) ferro uti, vim adhibere.

luit,

uit. ²⁷ neminem iacentem veste spoliavit: ²⁸ nil attigit, nisi arma, quorum indigebat, & quae ad ⁷ victum pertinebant. In secundo proelio ²⁹ cecidit Critias dux tyrannorum, cum quidem ³⁰ ex adversus Thrasybulum ³¹ fortissime pugnaret.

III. ¹ Hoc deiecto ² Pausanias venit Atticis auxilio, ³ rex Lacedaemoniorum. Is inter Thrasybulum, & eos, ⁴ qui urbem tenebant, ⁵ fecit pacem, his conditionibus: ⁶ ne qui praeter trigin-

²⁷ nem. iac. veste spoliavit) nullum in acie caesum exuendum aut spoliandum censuit. ²⁸ nil attigit) i. e. aliena non attingere, sed restituere iussit. ²⁹ cecidit Critias) & simul periit Hippomachus, ut Xenophon vocat qui ap. Justin. l. c. est Hippolochus. ³⁰ ex adversus) quod est in MSS. idem significans ac contra, v. supra 2, 3, 4. ³¹ fortiss. pugnaret) ideoque pulcherrima mors esset, si pro patria sic concidisset, uti Florus 4, 1, 12. de Catilina fortiter occumbente iudicat.

Cap. III. ¹ Hoc deiecto) Critia a gradu & vita sua deiecto, h. e. occiso, ut pacis victima; Justin. 5, 10, 9. ² Pausanias) Lysander prius opem tulit decem praetoribus in locum XXX. tyrannorum suffectis: cui invidens gloriam rex Spartanorum Pausanias, & ipse cum exercitu successit, pacemque conciliavit. Diodor. 14, 34. & Xenoph. 2 Graec. p. 276. C. ³ rex) qui tempore belli ducebat exercitum. ⁴ qui urbem tenebant) illi erant Athenienses cives, sub potestate quidem tyrannorum, non autem cuncta illorum probantes; oppositi iam Thrasybulianis, qui Piraeum & Munchiam tenebant. C. ⁵ fecit pacem) non misericordia exulis populi, ut Iustinus ait 5, 10, 7; Sed quod Spartanam male inter Graecos audire intelligeret, ut Diodorus & Xenophon tradunt. ⁶ ne qui) ne aliqui civium.

ta tyrannos, ⁷ & decem, qui postea praetores creati
⁸ superioris more crudelitatis erant usi, ⁹ afficeren-
 tur exsilio: neve bona publicarentur: ¹⁰ reipubli-
 cae procuratio populo redderetur. ¹¹ Praeclarum ²
 hoc quoque Thrasybuli, quod ¹² reconciliata pace,
 cum ¹³ plurimum in civitate posset, legem tulit:
 ne quis ¹⁴ antea actarum rerum accusaretur neve
 multaretur: eamque illi ¹⁵ legem oblivionis appel-
 larunt. neque vero hanc tantum ferendam cu-
 ravit, sed etiam ¹⁶ ut valeret, effecit. nam cum qui-

⁷ decem praet. creati) cum Thrasybulus Piraeum oc-
 cupasset, indiesque augetur numero, oppidani, ty-
 rannis triginta magistratu abdicatis, decem quasi di-
 ctatores (ἀντοκρατορας) crearunt, i. e. elegerunt, qui
 pactis & conditionibus bellum dirimerent. Hi vero
 vestigia tyrannorum secuti, abiecta pacis cura, Lysan-
 drum Lacedaemone accersunt, quem invidia ductus
 secutus est rex Pausanias. Diodor. 14, 43. C. 8 sup.
 more crudel. usi) tyrannorum exemplum secuti ea, quae
 sanare debebant, magis exulceraverant. ⁹ afficeren-
 tur exilio) Eleusina migrare iussi. Iustin. l. c. ¹⁰ reip.
 procuratio pop. redd.) adeoque esset iterum status de-
 mocraticus. ¹¹ praecclarum) sc. factum fuit. ¹² recon-
 ciliata pace) finito bello civili & reducta concordia.
¹³ plurimum posset) sc. efficere, als er das meiste konte aus-
 richten. ¹⁴ antea actarum rerum) sc. crimine. Ne qua dis-
 sensio ex ante actis nasceretur, ut habet Iust. 5, 10, 11. Xe-
 nophon extremo lib. 2. rer. Graec. hoc breviter expressit.
 μή μνησικακήσαι. ¹⁵ legem oblivionis) Plutarchus παραγ-
 γιλμ. πολιν. p. 814. vocat τὸ ψήφισμα τὸ τῆς ἀμνησίας.
 C. Adde Cic. Phil. 1, 1; Val. Maxim. 4, 1. ext. 4. I. Caes.
 B. C. 7, 34; Tac. H. 4, 44, 1; Vellei. 2, 58, 4. ¹⁶ ut
 valeret) ut legis latae observantia esset, quae veluti ani-
 ma eius est & fructus. Cic. post redit. c. 5. Lex Aelia &
 dam

dam ex his, qui simul cum eo in exilio fuerant, ¹⁷ caedem facere eorum vellent, cum quibus ¹⁸ in gratiam reditum erat, publice prohibuit: & id, ¹⁹ quod pollicitus erat, praestitit.

IV. Huic pro tantis meritis, ¹ honoris corona a populo data est, facta ² e duabus virgulis oleaginis, quae, quod amor civium, non vis expresserat, nullam habuit invidiam, magnaue fuit gloria. Bene ergo ³ Pittacus ille, qui ⁴ septem sapientum numero est habitus, cum ei ⁵ Mitylenaei ⁶ multa mil-

Fusia ne valeret i. e. ratae essent. 17 caedem facere eorum) eos ad supplicium ducere & trucidare. 18 in gratiam reditum erat) pacificationis communio esse debebat. 19 pollicitus erat) nempe pacem, quietem, libertatem, impunitatem & iniuriarum oblivionem.

Cap. IV. *1 honoris corona data est) i. e. honoris ergo, propter dignitatem virtute & victoria parram. Corona donabatur, quisquis de rep. bene meritus erat in magna populi frequentia, adiuncto praeconis elogio. 2 e duabus virgulis oleag.) ob pacem restitutam. Nam qui vel pacem poscebant vel pacis autores erant, olivae frondibus coronabantur. v. Virg. Aen. 7, 154; & 8, 116; & Paschal. de Coronis 6, 9. & 16. 3 Pittacus) Mitylenaeus, Philosophus, cui ipsi cives suffragiis suis tyrannidem in bello cum Atheniensibus obtulerant, iustitia hominis confisi. Valer. Maxim. 6, 5, 1. C. 4 septem sapientum) quorum nomina sunt; Thales, Solon, Chilo, Pittacus, Bias, Cleobulus, Periander. 5 Mitylenaei) Mitylene clarissima urbs insulae Lesbi. v. Tab. II. 6 multa millia ingerum agri) agri bello illo acquisiti, cuius dimidiam partem offerebant. Erat autem bellum de Sigaeo, ut Valerius ait c. l. sive ut Diogenes Laertius vita Pittaci, πρὸς τῆς Ἀχιλλείδος χάριτας. C.*

a iugerum agri ⁷ muneri darent. Nolite, rogo
 os, inquit, mihi dare, quod multi inuideant, plu-
 res etiam concupiscant. quare ex istis ⁸ nolo am-
 plius, quam centum iugera, quae & meam animi
⁹ aequitatem & vestram ¹⁰ voluntatem indicent.
 Nam parva munera, diutina: ¹¹ locupletia, non
 propria esse consueverunt. Illa igitur ¹² corona ³
 contentus Thrasybulus, neque amplius ¹³ requi-
 sivit, neque ¹⁴ quemquam honore se antecessisse
 existimavit. Hic sequenti tempore, cum praetor ⁴
 classem ¹⁵ ad Ciliciam appulisset, neque satis dili-

⁷ muneri darent) quandoquidem ille ex Lesbo insula
 Melanchrum tyrannum eiecerat, & Phrynonem ho-
 stium ducem in singulari certamine reti iniecto im-
 plicitum superaverat. ⁸ nolo amplius) Valerius ait
 avertisse animum ab eo munere: Diogenes, agrum illum
 sacrasse, *ἱερὰν ἀνέχευ*; Plutarchus cit. lib. p. 820. tan-
 tum accepisse quantum emisso telo finiverit. C. ⁹ ae-
 quitatem) quae circa mediocria versatur & homines
 paucis contentos esse finit. v. Sen. de Tranqu. an. c. 8.
 & 9. Horat. od. 4, 9; & epist. 1, 10. Colum. de R. R. 1. 3.
¹⁰ voluntatem) sc. gratam & benignam. ¹¹ locupletia
 non propria esse consu.) opulenta munera ob multo ma-
 iorem invidiam incerta & lubrica esse solent. ¹² co-
 rona contentus) licet esset exiguum praemium pro in-
 gentibus meritis. ¹³ requisivit) postulavit, desidera-
 vit. *Minima cupidine minimum in vita mali expertus*, ut
 Agellius Psophidius apud Plinium 7, 46. ¹⁴ quem-
 quam - - antecessisse) Sensus, quem duo accusativi du-
 bium reddunt, is est, quod quisquam alius se Thra-
 sybulum ob honorem collatum antecesserit. ¹⁵ ad Ci-
 liciam appulisset) ad Eurymedonta Pamphylicae, ab
 Aspendiis oppressus. Xenophon sub fin. 4. rer. Graec.
ἀρνεύμενος Ἀσπένδου ἀπέπλετο πρὸς τὸν ἑὸν ποταμὸν
Εὐρυμέδοντα.

genter

genter in castris eius agerentur ¹⁶ vigiliae a barb-
ris ex oppido noctu ¹⁷ eruptione facta, in tabern-
culo interfectus est.

IX.

CONON.

ARGUMENTVM.

2. Conon Peloponnesio bello exercitus rexit, & insulis prae-
fuit, absens, cum Athenienses ad Aegos flumen vinceren-
tur. 2. Afflictis patriae rebus, ad Pharnabazum se contu-
lit, eique operam contra Spartanos commodavit. 3. Mis-
sus ad regem, ut Tissaphernem accusaret, suadente
Tithrauste, per litteras egit, quod nollet adorare. 4. Bel-
lo contra Spartanos una cum Pharnabazo praeficitur: illi
timent sibi a tanto duce: vincuntur ad Cnidum: Graecia
liberatur, & muri Athenarum reficiuntur. 5. Tandem
Ioniam & Aeoliam Atheniensibus restitutus proicitur,
ad Tiribazum evocatur, in vincula coniicitur, quae ta-
men creditur effugisse.

I. ¹ Conon Atheniensis Peloponnesio bello ² ac-
cessit ad rempublicam, ³ in eoque ⁴ eius ope-

Aspendii ad iram concitati, noctu in tabernaculo trucidati
verunt. 16 vigiliae) custodiae nocturnae. De simili
clade ex neglectis vigiliis orta v. Tacit. A. 1, 50, 5.
17 eruptione facta) Aspendii ex urbe erumpentibus.
Sic Caes. B. G. 5, 49; Flor. 3, 20, 14.

Cap. I. 1 Conon) Timothei, non Samii, sed Athe-
niensis filius. 2 accessit ad remp.) factus est membrum
magistratus in republica Atheniensium. 3 in eoque)
scil. bello. Particula quae hoc loco non statim prae-

magni fuit. nam & praetor ⁵ pedestribus exer-
 praefuit, & ⁶ praefectus classis res magnas
 gessit. Quas ob causas praecipuus ei ⁷ honos
 us est, namque omnibus ⁸ unus insulis prae-
 in qua potestate ⁹ Pheras cepit, coloniam

politioni, sed sequenti voci eleganter annectitur. Sic
 oster 5, 1, 1. ob eamque causam. conf. 20, 1, 1; & Cic.
 Off. 1, 39. 4 eius opera magna fuit) eadem locutio in-
 ra 14, 1, 4. Tamen sunt, qui ita mutarunt: In eoque
 us opere magnus fuit. Sed inter verba aestimandi etiam
 um, est, & magni esse idem est ac magni aestimari. Sic
 magni apud aliquem esse, Cicero dixit fam. 13, 72. Si el-
 liptice sumas, idem est ac magni pretii fuit. 5 pedestri-
 bus exercitibus) qui & equitatum comprehendunt. Vide
 Alcibiad. cap. 8, 2. C. 6 praefectus classis) als commandi-
 vender Admiral. 7 honos habitus) exhibitus vel oblatus
 per functiones & imperia eidem commissa. 8 unus
 (i. e. solus) insulis praefuit) id non nisi de illo tempore
 accipi potest, quo victis demum ad Cnidum Lacedae-
 moniis classi regis Persarum praefectus omnes insulas
 a Lacedaemoniis avertisse dicitur. 9 Pheras cepit) non
 Pheras Thessaliae, quas nemo coloniam Lacedaemo-
 niorum dixit: sed Pheras Messeniae, ad sinum Messenia-
 cum, prope Laconiae confinium. Strabo 8. p. 253. Φερῶν
 τῆς Μεσσηνίας εἰσίν, & Ptolomaeus 3, 16. Φερῶν ἐν τῷ
 Μεσσηνιακῷ κόλπῳ; Pherae ad sinum Messeniaticum, quas
 illius penultimum oppidum, Laconiam versus, consti-
 tuit Stephanus Byzantius, Φερῶν πόλις Μεσσηνίας. Plin.
 4, 5. in Laconia ponit, quia Augustus eo transcripserat
 teste Pausania Messen. p. 140. Confirmat Xenophon. 4.
 Graecor. f. 314. de Conone, Persicae iam classis praefe-
 cto, tradens, per insulas in Melum navigavit: ut inde La-
 coniam invaderet, καταπλεύσας δὲ πρῶτον εἰς Φεράς,
 principia Pheras delatus, ea regione vastata in Cythe-
 ream transmisit, non ergo opus est, ut contra MSS.
 Lace-

- 2 Lacedaemoniorum. Fuit etiam ¹⁰ extremo loponnesio bello praetor, cum apud ¹¹ Aegomen copiae Atheniensium ¹² a Lyfandro ¹³ devictae. Sed tum ¹⁴ abfuit, eoque peius ¹⁵ administrata est, nam & ¹⁶ prudens rei militaris, & ¹⁷ diligens erat imperator. Itaque ¹⁸ nemini erat his temporibus dubium, si adfuisset, illam Athenienses calamitatem accepturos non fuisse.
- II. ¹ Rebus autem afflictis cum patriam obsideri audisset, non quaesivit, ubi ipse ² tuto viveret, sed

fidem *Theram* cum Meursio legamus, aut *Pheras* cum Courtino quaeramus in Creta insula. v. Tab. II. ¹⁰ extremo bello) i. e. in fine belli. ¹¹ Aegor) flumen Chersonesi Tauricae, ¹² a Lyfandro) Lacedaemoniorum duce v. supra 6, 1, 2; & 7, 8, 9. ¹³ devictae) adeo victae ut nullam unquam graviorem cladem, nullasque vires ad resurgendum habuerint. ¹⁴ abfuit) immo aderat; praevidebat adventantem hostem, suosque hortatus est, ut arma caperent. Cum vero nihil efficeret, paucis navibus (octo, Plutarchus; novem, Xenophon habet) in Cyprum aufugit, *Plutarch. Lyfandro p. 438 seq. Xenoph. 2. Graecor. p. 268. C. ¹⁵ administrata est) gesta est per praetores reliquos & maxime Philoclem, de quo in Alcibiade c. 8. ¹⁶ prudens) gnarus, peritus artis bellicae. ¹⁷ diligens imperator) qui partes ducis strenue implebat, alii: *diligens imperii*; sicuti apud Tac. H. 2, 43, 6. *strenuus militiae*. ¹⁸ nemini erat dubium) i. e. omnes firmiter erant persuasi.*

Cap. II. ¹ Rebus afflictis) in statu rerum misero & calamitoso. Iustin. 4, 5, 2. *dum res quamvis afflictae, nondum tamen perditae forent.* ² tuto) i. e. in tuto loco. Eodem plane modo Tullius Attico suo 8, 1. *ei statim rescripsi, non me quaerere, ubi tutissimo essem, quam lectionem Sospater Charisius lib. 2. pag. 173. confirmat. C.*

unde

unde ³ praesidio posset esse civibus suis. Itaque contulit se ⁴ ad Pharnabazum, satrapen Ioniae & Lydiae, ⁵ eundemque ⁶ generum regis & propinquum; apud quem ut multum gratia valeret, multo labore multisque effecit periculis. Nam ² cum Lacedaemonii Atheniensibus devictis in societate non manerent, quam cum ⁷ Artaxerxe fecerant, ⁸ Agesilaumque ⁹ bellatum misissent in Asiam, maxime ¹⁰ impulsu a Tissapherne, ¹¹ qui ex intimis regis ab amicitia eius defecerat, & cum Lacedaemoniis ¹² coierat societatem: ¹³ hunc adversus Pharnabazus habitus est imperator: ¹⁴ re

³ praesidio esse) succurrere atque opem ferre. Sic patriae deesse, quoad vita suppetat, Camillo nefas est, ad Liv. 7, 51. ⁴ ad Pharnabazum) per eum regi adiutor & dux navalis futurus patriae causa in bello contra Lacedaemonios. v. Iustin. 6, 1, 7. ⁵ eundemque) emphatice & eleganter inseritur quod omitti poterat. ⁶ generum regis) duxerat Apamam unam ex filiabus Xerxis. Plut. in Artaxerxe. ⁷ cum Artaxerxe fecerant) Mnemone, Cyri fratre. C. ⁸ Agesilaumque) vitam habuit. Plutarch. in Agesilao. C. 17. ⁹ bellatum) ut bellaret, vel bellandi causa. ¹⁰ impulsu) eo inducti, permoti, instigati, & quidem a Tissapherne, cui postea regis iussu caput abscissum est. ¹¹ qui ex intimis regis defecerat) nisi haec criminatio & calumnia Pharnabazi est. Iustinus 6, 1, 4. Hanc rem Pharnabazus apud communem regem criminatur: Oroerant peritus pag 286. Pharnabazus ὑπεφθόνησεν τῷ Τισσαφέρνη: Diodorus 14, 27. Artaxerxes Tissaphernem διατέλει πιστότατον ἔχων τὸν φίλον. C. ¹² coierat societatem) modo dixerat autor: societatem cum Artaxerxe fecerant. ¹³ hunc adversus) per anastrophem pro adversus hunc. ¹⁴ re quidem vera) hoc Quidem est autem, ut in Cornel. Nep. G quidem

quidem vera exercitui praefuit Conon, ¹⁵ eiusque
³ omnia arbitrio gesta sunt. Hic ¹⁶ multum ¹⁷ ducem
 summum Agesilaum impedivit, saepeque
 eius consiliis obstitit. ¹⁸ neque vero non fuit apertum,
¹⁹ si ille non fuisset, Agesilaum ²⁰ Asiam Taurum
⁴ ro tenuis regi fuisse erepturum. ²¹ Qui postquam
 quam domum a suis civibus revocatus est, quod
 Boeotii & Athenienses ²² Lacedaemoniis bellum

nibile c. 2. n. 6. cum quidem bellum parabis idem valet
 quod cum autem. Cicero pro M. Marc. c. 9. vagabitur
 nomen longe lateque: sedem quidem stabilem & domicili-
 um certum non habebit. Adde Perizon. ad Minerv. Sancti
 p. 375. C. Re autem vera dicitur infra 17, 2, 3. Con-
 iunctim extat revera 18, 1, 5; atque idem est ac re ipsa
 quidem 19, 3, 3. ¹⁵ eiusque arbitrio &c.) summum im-
 perium habuit Conon. ¹⁶ multum impedivit) i. e. ma-
 tis modis & multis in locis retardavit & repressit.
¹⁷ ducem summum) sc. Lacedaemoniorum. ¹⁸ neque
 non fuit apertum) i. e. manifestum fuit & certum satis
¹⁹ si ille non fuisset) pro nisi Conon fuisset, vel si ille eius-
 que opera defuisset. ²⁰ Asiam Taurum tenuis) i. e. usque
 ad Taurum; nempe Ioniam, Aeoliam, Cariam, Ly-
 ciam, Lydiam, Phrygiam & Pamphiliae partem. Haec
 enim regiones Romani in pacificatione cum Antio-
 cho Asiaticis cis Taurum vocant apud Livium 73, 45
 isque rex, ut Sex. Rufus ait c. 12. intra montem Taurum
 repugnare permissus est. Singulas provincias recensent
 Polybius Legat. Excerpt. 36. & Livius, Polybium pro
 more secutus, 38, 39. Taurus vero est mons Lyciae
 vid. Tab. III. ²¹ Qui) Agesilaus. ²² Boeotii & Atheni-
 uorum oratores in Graecia auro corrupendos regem
 Conon. Unde Agesilaus ioco dixit, se esse
³⁰ millibus sagittariorum. Nam in Asia
 & transmissis effigies sagittarii impressas

indixerant, Conon ²³ nihilo fecius apud praefectos regis versabatur, hisque omnibus ²⁴ maximo erat usui.

Defecerat a rege Tissaphernes, neque id tam III. Artaxerxi, quam ceteris, erat ¹ apertum. multis enim magnisque meritis apud regem, etiam ² cum in officio non maneret, ³ valebat. Neque id mirandum, si non facile ⁴ ad credendum inducebatur, reminiscens ⁵ eius se opera Cyrum fratrem superasse. ⁶ Huius accusandi gratia Conon a Pharnabazo ad regem missus, posteaquam venit, primum ex more Persarum ad ⁷ chiliarchum, qui secundum gradum imperii tenebat, ⁸ Tithraustem ac-

²³ *nihilo fecius*) nihilominus. Sic infra c. 3. n. 3; & Caes. B. C. 3, 26. ²⁴ *maximo erat usui*) officia praestabat utilissima.

Cap. III. ¹ *apertum*) cognitum, clarum, atque etiam creditu facile. ² *cum in officio non maneret*) cum ab obsequio suo & fide regi debita iam deficeret. ³ *valebat meritis*) i. e. propter merita magni aestimabatur. ⁴ *ad credendum*) ut crederet scelus perfidiae, cuius Tissaphernes incusabatur. Neque enim de bene merito temere sinistri aliquid suspicari licet. ⁵ *eius se opera Cyrum fratrem sup.*) Finito bello cum praemia suis Artaxerxes distribueret, iudicabat fortissimum omnium fuisse Tissaphernem. ⁶ *huius accusandi gratia*) Tissaphernem ut accusaret. ⁷ *chiliarchum*) praefectum mille militibus a χίλιοι mille & ἀρχων, princeps. Hic secundus a rege totius regiae curationem habebat, quemadmodum apud Romanos praefectus praetorii, & apud Francos olim *le maitre du palais*. ⁸ *Tithraustem*) Tithraustes antea chiliarchus & praefectus aulae: postea ἡγεμὼν, supremus dux belli factus Tissaphernis capiendi causa, Diodor. 14, 81. C.

cessit, seque ostendit cum rege colloqui velle.
 3⁹ nemo enim sine hoc admittitur, ¹⁰ huic ille, nul-
 li, inquit, mora est; sed tu delibera, utrum collo-
 qui malis, an per litteras agere, quae cogitas. necesse
 est enim, si in conspectum veneris ¹¹ venerari te
 regem, ¹² quod προσκυνεῖν illi vocant. hoc ¹³ si tibi
 grave est, per me nihilo secius ¹⁴ editis mandatis
 4 conficies, ¹⁵ quod studes. Tum Conon, ¹⁶ Enim-

9 nemo sine hoc admittitur) sine huius opera nemo
 ad regem accedere potest. 10 huic ille) Cononi Ti-
 thraustes inquit. 11 venerari te regem) humi procumbere,
 pronum fieri, adorationis causa, quam reges Persarum,
 ut dii, exigebant ab accedentibus. Curtius 5, 2. extr.
 procumbens venerari me saepe voluisti: & 10. procum-
 bentes humi, quem paullo post in vinculis habituri erant,
 sustinere venerari; & 6, 6, 3. iacere humi venerabundos
 pati coepit. C. 12 quod προσκυνεῖν illi vocant) Quinam
 vero sunt illi? Persae an Graeci? at Persae ante
 Macedonum invasionem Graece haud intelligebant:
 si Graeci, quocum Pronomen cohaeret? Porro cuius
 verba sunt, Tithraustis, an historici? Si Graeci scri-
 ptum esset, nihil dubii superforet. Plin. II, 37. (Hard-
 num. 54.) quos κορυβαυτιῶν Graeci dicunt. Sed mitto
 verba: rei exemplum addo ex Herodoto 7, 136. ubi
 Spartanorum legati ne vi quidem satellitum cogi pote-
 rant, ut Xerxem procumbentes venerarentur: ἅτι γὰρ
 σφι ἐν νόμῳ εἶναι ἀνθρώπων προσκυνεῖν, suae, dicentes,
 consuetudinis non esse hominem adorare. C. 13 grave est)
 molestum, adversum, wenn dir es zu viel ist, quia sub-
 missionem tam servilem dedignantur Graeci. 14 editis
 mandatis) expositis negotiis vel arcanis, durch commissi-
 on. 15 quod studes) scil. conficere vel exsequi, tum
 officiose offert hic minister suam operam. 16 enim
 vero) alii mihi vero. Plena humanitatis & politicae
 vero,

vero, inquit, non est grave; quemvis honorem habere regi; sed vereor, ¹⁷ ne civitati meae sit opprobrio, si cum ex ea sim profectus, quae ceteris gentibus imperare consueverit, ¹⁸ potius barbarorum quam illius more fungar. Itaque, quae volebat, ¹⁹ huic scripta tradidit.

¹ Quibus cognitis, rex tantum ² auctoritate **VI** eius motus est, ut ³ Tissaphernem hostem iudicaverit, & Lacedaemonios bello persequi iusserit, & ⁴ ei permiserit, quam vellet eligere ⁵ ad dispensandam pecuniam. Id ⁶ arbitrium Conon ne-

prudentialae est excusatio Cononis, qui pro sua persona se paratum fatetur ad quamvis submissionem; sed respectu civitatis suae morem alienum deprecatur. ¹⁷ ne civ. meae sit opprobrio) libero Atheniensium populo turpis & indigna videbatur talis adoratio. v. Val. Max. 6, 3, ext. 2; & de exemplo Ismeniae Aelian. V. H. 1, 21. ¹⁸ potius barbarorum quam illius more fungar) si non Atheniensium sed Persarum ritus & ceremonias observem. ¹⁹ huic (Chiliarcho) scripta tradidit) Iust. 6, 2, 14. Cononem per internuntios egisse cum rege; Diodorus congressum & collocutum ait.

Cap. IV. ¹ quibus cognitis) sc. illis de perfidia Tissaphernis accusationibus. ² auctor eius) fide interposita Cononis, cum antea nollet credere. ³ Tissaphernem hostem indicaverit) misso Tithrauste, qui capite obtruncavit. Plut. Agesil. p. 382. & Xenoph. 3. Graec. p. 293. C. ⁴ ei permiserit) Cononi liberam potestatem dederit, cum ille postulasset dari sibi ministrum impensae. Iust. 6, 2, 15. ⁵ ad dispensandam pecuniam) qui pecuniis in bello necessariis procurandis, cogendis, disponendis administrandisque praeesset. Talis apud Romanos quaestor dictus est. ⁹ arbitrium) eligendi quaestorem bellicum.

gavit ⁷ sui esse consilii, sed ipsius, qui optime ⁸ suos nosse deberet: sed se suadere, Pharnabazo ⁹ id negotii daret. Hinc magnis muneribus donatus ad ¹⁰ mare est missus, ut ¹¹ Cypriis; & Phoenicibus, ceterisque maritimis civitatibus ¹² naves longas imperaret, classemque, qua proxima aestate ¹³ mare tueri posset, compararet: dato ¹⁴ adiutore, Pharnabazo, sicut ipse voluerat. Id ut Lacedaemoniis est nuntiatum, ¹⁵ non sine curam administrarunt, quod maius bellum ¹⁶ imminere arbitrabantur, quam si cum barbaro solum ¹⁷ contenderent. Nam ducem fortem & prudentem, ¹⁸ regis opibus praefuturum ac secum di-

7 *sui consilii*) scil. hanc electionem esse. Sic apud Caes. B. C. 1, 13. dicitur: *sui iudicii rem non esse*. 8 *suos nosse deberet*) sc. ministros, Martial. 8, 15. *Principis est virtus maxima nosse suos*. 9 *id negotii*) illud negotium impensas ordinandi. 10 *mare*) mediterraneum. 11 *Cypriis & Phoenicibus*) incolis in insula Cypro & in potissima illa Syriae provincia Phoenicia. 12 *naves longas imperaret*) longas, id est, militares. Vide Themist. c. 2, n. 6. elegans vero usus verbis imperandi cum quarto & tertio casibus. Curt. 3, 2. *ex foedere naves sociis imperat*. Noster Attico c. 7, n. 3. *cum privatis pecunias per epistolas imperaret*. Cic. pro lege Man. c. 12. *Cretensibus obsides imperavit*. Caesar. B. Gall. 5, 1. *civitatibus milites imperat*. C. 13 *mare tueri*) mare tutum reddere eiusque dominium conservare. 14 *adiutore*) pecuniarum non solum dispensatore, sed & belli gerendi collega. 15 *non sine cura*) i. e. maiore cura, multo diligentius. 16 *imminere*) cervicibus suis impendere. 17 *contenderent*) pugnarent, bellum gererent. 18 *regis opibus*) potentissimis copiis Persicis & navibus.

micatu-

micaturum ¹⁹ videbant: quem neque consilio, neque copiis superare possent. ²⁰ Hac mente magnam ²¹ contrahunt classem, proficiscuntur Pisandro duce. Hos Conon apud ²² Cnidum adortus magno proelio fugat, multas naves capit, complures ²³ deprimit. Qua victoria non solum ⁵ Athenae, sed etiam ²⁴ cuncta Graecia, quae sub Lacedaemoniorum fuerat ²⁵ imperio, liberata est. ²⁶ Conon cum parte navium ²⁷ in patriam venit: mauros dirutos a Lyfandro, utrosque & Piraei, & Athenarum, reficiendos curat, pecuniaeque quinquaginta talenta, quae a Pharnabazo acceperat, civibus suis ²⁹ donat.

¹⁹ videbant) cognoscebant, intelligebant. ²⁰ hac mente) i. e. dum haec secum reputant & probe considerant. ²¹ contrahunt) colligunt, comparant. Sic Paterculus 2, 42, 2. ²² apud Cnidum proelio fugat) Proelium hoc scripsit Diodorus 14, 84. Cnidus autem urbs Chersonesi Doricae, in interiore eius angulo, cui vicina est Halicarnassus. Strab. 14. p. 451. Ptolem. 5, 2. C. ²³ deprimit) mari submergit, er versencket sie. Sic Caes. B. C. 1, 58; & 2, 6; Tac. H. 4, 79. 7; Curt. 4, 4, 9. ²⁴ cuncta) i. e. tota, universa. ²⁵ imperio) potestate maritima, de qua tamdiu certamen fuit inter Spartanos & Athenienses. ²⁶ Conon cum parte navium) octoginta triremibus. Diodor. 14, 86. C. ²⁷ in patriam venit) in Piraeum portum triremes induxit. *ibidem*. C. ²⁸ reficiendos curat) magnam opificum turbam conduxit, iisque administratos ex navibus dedit, ut brevi maxima pars murorum reficeretur. Soli Thebani miserunt quingentos artifices lapidicidas. *ibidem*. C. ²⁹ donat) tantam quoque liberalitatem Arati Sicyonii fuisse docet Cicero Off. 2, 23.

V. Accidit huic, ¹ quod ceteris mortalibus, ut ² in-
 consideratior in secunda, quam in adversa esset
³ fortuna. Nam classe Peloponnesiorum devicta,
 cum ⁴ ultum se ⁵ iniurias patriae putaret, ⁶ plura
 concupivit, quam efficere potuit. ⁷ Neque tamen
 ea non pia & probanda fuerunt; quod potius
⁸ patriae opes augeri, quam ⁹ regis, maluit. Nam
 cum magnam auctoritatem sibi pugna illa nava-
 li, ¹⁰ quam apud Cnidum fecerat, ¹¹ constituisset,
 non solum inter barbaros, sed etiam inter omnes
 Graeciae civitates, ¹² clam dare operam coepit, ut

Cap. V. 1 quod) sc. accidere solet. 2 inconsideratior in secunda &c.) o cupiditatem inconsideratam! Cic. pro Quint. c. 25. Quoscunque fortuna amplectitur, hos omnes fere caecitatis suae participes facit. v. Iustin. 8. 1, 4; & 44, 5. 4; Liv. 30, 30. Val. Max. 9, 5. ext. 3. Cic. Off. 1, 26; Tac. H. 1, 15, 5; & c. 29, 5; Curt. 3, 2, 17; & 10, 1, 30; Horat. Od. 2, 10; Ovid. de Arte 2, 436. contrarium vide infra 20, 1, 2. 3 ultum) scil. esse: i. e. iam vindicasse & ulterius se vindicare posse, alii legunt *ulcisci*. 4 iniurias patriae) illatas Athenis a Lacedaemoniis. 5 plura concupivit) maiores appetiit res supra 4, 2, 1. 6 neque tamen non pia) i. e. omnino pia. At intempestiva est pietas, quae contra fidem est, ut illa Miltiadis in ponte dissolvendo 1, 3, 6. C. 7 regis) Artaxerxis. 8 quam fecerat) pugnam facere, proelium committere. Tac. A. 3, 21. prosperam adversus Numidas pugnam facit. Pariter dicunt proelium facere, Liv. 25, 1. crebra magis quam digna dictis proelia fecit. Cic. Fam. 15, 15. illo quasi fatalis proelio facto. Adde nostrum 12, 1, 1. C. 9 constituisset) peperisset, conciliaisset, firmasset. 10 clam dare operam) occulte laborare & eo curam intendere.

11 Ioniam & Aeoliam restitueret Atheniensibus. Id cum minus diligenter esset ¹² celatum, Tiribazus, qui ¹³ Sardibus praeerat, Cononem ¹⁴ evocavit, simulans ad regem eum ¹⁵ mittere velle, magna festinatione. ¹⁶ huius nuntio parens cum venisset, in vincula coniectus est; ¹⁷ in quibus aliquamdiu fuit. Nonnulli eum ad regem abductum, ibique periisse ¹⁸ scriptum reliquerunt.

11 ut Ioniam & Aeoliam restitueret) Hoc aliter Diodorus & Xenophon n. trat: Ille 14, 86. Tiribazum invidia gloriae Cononis inductum (ἐφθόρει ταῖς τῆ Κόνωνος εὐπραξίαις) πρόφασιν, praetextum habuisse, quasi regis copiis Atheniensium ditioni urbes adiungat; hic lib. 4. Graec. p. 315. calumniae Spartanorum, eorumque legati Antalcidae, hoc dedisse ait Tiribazum: ut Cononem ὡς ἀδικεῖν τὰ βασιλεία καὶ ἀληθῆ λεγόντων Λακεδαιμονίων, in vincula coniiceret. Similem exitum Tiribazus postea habuit. Diodor. 15, 8. C. 12 celatum) occultatum. Sed uti ostensum; vera caussa exitii fuit invidia rerum prospere gestarum. 13 Sardibus) urbi Lydiae in Asia minore. v. Tab. III. 14 evocavit) ad se vocavit. Alii referunt, Cononem a suis & sociis legatum simul cum aliis venisse ad Tiribazum, & cum propositas Antalcidae condiciones improbasset, comprehensum esse. Plut. in Artax. 15 mittere velle &c.) alii hic inferunt particulam se, & pro magna festinatione, quod sine distinctione connecti potest cum sequenti commate, legunt magna de re. 16 huius nuntio parens) Tiribazo vocanti obsecutus. 17 in quibus fuit) scil. ut captivus. In vinculis esse idem est ac captivum teneri. 18 scriptum reliquerunt) Ex his etiam Diodorus Siculus est. Nam 15, 43. scripsit: Iphicrates veritus, ne συλληφθῆ καὶ τιμωρίας τύχη, κατὰ μέρος Κόνων ἐπαθεῖν ὁ Ἀθηναῖος, captus supplicio afficiatur, quemadmodum Conon Atheniensis passus erat. C.

Contra ea ¹⁹ *Dion* historicus, cui non plurimum de Persicis rebus credimus, effugisse scripsit: illud ²⁰ addubitat, utrum *Tiribazo* sciente, an ²¹ imprudente sit factum.

¹⁹ *Dion*) *Dino*, ut *Plinius* 10, 49. refert, pater *Clitarchi* fuit celebrati auctoris, cuius etiam *Curtius* mentionem fecit 9, 5, 21. Scripsit, ut etiam *Athenaeus* 2, 25. auctor est, historiam Persicam. Περσικὴν πραγματείαν. C. ²⁰ addubitat) aliquantulum vel quodammodo dubitat. ²¹ imprudente) prudens est idem ac providens. Imprudente ergo *Tiribazo* factum esse dicitur, h. e. sive ipsius providentia vel scientia, vel ipso ignorante *Cononem* effugisse.

X.

D I O N.

A R G V M E N T V M.

1. *Dion* & genere & affinitate *Dionysiorum* nobilis, maiori praesertim intus ac saepe legatus; 2. a quo impetrat, ut *Plato* adducatur, cui imprimis carus fuit. Regni sperans divisionem. 3. offendit minorem *Dionysium*, *Platonis* tamen reditum ab eodem obtinet, cuius consiliis *Philistus* adversatur. 4. *Dion* *Corinthum* deportatur, uxor traditur alii, filius pessime corrumpitur. 5. *Urturus* iniuriam duabus navibus validum regnum oppugnat; & tyrannum ad pacationes adigit. 6. Mutatur fortuna morte filii, & factione *Heraclicis*, cuius caede populum a se alienat; 7. largitionibus militum concilians, amittit optimates, vulgo tyrannus appellatur. 8. *Callicratis* insidiis ac periurio deceptus. 9. domi suae die festo occiditur. 10. fit tumultus & plurimum caedis: poenitet populum, & ut liberatorem patriae, publice sepelit.

Dion

Dion¹ Hipparini filius, Syracusanus nobili genere natus, ³ utraque implicatus tyrannide Dionysiorum. namque ⁴ ille superior ⁵ Aristomachen, sororem Dionis, habuit in matrimonio: ex qua duos filios, Hipparinum & ⁶ Nisaeum, procreavit: totidemque filias nomine ⁷ Sophrosynen & Areten. ⁸ quarum priorem Dionysio filio eidem, cui regnum reliquit, ⁹ nuptum dedit; alteram ¹⁰ Aretem Dioni. Dion autem praeter ²abilem propinquitatem, generosamque maiorem famam, multa alia ¹¹ ab natura habuit bona.

Cap. I. ¹ Hipparini) hunc Syracusanorum optimatum illustrissimum fuisse constat ex Diodoro I. 16. ex Svida & Plutarcho. ² Syracusanus) Syracusae nobilis Siciliae urbs. v. Tab. IV. & infra 20, 3, 1. ³ utraque implicatus tyrannide Dionysiorum) sc. patris & filii, qui ambo tyranni dicti sunt, & quibus Dion iunctus fuit affinitate. ⁴ ille superior) prior ex duobus Dionysiis, five pater. Sic superior Africanus, Val. Max. 8, 15, 1. & 2. ⁵ Aristomachen) quas duxit uno die Locrensem civem nomine Doridem, e qua Dionysium genuit; & hanc Aristomachen, sororem Dionis. Cic. Tusc. 5, 20. Diodor. 16, 6. Plutarch. p. 919. C. ⁶ Nisaeum) Narsaeum vocat Diodorus. ⁷ Sophrosynen & Areten) vox nomine, e MSS. addita Bos. Nomina ipsa virtutum sunt, miraturque Plutarchus 2. Fort. Alex. quare vitiosissimus tyrannus illa filiabus indidisset. C. ⁸ quarum priorem) nempe Sophrosynen. ⁹ nuptum) supinum, pro ut nubat ei. Nubere autem de mulieribus usurpatur, quemadmodum ducere de viris. ¹⁰ Aretem Dioni) sc. nuptum dedit, cum teste Plutarcho habuisset prius Thearidem Dionysii fratrem. ¹¹ ab natura) Supra Miltiad. c. 3. n. 3. Ab ante S. commendavimus: nunc defendendum ante N. cui saepenumero Liv. praeponit: Lib. 23, 46.

¹² in his ingenium docile, ¹³ come, aptum ad artes optimas: magnam ¹⁴ corporis dignitatem, quae non minimum ¹⁵ commendat: magnas praeterea ¹⁶ divitias a patre relictas, quas ipse tyranni muneribus auxerat. Erat intimus Dionysio priori, neque minus ¹⁷ propter mores, quam affinitatem. namque etsi Dionysii crudelitas ei displicebat, tamen salvum esse ¹⁸ propter necessitudinem, magis etiam ¹⁹ suorum causa studebat. ²⁰ aderat in magnis rebus: eiusque consilio

ab nola 24. 46. ab nocte media: 26, 20. ab nomine Scipionis: 33, 7. ab nec opinato visu. C. 12 in his) inter haec naturae bona. 13 come) facile quidem erga docentes, praesertim erga Platonem, accipienda virtutum praecepta; durum tamen & austerum erga alios. 14 corporis dignitatem) virilem pulchritudinem: & ita dignitas in Eumene c. II. n. 5. sumi videtur, si salva scriptura Cic. Offic. I, 36. rem optime explanat. Cum, inquit, pulchritudinis duo genera sint, quorum in altero venustas sit, in altero dignitas; venustatem, muliebrem ducere debemus: dignitatem virilem. Sic dignitas oris, Plin. Paneg. c. 4; dignitas formae, Svet. Claud. 30. C. 15 commendat) in MSS. commendatur. Quanto adiumento sit formae decus, docet Tacitus A. II, 28, 2; & Iustinus 13, 1, 10. conferri etiam potest Tac. H. I, 7, 5; & A. 2, 13, 2: 2, 73, 2. 16 divitias a patre relictas) sc. habuit, haereditarias has auxerat prioris Dionysii benevolentia. 17 propter mores) virtutes singulares. Quantum morum gratia valeat ad amorem principis demerendum, legi potest apud Forstnerum ad Tac. 13, 1. p. 253. 18 propter necessit.) i. e. coniunctionem affinitatis & sanguinis. 19 suorum causa) propter sororem & uxorem suam utriusque liberos. 20 aderat in magnis rebus) in negotiis gravioris momenti assistebat prompte.

21 mul-

21 multum movebatur tyrannus, nisi qua in re
 22 maior ipsius cupiditas intercesserat. 23 Lega- 4
 tiones vero, quae essent illustriores, per Dionem
 administrabantur: quas quidem ille diligenter
 24 obeundo, fideliter administrando, crudelissi-
 mum 25 nomen tyranni, sua humanitate tegebat.
 Hunc a Dionysio missum 26 Carthaginenses 5
 27 suspexerunt, ut neminem unquam 28 Graeca
 lingua loquentem magis sint admirati.

1 Neque vero haec Dionysium fugiebant. nam II,
 2 quanto esset sibi ornamento sentiebat, quo fie-
 bat, ut uni huic maxime 3 indulgeret, neque eum

21 multum movebatur) saepe regi se patiebatur.
 22 maior cupiditas intercesserat) impotens libido ani-
 mum suis stimulis abripiens monitum aspernabatur.
 23 Legationes per Dionem administr.) Plut. p. 960. πρε-
 σβελας μεγίστας διαχει, περιπόμενος πρὸς Καρχηδονίως. C.
 24 obeundo) suscipiendo. 25 nomen tyranni tegebat) opi-
 nionem de Dionysio sequiorem non tantum mitigabat,
 sed & occultabat & prohibebat. Hoc legati mores
 mitissimi apud externos efficiebant, ut nec ipsum Dio-
 nysium crederent tam immanem esse, quam vulgo
 iactaretur. 26 Carthaginenses) Carthago Africae ca-
 put v. Tab. I. 27 suspexerunt) venerati sunt, magni aesti-
 marunt: metaphora. Nam quando magnas res ante
 oculos habemus, necesse est, ut sursum adspiciamus.
 28 Graeca lingua loquentem) i. e. natione graecum, cui
 Graeca lingua est vernacula.

Cap. II. 1 Neque haec Dion. fugiebant) Dionysius
 haec non nesciebat, i. e. bene admodum sciebat, noverat
 probe. 2 quanto esset sibi ornamento) quantum ornaret suam
 aulam; quantum honoris, dignitatis & laudis sibi suis-
 que afferret. 3 indulgeret) gratificaretur, propensam
 suam voluntatem declararet.

2 secus diligeret ac filiam. qui quidem, cum Platonem 4 Tarentum venisse fama in Siciliam esset perlata, 5 adolescenti negare non potuit, 6 quin eum arcesseret, cum Dion eius audiendi 7 cupiditate flagraret. Dedit ergo huic 8 veniam, 9 magnaue eum ambitione Syracusas perduxit quem Dion adeo admiratus est, atque 10 adamavit, 11 ut 3 se totum ei traderet. Neque vero minus Plato 12 delectatus est Dione. Itaque cum a Dionysio

4 Tarentum) quae urbs est Apuliae. In Italiam Plato navigavit Pythagoricos auditurus, *Diogen. Laert. in vita p. 100.* Hinc amicitia Platonis cum Archyia Tarentino, eiusque ad hunc epistolae. C. 5 adolescenti) Dioni in iuvenili aetate. 6 quin eum arcesseret) quominus eum acciret. 7 cupiditate flagraret) cupidissimus esset doctrinae Platonicae. 8 veniam) potestatem veniendi indulgit. 9 magnaue ambitione) i. e. honorificentissime, apparatu & comitatu magnifico & cum ostentatione coniuncto. conf. *Plut. in Dione; Aelian. 4, 18. & Plin. H. N. 7, 30.* Sed hoc secundo ad Siciliam adventu factum a Dionysio iuniore: primo ad Dionysium patrem ultro venit, ut Aetnae naturam contempleretur, quod *Diogenes & Plutarchus in vita & Apuleius sub initium de Habit. doct. Plat. constanter tradunt.* Tertius adventus incidit in exilium Dionis, de quo itidem *Plutarchus p. 967. & Apuleius c. 1. consulantur. C.* 10 adamavit) tenerrimo amore complexus est. 11 ut se totum ei traderet) se disciplinae istius praeceptoris committeret, & assidue ei adhaereret. Dicitur ideo *Dion amicus Platonis.* conf. *Caes. Rhodig. Lect. Antiqu. 23, 4.* 12 delectatus est Dione) delectationem cepit ex eius ingenio, studio, convictu & mutuo amore. Leguntur apud *Laertium in Platonis vita & Apuleium Apolog. I. eius versus in Dionem, qui dilectum & ardentem amatam satis arguunt.*

tyranno

tyranno crudeliter ¹³ violatus esset, quippe quem
¹⁴ venundari iussisset, tamen ¹⁵ eodem rediit, eius-
dem Dionis ¹⁶ precibus adductus. Interim ¹⁷ in ⁴
morbum incidit Dionysius. quo cum graviter
¹⁸ conflictaretur; quaesivit a medicis Dion,
¹⁹ quemadmodum se haberet? simulque ab his pe-
tiit, si forte maiori esset ²⁰ periculo; ut sibi fate-
rentur, nam velle se cum eo colloqui de partiendo
regno: quod ²¹ sororis suae filios ex illo natos
partem regni putabat debere habere. ²² id medi- ⁵
ci non tacuerunt, & ad ²³ Dionysium filium ser-
monem retulerunt. ²⁴ quo ille commotus, ²⁵ ne

¹³ violatus esset) Plato scil. quod dixerat, vitam boni-
viri beatam, tyranni miseram esse, qui iniuste cuncta
civium raperet. ¹⁴ venundari iussisset) Cum Plato in
patriam rediret, tyranni iussu clandestino per Polli-
dem Spartiatam, in Aegina, tanquam captivus Athe-
niensis, venundatus est. Plutarch. p. 960. Laert. p. 197. C.
¹⁵ eodem rediit) Syracusas post mortem maioris Dio-
nyfii. Plato epist. 7. & Plutarch. p. 962. & hic secundus
eius adventus. C. ¹⁶ precibus adductus) permotus.
vid. e. 3. n. 1. ¹⁷ in morbum incidit) per immodicas
epulas & computationes. ¹⁸ conflictaretur) morbo con-
flictari est affligi, vexari. Sic. Svet. Claud. 1, 2. ¹⁹ quem-
admodum se haberet) quid ageret aegrotus. ²⁰ periculo)
pro in periculo. Sic. & Cic. fam. 4, 15; & 8, 2. ²¹ soro-
ris suae filios) Hipparinum & Misaeum ex Aristoma-
cha & Dionysio natos. v. c. 1. n. 1. ²² id non tacue-
runt) id non celarunt, supra 9, 5. 3. Sic arcana tacere,
Curt. 6, 10, 7. ²³ Dionysium filium) ex altera uxore
Doride natum. ²⁴ quo) sc. sermone, quem cum me-
dicis habuerat Dion. ²⁵ ne agendi cum eo esset pot.)
i. e. ne forte ipse Dion cum aegroto colloqui posset,
agendi-

agendi cum eo esset Dioni potestas, patri ²⁶ soporem ²⁷ medicos dare coegit. ²⁸ Hoc aeger sumpto, ²⁹ somno sopitus ³⁰ diem obiit supremum.

III. Tale initium fuit Dionis & Dionysii ¹ simultatis, eaque ² multis rebus aucta est: sed tamen primis temporibus aliquamdiu ³ simulata inter eos amicitia mansit. cumque Dion non desisteret obsecrare Dionysium, ut ⁴ Platonem Athenis arceferet, & eius consiliis uteretur: Ille, qui in ali-

& coram ¹ desideria sua exponere. ²⁶ soporem) i. e. medicinam soporiferam, qua effectus est sopor. Plutarch. p. 960. φάρμακον ὑπνωτικόν C. Talis potio ex nigri papaveris & cicutae succo parari solebat. ²⁷ medicos dare) parare, suggerere, porrigere. Sic medicamentum dare, Cic. Off. 3, 24; & Curt. 6, 10, 34; Venenum, Id. 10, 10, 14. Notat hic Gebhardus medicorum pravitatem in aulis, & occulta ministeria, ex Tac. An. 4, 3, 6; 6, 50, 5; 12, 67, 2. & 3; Liv. 40, 56. &c. ³⁸ hoc aeger sumpto) cum bibisset hunc potum praeparatum. ²⁹ somno sopitus) per soporem omni usu & sensu corporis destitutus. ³⁰ diem obiit supremum) mortuus est, cum 38. annos regnasset, Diodor. 15, 73. C. Metaphora sumpta ex foro, in quo diem obire dicebatur, qui se sistebat ad diem praedictum.

Cap. III. ¹ simultatis) latentis & dissimulati odii, nam ² simulando similtas dicitur. ² multis rebus) offensionibus ab his stimulos maioris odii habentibus. ³ simulata amicitia) ubi neuter inimicitias suas aperte significabat, sed potius tanquam ignem sub cinere tegebatur. ⁴ Platonem Athenis) Etiam hic secundus Platonis in Siciliam adventus est, Plutarch. p. 962. tertium noster non attigit, is autem absente Dione factus est, ambitioso tyranni rogatu. Idem p. 965. C.

qua

qua re vellet ⁵ patrem imitari, ⁶ morem ei gessit. eodemque tempore ⁷ Philistum historicum Syra-² cufas reduxit, hominem ⁸ amicum non magis ty- ranno quam tyrannidi. Sed de hoc in eo meo li- bro plura sunt exposita, qui ⁹ de historicis Graecis conscriptus est. Plato autem tantum apud Dio-³ nysium auctoritate ¹⁰ potuit valuitque eloquen- tia, ut ei persuaserit, ¹¹ tyrannidis facere finem,

⁵ patrem imitari) videri voluit exemplum sequi pa- tris, qui ipse etiam Platonem acciverat. ⁶ morem ei gessit) fecit uti petiit, *er hat sich ihm willig erwiesen.* Summa epistolae, quam ad Platonem scripsit, exstat inter epistolas Platonis. ⁷ Philistum reduxit) scil. ab exilio. Philistus exulabat circa Adriam, a Dionysio maiore eiectus, quod, inconsulto ipso, fratris Lepti- nis filiam duxerat. Hunc reduci adulatores iusserunt, quo esset, qui Platoni in aula opponeretur, *Plut.* p. 962. Ceterum de Philisto hoc eiusque scriptis con- suli Cicero potest ad Q. frat. 2, 12. qui *paene pusillum Thucydidem* vocat, quia *imitator Thucydidis* fuit, ut *multo infirmior, ita aliquatenus lucidior*, ut Fabius 10, 1, p. 743. de eo iudicat. Mores hominis & fata ex Plu- tarcho discas p. 962. & 973. C. ⁸ amicum non magis tyr. &c.) qui non minus tyrannidem quam tyrannum amabat. Favebat eius indoles tyranno, neque ipse abhorrebat a tyrannide; ideo tyrannidis retinendae consilia suppeditabat. ⁹ de historicis Graecis) vox Grae- cis meliorum codicum est: liber vero in deperditis numerandus. C. ¹⁰ potuit, valuit) scil. efficere. Syn- onyma sunt. Hinc autem apparet, quid viri praestent, in quibus est auctoritas & eloquentia. Quanta praeterea animi moderatione Plato fuerit, ostendit Valer. Max. 8, 7 ext. 3. ¹¹ tyrannidis facere finem) Plato epist. 3. sub init. ipse fatetur. *conf. Plutarch. f. 963. C.*

¹² libertatemque reddere Syracusanis, a qua voluntate Philisti consilio ¹³ deterritus, aliquanto crudelior esse coepit.

IV. Qui quidem cum a Dione se superari videret ingenio, auctoritate, amore populi, verens, ne, si eum secum haberet, aliquam occasionem sui daret opprimendi; navem ei triremem dedit, qua ² Corinthum deveheretur, ostendens, se id utriusque facere causa, ne, ³ cum inter se timerent, ⁴ alteruter alterum praeoccuparet. Id cum factum multi ⁵ indignarentur, ⁶ magnaeque esset invidiae

¹² libertatem reddere) Ita Augustus apud Svetonium c. 28. de reddenda republica bis cogitavit. Sed ut tyrannorum mos est optime consulta pervertere: ita Dionysius veterator magnus (ut Tullius ad Qv. Frat. 2, 12. eum vocat) calumniatus est postea Platonem, quasi sancto eius proposito obstitisset. ¹³ deterritus &c.) tantum potuit malus consultor & instigator, Platoni & Dioni semper adversatus, ut animum tyranni ad deteriorem partem flecteret. Itaque ille in multo maiorem rabiem conversus est.

Cap. IV. ¹ verens ne &c.) omnes meliores & ingeniosiores suspecti sunt tyrannis; quos ideo vel longius remonent, vel plane extirpant. conf. Exempla ex Vellei. 2, 45, 4; Tacit. Ann. 2, 42, 2; & 16, 29, 3; & Agr. 4, 2; Val. Max. 1, 3, 2. Lips. Pol. 4; 14, 70. ² Corinthum) Plutarchus, p. 964 πρὸς τὴν Ἰταλίαν: unde forsan Corinthum abiit. nam in Peloponnesum, cuius claustrum est Corinthus, tyrannus supellectilem eius postea transmisit. ibid. C. ³ cum inter se timerent) cum alter alterius insidias mitteret. ⁴ alteruter alterum praeoccuparet) propter mutuam diffidentiam vel Dionysius vel Dion alterum circumveniret, supplantaret, vel per insidias tolleret. ⁵ indignarentur) indigne ferrent, & non ferendum putarent, es ungütig auf tyranno;

tyranno; Dionysius omnia ⁷ quæ moveri poterant, Dionis in naves imposuit, ad eumque misit. Sic ³ enim ⁸ existimari volebat, *id se ⁹ non odio hominis, sed ¹⁰ suae salutis fecisse causa.* ¹¹ Postea vero quam audivit, eum ¹² in Peloponneso manum comparare, sibi que ¹³ bellum facere conari; Areten, Dionis ¹⁴ uxorem, alii nuptum dedit, ¹⁵ filiumque eius sic educari iussit, ut indulgendo turpissimis ¹⁶ im-

nahmen. 6 magnae esset invidiae) magnam peperisset invidiam, & odium conflasset ingens. 7 quae moveri poterant) omnem eius supellestem, sein gerathe, seine mobilien. conf. 2, 2, 8. 7 existimari volebat) speciosum hunc habebat praetextum; ita prae se ferebat. 9 non odio hominis) non ideo, quod crudele odium in Dionem concepisset. 10 suae salutis causa) ut securius vivere posset, ut tutior esset ab insidiis. 11 postea vero quam) elegans tmelis, qualis & infra 14, 3, 5. Posteaquam coniunctim legitur 1 6, 4; 7, 2, 3; 25, 2, 2. 12 in Peloponneso manum comp.) Tertius Platonis in Siciliam adventus intercussit, ut supra ex Plutarcho notavimus. Manus autem in exercitus notione usitata vox nostro est v. Milt. c. 5, 1; Paul. 1, 2; Alcib. 7. n. 4. & alibi. C. 13 bellum facere) apparare, minus placet Senecae epist. 114. dictio bellum facere: nec tamen illam vel Cicero erubuit pro Mil. c. 23, vel Livius 1, 38. ut Curis Posterioribus demonstratum est. Adde nostrum 17, 2, 1. C. 14 uxorem alii dedit) invitam illam quidem dedit Timocrati, familiari suo Plutarch. p. 969. Aelian. Var. 12, 47. C. 15 filiumque eius) hunc Areteum alii, alii Hipparionem, alii Hipparionem vocant. 16 imbueretur cupid.) ut inquinaretur vitiis, animi ac corporis viribus exarmatus per voluptates debilitaretur. Eadem Romanis ars adversus hostes aut ambiguos amicos apud Tac. H. 4, 64, 7. Agr. 21, 1. & 3; Germ. 23, 3. Ingens flagitiam, liberos perdere. v. de Gelonis filio
 buere-

4 bueretur cupiditatibus. Nam puero, ¹⁷ priusquam pubes esset, scorta adducebantur: vino epulisque obruebatut, ¹⁸ neque ullum tempus sobrio
5 relinquebatur. Is ¹⁹ usque eo ²⁰ vitae statum commutatum ²¹ ferre non potuit, postquam in patriam rediit pater (namque appositi erant ²² custodes, qui eum ²³ a pristino victu deducerent) ut se e superiore parte aedium ²⁴ deiecerit, atque ita interierit. Sed ²⁵ illuc revertor.

V. Postquam ¹ Corinthum pervenit Dion, & eodem perfugit ² Heraclides, ab eodem expulsus Dionysio, qui praefectus fuerat equitum: omni ratione

Aristot. Pol. 5, 10; de Caligula Suet. c. 11. Adde Iustin 1, 7, 12. cum not. Bernegg. ¹⁷ priusquam pubes esset) ante annos pubertatis; cum annorum 14. nondum esset. ¹⁸ neque ullum tempus sobrio relinquebatur) neque ut sobrius esset spatium dabatur. ¹⁹ usque eo) i. e. adeo. ²⁰ vitae statum comm.) alium vivendi morem & disciplinam. ²¹ ferre non potuit) assuetus nempe vitae molli, dissolutae & luxuriosae. Fusa ea de re differit Plutarchus in Dione. ²² custodes) inspectores, perditum hominem ad meliorem frugem revocantes. Sic M. Aurelius Imp. Commodus filio novem dedit magistros, sed huic plusquam novem millia fuere vitiorum, v. Ant. de Guevara Horol. Princ. 2, 45. ²³ a pristino victu) vitae ratione & genere; quod a vulgari vocis notione recedit. C. Antea vitae status dicitur. ²⁴ deiecerit) citius vita, quam prava voluptatum consuetudine cariturus. ²⁵ illuc) ad historiam scilicet Dionis, a qua diverteram.

Cap. V. ¹ Corinthum) quae urbs Achaiae, duobus portibus incluta, est in isthmo Peloponnesi ad sinum Saronicum v. Tab. II. ² Heraclides) quem turbulentum, seditiosum, mobilem, infidum & rei militaris imperitum fuisse scribit Plutarchus.

bellum

bellum comparare coeperunt. Sed ³ non multum ² proficiebant, quod ⁴ multorum annorum tyrannis magnarum opum putabatur. quam ob causam ⁵ pauci ad societatem periculi perducebantur. Sed Dion fretus non tam suis copiis, quam odio ³ tyranni, maximo animo, duabus ⁶ onerariis navibus, ⁷ quinquaginta annorum imperium, munitum quingentis longis navibus, decem equitum, centum peditum millibus, ⁸ profectus oppugnatum, (quod omnibus gentibus admirabile est visum) adeo facile ⁹ perculit, ¹⁰ ut post diem tertium, quam ¹¹ Siciliam attigerat, ¹² Syracusas in-

³ non multum proficiebant) parum procedebat negotium, *es gieng ihnen nicht recht von statten*, ⁴ mult. annorum tyrannis) quae iam 50. abhinc annis coeperat sub priore Dionysio, quam ille filio relinquere dixit adamante seu vinculis adamantinis vinctam. ⁵ pauci ad societ.) ex mille exsulibus Syracusanis tantum XXV se Dionii associarunt. Ceteram manum, minus DCCC Zacynthum convenire iubet, unde contra tyrannidem profectus est. *Plutarch. p 967. C. 6 onerariis*) *Plutarch. p. 968. ερόγγυλας δύο ναῦς*, duae rotundae naves, id est, onerariae, quae longis sive bellicis opponuntur. C. ⁷ quinquaginta annorum imp.) pater 37, filius 12 annos imperavit. *Diodor. 15, 73. C. 8 profectus oppugnatum*) i. e. dum ideo iter ingressus est cum suis, ut illud ipsum tam firmum imperium oppugnaret. ⁹ perculit) perterrefecit, perturbavit, concussit & evertit. ¹⁰ ut post diem tertium, quum &c.) i. e. ut statim die tertio, postquam &c. ¹¹ Siciliam attigerat) exscendit apud Minoam, Carthaginensis ditionis oppidum. *Diodor. 16, 9. Plutarch. 969. C. v. Tab. IV. 12 Syracusas*) metropolin regni, ubi populus Dionem lubens & laetabundus excepit.

troierit

troierit. Ex quo intelligi potest, nullum esse im-
 4 perium tutum, ¹³ nisi benevolentia munitum. Eo
 tempore aberat Dionysius, & ¹⁴ in Italia classem
 operiebatur adversariorum, ratus, neminem si-
 ne magnis copiis ¹⁵ ad se venturum. quae ¹⁶ res eum
 5 fefellit. Nam Dion ¹⁷ iis ipsis, qui sub adversarii
 fuerant potestate, ¹⁸ regios spiritus repressit, to-
 tiusque eius partis Siciliae potitus est, quae sub
 Dionysii potestate fuerat: parique modo urbis
 Syracusarum, praeter arcem & ¹⁹ insulam ad-
 iunctam oppido, eoque rem perduxit, ut talibus
 pactionibus pacem tyrannus facere ²⁰ vellet;

¹³ nisi benev. munitum) Cic. Phil. 2, 44. caritate & benevolentia civium septum esse oportet, non armis. Plin. Paneg. c. 49. frustra se terrore succinxerit, qui septus caritate non fuerit; armis enim arma irritantur. C. Adde Cic. Off. 2, 7; Sallust. de Rep. 1, 3; Curt. 8, 8, 11; Ter. Adelph. 1, 1, 40. ¹⁴ in Italia classem operiebatur) Ca- lone in Bruttis prope Locros. Diodor. 16, 11. C. ¹⁵ ad se) scil. oppugnandum in regno suo tam valide munito. ¹⁶ res eum fefellit) cogitatio eius fuit falsa. ¹⁷ iis ipsis, qui sub adv. pot.) quandoquidem plures ex tyranni praefectis & subditis ad Dionem illico desererant. ¹⁸ regios spiritus) ferociam & superbiam regis contudit, coercuit. Caesar. B. Gall. 1, 33. Ariovistus tantos sibi spiritus, tantam arrogantiam sumserat, ut ferendus non videretur, Seneca Troade v. 252. spiritus quondam truces Minasque tumidi lentus Aeacidae tulit. C. ¹⁹ insulam) partem urbis sic dictam. Sunt enim quatuor partes urbis instar urbium, Insula s. Nasos, Achradina, Tycha & Neapolis, de quibus Livius 25, 24; & Cluver. Sicil. ant. 1, 12. ²⁰ vellet) significanter vellet. Non enim facta pax, recusantibus Syracusanis, qui vivum capturos se tyrannum sperabant, Plut. p. 974. C.

Siciliam Dion²¹ obtineret, ²² Italiam Dionysius, Syracusas ²³ Apollocrates, cui maximam fidem uni habebat ²⁴ Dionysius.

Has tam prosperas, tamque inopinatas res con- VI.
secuta est subita¹ commutatio: quod² fortuna sua mobilitate, quem paullo ante ³ extulerat, ⁴ demergere est adorta. Primum in filium, de quo comme- 2
moravi ⁵ supra, ⁶ saevitiam suam exercuit. nam cum ⁷ uxorem reduxisset, quae alii fuerat ⁸ tradita, filiumque vellet ⁹ revocare ad virtutem a perdita luxuria, ¹⁰ accepit gravissimum parens vulnus mor-

²¹ obtineret) er möchte inne haben. ²² Italiam) scil. inferiorem; ut Calabriam & caeteras regiones a tyrannis oppressas. ²³ Apollocrates) filius Dionysii, natus maximus, cui arcem pater tuendam tradiderat, cum in Italiam proficisceretur. Plutarch. c. l. C. ²⁴ Dionysius) vulgo Dion: Lambinus emendavit Dionysius, quod Bosius probat, & res ipsa postulat. C.

Cap. VI. ¹ commutatio) sc. in res adversas. ² fortuna sua mob.) In multis fortunae varietas est animadversa. v. infra 13, 4, 1; & 25, 10, 1. & 2. Ludibria rerum mortalium cunctis in negotiis obversantur, ait Tac. A. 3, 18, 6. conf. Ovid. Trist. 4, 8. ³ extulerat) ab exilio ad summum imperii fastigium evexerat. ⁴ demergere) periculis quasi sub undis obruere. ⁵ supra) c. 4. n. 3 sq. ⁶ saev. suam exercuit) i. e. saevit, crudelem se praebuit scil. fortuna. ⁷ uxorem reduxisset) recepisset precibus Aristomaches sororis & utriusque flebili habitu inductus. Plutarch. p. 980. C. Reduxisset ergo est iterum duxisset. Sic reducta in matrimonium uxor, Suet. Dom. c. 8. Rursus assumere uxorem, Tac. A. 12, 8, 2; & revocare 14, 60, 6. ⁸ tradita) nuptam data. v. c. 4. n. 3. ⁹ revocare) appositis custodibus deducere. ibid. n. 5. ¹⁰ accepit vulnus) dolorem, luctum, animi cruciatum. Eadem metaphora usi sunt Val. Max. 5, 10. ext. 1; Tac. Agr. 7, 1.

te

3 te filii: deinde ¹¹ orta dissensio est inter eum & Heraclidem: qui quidem ¹² principatum non concedens, ¹³ factionem comparavit. neque is minus valebat apud optimates; quorum consensu praeerat classi, cum Dion exercitum pedestrem ¹⁴ teneret. ¹⁵ Non tulit hoc animo aequo Dion, & ver-
 4 sum il'um Homeri retulit ex secunda ¹⁶ rhapsodia, in quo haec ¹⁷ sententia est: *Non posse bene gerere rempublicam multorum imperiis.* Quod dictum magna ¹⁸ invidia consecuta est. namque aperuisse videbatur, se ¹⁹ omnia in sua potestate esse velle.
 5 Hanc ille ²⁰ non lenire obsequio, sed ²¹ acerbitate

& 28, 6; Plin. ep. 8, 5. ¹¹ orta dissensio (sc.) Dion & Heraclides inimici ex amicis facti sunt. ¹² principatum) principem in rep. locum, quo solus imperaret. ¹³ factionem) conspirationem improborum hominum ad quaevis mala perpetranda. ¹⁴ teneret) sc. in sua potestate: *unter seinem commando hatte.* Sic supra 16, 4, 3. *alterum tenuit cornu.* ¹⁵ Non tulit animo aequo) inique tulit divisum inter duos imperium. ¹⁶ rhapsodia) carminum libro. Vocantur rhapsodiae, quia canebantur, a quibusdam baculum rubrum, si Ilias; croceum, si Odyssea canebatur, in manu tenentibus. v. Scalig. Poet. p. 101. ¹⁷ sententia) ex secundo libro Iliados, cuius versu 204. dicitur: *Οὐκ ἀγαθόν πολυκοιρανίη, εἰς κοίρανος ἔστω.* Abusi hoc versu tyranni sunt apud Suetonium, Caligula c. 22; Domitianus c. 12. C. conf. Cic. off. 1, 8; Lucan. 1, 92. Simile dictum ap. Senecam Agam. v. 259. *Nec regna socium ferre nec vaedae sciunt.* ¹⁸ invidia consecuta est) odium sibi conciliavit per haec verba. ¹⁹ omnia in sua potestate esse) se solum omnia gubernare nec imperii consortem admittere. ²⁰ non lenire obsequio) Sensit Dion invidiam, sed noluit se dare ad lenitatem & facilitatem, ut odium evitare obsequendo oppri-

opprimere studuit, Heraclidemque, cum Syracusas venisset, ²² interficiendum curavit.

Quod factum omnibus maximum ¹ timorem VII. iniicit. ² nemo enim illo interfecto se tutum putabat. Ille autem adversario remoto ³ licentius eorum bona, quos sciebat ⁴ adversus se sensit, militibus dispertivit. Quibus divisis, ⁵ cum quotidiani maximi fierent sumtus, celeriter pecunia deesse coepit; ⁶ neque quo manus porrigeret superpetebat, ⁷ nisi amicorum possessiones. ⁸ Id huius-

& cedendo, *durch einige complaisance*. ²¹ *acerbitate oppr. stud.*) iracundiae stimulis agitatus, extinguere voluit vi, *par force*. Cic. ad Qu. Fr. I, I. *Si implacabiles iracundiae sunt, summa acerbitas est.* ²² *interficiendum curavit*) Erat Heraclides παραχάδης καὶ σασιακός, homo turbulentus & seditiosus, quem Dion antea liberaverat, ne interficeretur, iam vero iisdem interfici ἀπέχετο permisit. Plutarch. p. 981. C.

Cap. VII. ¹ *timorem iniicit*) metum excitavit. ² *nemo se tutum put.*) quisque suum etiam iugulum peti arbitrabatur. conf. de simili terrore Tac. H. 4, II, 4; & 2, 17, 3; & A. II, 8, 3; Justin. 12, 5, 4; & 12, 6, 12. ³ *licentius eorum bona dispertivit*) Silent de hoc Plutarchus & Diodorus. C. ⁴ *adversus se sensit*) in aemuli sui factione fuisse, suaeque potentiae adversatos esse. ⁵ *cum fierent sumptus*) cum large & effuse donaret multa, multaque quotidie consumeret. ⁶ *neque quo manus porrig. supp.*) aequae habebat, neque supererat, quod exhaustis opibus sumeret, caperet. conf. Curt. 7, 8, 19. ⁷ *nisi amicorum possessiones*) in uno MS. *in praefigitur; in amic. possessiones*, i. e. in bona optimatum, quos adhuc amicos habuerat, & hac licentia sua abalienavit rebus suis. ⁸ *id huiusmodi erat*) res ita se habebat, sic erat comparata.

Cornel. Nep.

H

modi

modi erat, ut, cum milites ⁹ reconciliaffet, ¹⁰ amitteret optimates. Quarum rerum cura ¹¹ frangebatur, & ¹² insuetus male audiendi non aequo animo ferebat, ¹³ de se ab iis male existimari, quorum paullo ante in coelum fuerat elatus laudibus. vulgus autem, ¹⁴ offensa in eum militum voluntate, liberius loquebatur, & ¹⁵ tyrannum non ferendum dicitabat.

VIII. Haec ille ¹ intuens, cum, quemadmodum sedaret, nesciret, & ² quorsum evaderent, timeret: ³ Callicrates quidam, civis Atheniensis, qui simul cum eo ex Peloponneso in Siciliam venerat,

⁹ reconciliaffet) amicos sibi reddidisset. ¹⁰ amitteret optimates) offenderet primarios cives, eorumque gratia prorsus excideret. Metonymice optimates ponuntur pro favore optimatum. ¹¹ frangebatur, angebatur, debilitabatur, per metaphoram; *die Sorge nahm ihn sehr mit*. Sic casu alicuius frangi, Suet Aug. c. 65. ¹² insuetus male audiendi) nescius, non solitus probris aut maledictis impugnari. ¹³ de se male existimari) suam existimationem laedi; sinistre iudicari. Sic Sen. epist. 31; & de Ira 3, 2. Auctor de caus. corr. eloqu. 1, 3; Macrob. Sat. 2, 4; & Cic. in Verrem 2, 3. Sic bene existimare de aliquo. Idem fam. 15, 21; & 16, 4. ¹⁴ offensa in eum mil. vol. (cum & militum favor mutatus esset in odium. ¹⁵ tyrannum non fer.) non tolerandum esse eum, sed removendum, qui nunc ipse exercet tyrannidem, quam reprehendisset in Dionysio.

Cap. VIII. ¹ intuens) considerans, animadvertens, ut ¹², 1, 3. alii metuens, ut 7, 4, 1. ² quorsum evaderent) quem eventum sint habitura, quae nullo modo lenire posset. ³ Callicrates quidam) Callippum Plutarchus vocat. Brevi post eodem ille gladio, quo Dionem per-

4 homo & callidus & ad fraudem acutus, sine
 ulla religione ac fide, adit ad Dionem, & ait:
 eum in magno periculo esse, propter 5 offensionem 2
 populi & odium militum, quod nullo modo evitare
 posset, nisi 6 alicui suorum negotium daret, qui se
 simularet illi inimicum. quem si invenisset ido-
 neum, facile omnium animos cognitorum, adversa-
 riosque sublaturum, quod inimici 7 eius 8 dissidenti
 9 suos sensus aperturi forent. Tali consilio probato 3
 10 excipit has partes ipse Callicrates, & 11 se armat
 imprudentia Dionis: ad eum interficiendum so-
 cios conquirat: adversarios eius convenit, con-
 iurationem confirmat. 12 res multis consciis, 4

cusserat, interfectus fuit. *Plut. Dione extr. C.* 4 homo
 & callidus - - fide) Haec est genuina pseudopolitici de-
 scriptio, qui, ut fallere possit, omne ius & fas spernit,
 omnia divina & humana negligit. v. *Lips. Pol. 2, 14, 12.*
 5 offensionem) iram, malevolentiam, abalienatum ani-
 mum. 6 alicui suorum neg. daret) fideli cuidam amico
 rem committeret. Sic Datames per simulatam captus
 est amicitiam. 14, 10. & 11. 7 eius) Perizonius ad Minerv.
 p. 84. & 320. pronomen eius ad dissidenti refert, non ad
 inimicos: & subaudit homini. C. 8 dissidenti) ei, quem
 putarent Dioni esse infensum, *der mit ihm uneins ware.*
 9 suos sensus) sc. interiores, i. e. animi cogitata, inten-
 tiones, consilia. Simili fere arte usus est Augustus *Suet.*
 c. 15; & *Latinus Latiaris Tac. A. 4. c. 68. & 69.* 10 exci-
 pit has partes) sibi imponi finit hoc negotium. Proprie
 partes de actione personarum in comoediis dicuntur. 11 se
 armat impr. Dionis) metaphorica haec locutio indicat,
 audaciam hominis auctam esse & maiores inde sumpsisse
 vires, quod imprudens Dion decipi se passus sit. 12 res

quae gereretur, elata refertur ad Aristomachen, sororem Dionis, uxoremque Aretem. Illae timore perterritae ¹³ conveniunt cuius de periculo timebant. At ille negat, a Callicrate fieri sibi infidias, sed illa, quae agerentur, fieri ¹⁴ praecepto suo, **5** Mulieres nihilo secius Callicratem in aedem ¹⁵ Proserpinae deducunt, ac ¹⁶ iurare cogunt, *nihil ab illo periculi fore Dioni*. Ille hac ¹⁷ religione non modo ab ¹⁸ incepto non deterritus, sed ad ¹⁹ maturandum concitatus est, verens, ne prius consilium suum aperiretur, quam ²⁰ conata perfecisset.

IX. ¹ Hac mente proximo ² die festo, cum a conventu remotum se Dion domi teneret, atque in

multis consciis elata) conspiratio per plures eius confortes divulgata. Sic Caes. B. G. 1, 46. *in vulgus elatum est*. Ter. Phorm. 5, 7, 65. *Peccatum elatum foras*. ¹³ conveniunt) sc. eum, i. e. accedunt ad eum. ¹⁴ praecepto suo) quia ipse ita agi praeceperit. ¹⁵ Proserpinae) haec inferorum Dea praecipue in Sicilia culta est, quia Plutone ibi raptam fingeant. ¹⁶ ac iurare cogunt) Iurisiurandi formam Plutarchus refert talem, quae apud id genus hominum sanctissima erat. Scilicet facris certis in templo peractis, indutus vestem deae purpuream, & ardentem facem manu tenens iuravit. ¹⁷ religione) iurisiurandi praestiti. ¹⁸ incepto) interficiendi Dionis. ¹⁹ maturandum) celerius exsequendum. ²⁰ conata perfecisset) incepta peregisset. conf. Caes. B. G. 1, 3; Suet. Galb. c. 17. Sic *conata exsequi*, Vellei. 2, 29, 1; *patrare*, Lucret. 3, 386; *peragere*, Iuvenal. 13, 210.

Cap. IX. ¹ hac mente) dum hoc propositum mentenat. ² die festo) ἐν τοῖς ἑορταίοις, Proserpinae sacrae die, per cuius numen peieraverat, facinus patravit.

3 conclavi edito recubuisset, 4 consciis loca munitoria oppidi tradidit, domum custodibus 5 sepsit, foribus, qui non discederent; 6 certos praefecit: navem triremen armatis 7 ornat, 8 Philo-²stratoque fratri suo tradit: eamque in portu agitari iubet, 9 ut si exercere remiges vellet: cogitans, si forte consiliis obstitisset fortuna, ut haberet, 10 quo fugeret ad salutem. Suorum autem 3 e numero 11 Zacynthios adolescentes quosdam elegit, cum audacissimos, tum 12 viribus maximis: hisque dat negotium, ut ad Dionem eant inermes. sic ut 13 conveniendi eius gratia viderentur venire. hi propter 14 notitiam sunt intromissi. At illi, ut 15 limen eius intrarunt, foribus ob-⁴

Plutarch. p. 982. C. 3 conclavi edito) in superiori parte aedium. 4 a consciis) contribulibus suis, live coniurationis sociis. 5 sepsit) circumdedit. 6 certos) quosdam peculiariter delectos. 7 ornat) complet, instruit, apparat. Sic naves omni genere armorum ornatissimae, Caes. B. G. 3, 14; classis ornata armis, Lucret. 2, 42. Philostrato) ita MSS. Vulgo Philocrati. C. 9 ut si) ac si, quasi, als wenn. Sic Caes. B. C. 3, 24. naves triremes per causam exercendorum remigum prodire iussit. 10 quo fugeret ad salutem) quo se reciperet, sich zu salviren. 11 Zacynthios) ex insula maris Ionii Zacyntho, quae hodie Zante vocatur, oriundos. v. Tab. II. 12 viribus maximis) i. e. robustissimos. 13 conveniendi eius gratia) Facilis aditus fuit Zacynthiis, quorum insulam sedem habuerat Dion, cum bellum tyranno exsul inferret. Diodor. 16, 9. Plutarch. p. 967. C. 14 notitiam) quia Dioni & eius domesticis erant noti. Notitia h. l. passive sumitur, quando scil. ab aliis noscitur: active enim est, quando aliquid scimus. 15 limen) feratis

feratis in lecto cubantem invadunt; ¹⁶ colligant, ⁵ fit strepitus, adeo ut exaudiri posset foris. ¹⁷ Hic, sicut ante dictum est, quam invisa sit ¹⁸ singularis potentia, & ¹⁹ miseranda vita, qui se metui, quam ⁶ amari malunt, ²⁰ cuius facile intellectu fuit. Namque illi ipsi eustodes, ²¹ si propitia fuissent voluntate, foribus effractis servare eum potuissent, quod ²² illi inermes telum foris flagitantes vivum tenebant; cui cum succurreret nemo, Lyco quidam Syracusanus per fenestras gladium dedit, quo Dion interfectus est.

X. ¹ Confecta caede cum multitudo ² visendi gratia introisset, nonnulli ab ³ insciis pro noxiis conciduntur; nam celeri ⁴ rumore dilato, Dioni

conclave per ianuam, est Synecdoche partis pro toto. ¹⁶ colligant) *vinculis constringunt.* ¹⁷ Hic) *adverb. hoc loco, vel in hoc exemplo.* ¹⁸ singularis potentia) *monarchia, ubi unus imperat. Scripsit autem haec Nepos ante firmatam Caesarum dominationem. C.* ¹⁹ *miseranda vita, qui se metui malunt) Cic. Phil. 1, 14. metui & in odio esse, (est) invidiosum, detestabile, imbecillum, caducum. C. Et Ennius in Cic. Off. 2, 7. Quem metunt, oderunt: quem quisque odit, perisse expetit. Contra Timoleon (20, 3, 4.) maluit se diligere quam metui. 20 cuius facile int. fuit) quivis potuit facile intelligere. 21 si propitia fuissent vol.) si amantiore Dionis, si prona promptique fuissent ad succurrendum. 22 illi inermes telum foris flag.) Zacynthii sine gladiis intromissi gladium extrinsecus sibi porrigi anxie cupientes.*

Cap. X. ¹ *confecta caede) occisione peracta.* ² *visendi gratia) ut spectaret corpus occisi.* ³ *insciis) ignorantibus veros patricidii tanti autores.* ⁴ *rumore dilato) i. e. cum rumor ubique spargeretur, mox: ut*

vim

vim ⁵ allatam, multi concurrerant, quibus tale facinus displicebat. Hi falsa suspitione ducti, ² ⁶ immerentes ut sceleratos occidunt. Huius de morte, ut palam factum est, mirabiliter vulgi mutata est voluntas. Nam qui vivum eum tyrannum vocitarant, eundem liberatorem patriae, tyrannique expulsores ⁷ praedicabant. Sic ³ subito ⁸ misericordia odio successerat, ut eum suo sanguine, si possent, ⁹ ab Acheronte cuperent redimere. Itaque in urbe, ¹⁰ celeberrimo loco ⁴ elatus, ¹¹ publice sepulcri monumento donatus

palam factum est. Sic Suet. Aug. c. 14. Idem Iul. c. 13. fama distulit. Simpliciter Tac. A. 3, 12, 6; & 4, 25, 4. differtur. ⁵ allatam) i. e. illatam. Sic & Justin. 18, 7, 8. ⁶ immerentes ut sceleratos) innoxios & infontes ut facinorosos & noxios, vel pro noxiis, uti praecedit. ⁷ praedicabant) haec erant elogia mortui, nam livor post fata quiescit. ⁸ miser. odio successerat) Sen. de Ira 1, 16. Iram saepe misericordia retro egit. conf. Curt. 7, 1, 1; Horat. 3. Od. 24, 31. Vulgi affectus Euripo mutabiliores sunt. ⁹ ab Acheronte redimere) ad vitam revocare. Persimiliter Cicero pro Marcell. c. 6. si fieri posset. C. Caesar ab inferis excitaret interemtis proelio Pompeianos. Mollior quidem vox inferorum, quam Acherontis, quae aliquid poeticum videtur spirare; etiam usitatior est, v. gr. Cic. Catil. 2, 9. ut si salvi esse velint, Silla sit iis ab inferis excitandus. & Livius 26, 32. si ab inferis existat rex Hiero: tamen etiam altera usus est Cic. post Red. in Senat. c. 10. Metellos paene ex Acheronte excitatos. C. ¹⁰ celeberrimo loco) foro, uti ex consuetudine Graecorum Kirchmannus de Funer. 2, 26. indicat. Hi enim illustriora funera intra urbem, & quidem in foro, sepeliebant, quod multis ibidem exemplis probatum est. C. ¹¹ publice

est. ¹² diem obiit circiter annos quinquaginta quinque natus, ¹³ quartum post annum, quam ex Peloponneso in Siciliam redierat.

XI.

IPHICRATES.

ARGUMENTVM.

¹ Iphicrates non tam rebus gestis, quam disciplina militari & mutatis armis notus. ² bellum gessit cum Thracibus, & apud Corinthum exercitatissimo milite Lacedaemonios fugavit: Persarum conductitiis in Aegypto praefuit: & Epaminondam retardavit. ³ Admirabilis imperator, bonus civis, magnaque fide, suorum semper favore usus. Haec filius scite exprobravit uxorem barbaram.

Iphicrates Atheniensis non tam ¹ magnitudine rerum gestarum, quam disciplina militari

sepulcri monumento donatus) publico decreto monumentum exstructum est, ut publice inciso ab elatus separatur. Sepulcri vero monumentum nihil tautologum suspectumve habet, ut frustra Lambinus timebat. Nam etiam Cicero easdem voces coniunxit Tusc. 1, 14. Quid ipsa sepulcrorum monumenta, quid elogia significant, nisi nos futura etiam cogitare? C. 12 diem obiit) mortuus est; plenius diem obiit supremum, supra 1, 7, 6; &c. 13 quartum post annum, quam &c.) i. e. quarto anno postquam; ut supra 3, 3, 3. conf. 10, 5, 3.

Cap. 1. 1 non tam magnitudine) Quidam libri non tam genere & magnitudine rerum gestarum, alii non tam genere, quam magnitudine. Sane genus eius haud clarum fuit, qui Plutarcho teste Apophthegm. p. 186. ² nobi-

² nobi-

2 nobilitatus est. Fuit enim talis dux, ut non solum 3 aetatis suae cum primis compararetur, sed ne 4 de maioribus natu quidem quisquam antepo-
neretur. 5 Multum vero in bello versatus, saepe 2
exercitibus praefuit, nusquam 6 culpa (sua) male
rem gessit, semper 7 consilio vicit; 8 tantumque
eo valuit, ut multa in re militari partim nova
attulerit, partim meliora fecerit. namque ille 3
9 pedestria arma mutavit, cum 11 ante illum im-
peratorem maximis clypeis, brevibus hastis, mi-
nutis gladiis, uterentur. Ille e contrario 12 pel- 4

οἰός εἶναι σκυτοτόμος, Cerdonis filius esse putabatur, vel,
ut alii volunt, futoris. Unde cuidam ex Harmodii
posteris, generis ignobilitatem exprobranti, respondit,
τὸ μὲν ἐμὸν ἀπ' ἐμῆ γένος ἀρχεται, τὸ δὲ σὸν ἐν τοῖς
πύλαις. C. 2 nobilitatus est) innotuit, gloriam con-
secutus est. Aristoteles in Rhet. nonnulla habet ex
eius orationibus, quae indicant, in eo non imperato-
rias tantum, sed & oratorias artes fuisse. vid. Iustin. 6, 5, 5.
3 aetatis suae cum primis) cum praecipuis ducibus illius
temporis. 4 de maioribus natu) quos imperatores ante
eum habuerunt Athenienses. 5 multum in bello versa-
tus) multis expeditionibus bellicis interfuit. 6 nus-
quam culpa sua) Addunt sua manuscripti quidam libri,
ut fortius culpae alienae opponatur. Non enim sem-
per vicit, sed etiam male rem gessit, praeter tamen
culpam suam. v. gr. in Aegypto culpa Pharnabazi apud
Diodorum 15, 43. C. 7 consilio) non modo delibera-
tionem rei suscipiendo, sed & prudenter rem admini-
strando. 8 tantum eo valuit) consilio adeo excelluit.
9 attulerit) invenerit, instituerit. 10 pedestria arma) qui-
bus pedites in bello utuntur. 11 ante illum imp.
tequam Iphicrates imperator esset. 12 peltam p
ma fecit) Et pelta & parma breve scutum, si e

tam pro parma fecit, a quo postea ¹³ *peltastae* pedites appellantur: ut ¹⁴ ad motus concursusque essent leviores. hastae ¹⁵ modum duplicavit: gladios longiores fecit. Idem genus loricarum mutavit, & ¹⁶ pro ferreis atque aeneis linteas dedit. Quo facto ¹⁷ expeditiores milites reddidit. nam ¹⁸ pondere detracto, quod ¹⁹ aequè corpus tegetet & leve esset, ²⁰ curavit.

gnis Romanorum comparetur: pelta tamen brevior & minor, quam parma. Suidae pelta ἀσπίδιον τετραγώνον, parvum scutum quadrata forma: & si Amazonia intelligitur, instar hederæ folii, ut ex Xenophonte Polux notat l. 10, 6. unde lunatae sunt Virgilio Aen. 1, 490. Parma vero tripedalis memorata Liv. 38, 11. Heic sane maioris formæ intelligitur, ut maximis clypeis n. 3. respondeat, quemadmodum Diodorus 15, 44. μεγάλα ἀσπίδα vocat, eique opponit πέλτην σύμμετρον. C. 13 *peltastae*) *peltati* a Lactantio vocantur. v. Rigaltii Glossarium tacticum p. 143. 14 *ad motus concursusque*) sc. in proelio, quum congregiendum & proeliandum est cum hostibus. 15 *modum*) i. e. longitudinem. Duplo longiores, quam antea, fecit hastas; vel, dicente Diodoro, hastas magnitudine sesquialtera auxit. 16 *pro ferreis atque aeneis linteas*) quod Silio 3, 27. est lino munire lorice. Variis gentibus usus huiusmodi loricae erat. Strabo 3. pag. 106. de Lusitanis, λινωδώρακες οἱ πλείους. Herod. 7, 63. Assyriis militibus λινέες θώρηκες assignat. Nec Romanis ignotum hoc genus corporis muniendi. Suet. Galba c. 19. lorice induit linteam. Quomodo autem ita firmiter, ut ferro resistat, disputant Casaubonus ad Suet. c. 1. & Ferrarius de Re Vest. P. 2. l. 4. c. 11. C. 17 *expeditiores*) habiliores ad dimicandum. 18 *pondere*) loricarum & armaturæ gravioris. 19 *aeque*) non eben so wohl. 20 *curavit*) procuravit: paravit.

nesthea filium reliquit ex ¹⁷ Thressa natum, ¹⁸ Coti regis filia. Is cum interrogaretur, ¹⁹ *utrum* ²⁰ *pluris patrem matremve faceret; matrem*, inquit. Id ²¹ cum omnibus mirum videretur; *est ille, merito*, inquit, *facio*. Nam ²² *pater*, *quantum in se fuit, Thracem me genuit: contra ea ²³ *mater Atheniensem*.*

XII.

CHABRIAS.

ARGUMENTVM.

1. Chabrias Thebanis auxilio missus, novo pugnandi genere magnam gloriam adeptus est. 2. Regnum constituit Nectanebo Aegyptio sua sponte, Evagorae Cyprio, publice: iterum Aegyptios contra Persas adiutum profectus. 3. Revocatur foedere Atheniensium cum Persis: domo tamen propter civium invidiam,

¹⁷ Thressa) foemininum est a Thrax, quod notat incolam Thraciae. ¹⁸ Coti regis filia) Iphicrates missus adversus Thraciae regem Cotyn, bis acie victus foedus cum eo percussit, & filiam duxit uxorem. Senec c. l. Quamquam parum gratus focer erga generum fuit. Demosthen. contra Aristocratem p. 746. Scribitur Cotus & Cotys. C. ¹⁹ *utrum*) quem ex parentibus suis, *welchen von beyden eltern* ²⁰ *pluris faceret*) praeferret, maioris aestimaret. Nam puero obiici solebat, quod matrem haberet Thressam, verum respondit ille: & Deorum matrem Idaeam esse. v. Sen. de Tranqv. an. 2, 18. ²¹ *cum omnibus mirum vid.*) quoniam exterae mulieres alias apud Graecos parvi aestimabantur. ²² *pater Thracem me genuit*) quia Thressam uxorem duxit. Sic patris cum barbara matrimonium carpere voluit, cuius culpa sit, si quid a moribus Graecorum alienum haberet. ²³ *mater Atheniensem*) sc. genuit, & quidem ex complexu viri Atheniensis, cui illa nupsit.

quantum licebat, plerumque abest. 4. Periit sociali bello privatus in Chio insula, cum portum intrasset, desertus a ceteris navibus.

1. Chabrias Atheniensis. Hic quoque¹ in summis habitus est ducibus, resque multas memoria dignas² gessit. Sed ex his³ elucet maxime inventum eius in⁴ proelio, quod apud Thebas fecit, cum⁵ Boeotiis subsidio venisset. namque in eo⁶ victoria fidente summo duce Agesilao, fugatis iam ab eo⁷ conductitiis catervis, reliquam⁸ phalangem loco vetuit cedere, ⁹ obnixoque genu scuto proiectaque hasta impetum excipere ho-

Cap. I. 1 in summis habitus est ducibus) relatus est inter duces, eosque summos, non tam fastigio imperatoriae dignitatis quam virtutis. 2 gessit) quin etiam dixit memorabilia, teste Plutarcho in Apophthegm. 3 elucet) illustre & praeclarum est. 4 proelio, quod apud Thebas fecit) Hoc secundum proelium Thebani belli, cui praecessit illud ad Coroneam, infra Agesil. c. 4. Diodor. 14, 85. secuta ad Naxum. Diodor. 14, 34. Leustra & Mantineam; nosier Epaminondas c. 7. & 9. Ceterum proelium facere expositum supra est 9, 5, 2. C. 5 Boeotiis) populis Boeotiae, quae regio media inter Atticam & Thessaliam, cuius caput sunt Thebae. 6 victoria fidente Agesilao) i. e. cum Agesilaus cum suis Lacedaemoniis iam fideret victoria, i. e. victoriae qualicumque successu, ex quo sibi plenum successum promittebat. 7 conductitiis) mercenariis. conf. II, 2, 4. 8 phalangem) aciem s. ordinem militum modo quodam peculiari dispositum. 9 obnixoque genu scuto proiectaque hasta) Diodorus 15, 32. Chabrias iussit τὰς ἀσπίδας πρὸς τὸ γένυ κλίναντας ἐν ὀρθῷ τῷ δόρατι μένειν. Scutum ergo inclinabant ad genu, quo subsidebant: vel, quod idem est, genu firmiter applicabant ad scutum: hastam ante se erigentes. Hoc stium

stium docuit. ¹⁰ Id novum Agesilaus intuens, progredi non est ausus, suosque iam ¹¹ incurrentes ¹² tuba revocavit. Hoc usque eo ¹⁴ tota ³ Graecia fama celebratum est, ut ¹⁵ illo statu Chabrias sibi statuam fieri voluerit, quae publice ei ab Atheniensibus in foro constituta est. Ex quo factum est, ut postea ¹⁶ athletae, ceterique artifices his statibus in statuis ponendis uterentur, ¹⁷ in quibus victoriam essent adepti.

Chabrias autem multa in Europa bella adm- II. nistravit, cum dux Atheniensium esset. multa in

enim proicere valet, die pique faellen. sicut Sisenna apud Macrobius Sat. 6, 4. dixit, *Marsi scutis proiectis tecti saxa certatim coniciunt in hostes.* C. ¹⁰ id novum intuens) sc. inventum. In nonnullis MSS. est *contuens*, i. e. contemplans, speculatus, accurate & veluti fixo oculo inspiciens. ¹¹ incurrentes) impetum facientes. Sic Flor. 1, 9, 7. Curt. 9, 5, 8; Sil. 4 v. 143. ¹² tuba revocavit) receptui canens inhibuit. ¹³ usque eo) idem quod adeo. Sic & 10, 4, 5; & 16, 3, 1. ¹⁴ tota Graecia) in tota Graecia. Sic praefat. 5; & 11, 2, 3. ¹⁵ illo statu sibi statuam fieri) Diodor. 15, 33. *εἰκόνας ἐχέσας τῷ τοῦ στήματος.* C. Status h. l. est positio corporis, quae in logicis vocatur *situs*; in der positur. ¹⁶ athletae (*ἀπὸ τῆ ἀθλητικῆ* quod est certare) pugiles luctantes & certantes armis. ¹⁷ in quibus victoriam) vulgo cum victoriam, quod falsum. Nam ceteris artificibus, hoc est scenicis, musicis, pantomimis, non conveniebat status Chabriae. Sensus ergo: quisque statum illum in statua sua voluit expressum, in quo vicerat. Confirmat doctorum coniecturam codex Ernstii, quo clare expressum est *in quibus C.*

Aegy-

- Aegypto ¹ sua sponte gessit. nam ² Nestanebum adiutum profectus regnum ei constituit.
- ² Fecit idem ³ Cypri, sed ⁴ publice ab Atheniensibus ⁵ Evagorae adiutor datus: neque prius inde discessit, quam totam ⁶ insulam bello devinceret, qua ex re Athenienses magnam gloriam sunt adepti.
- ³ Interim ⁷ bellum inter Aegyptios & Persas ⁸ constat: & Athenienses cum Artaxerxe societatem habebant, Lacedaemonii cum Aegyptiis, ⁹ (a)

Cap. II. ¹ sua sponte) non publica Atheniensium auctoritate, ut mox fecit in Cypro. C. ² Nestanebum adiutum) ut Nestanebo Aegyptii regni contra partem aemulo auxilium ferret. ³ Cypri) in insula Cypro vid. Tab. III. ⁴ publice) non sua sponte, ut in Aegypto antea. C. ⁵ Evagorae adiutor) Evagoras rex Cypri Salaminus, idem vel filius eius, ad quem fugit Conon, ex proelio apud Aegos flumen. Plutarch. p. 439. oppressus a Nicocle regni invasore. Diodor. 15, 47. filium reliquit eiusdem nominis, post varia fata supplicio tandem affectum. Idem 16, 42, 46. De Chabriae expeditione pro hoc regulo Xenophon rer. Graec. sub init. lib. 5. Χαβρίας ἐξέπλοι ἐς Κύπρον βοηθῶν Ἐυαγόρα. C. ⁶ insulam) Cyprum. ⁷ bellum inter Aegyptios & Persas) Aegyptii a Cambyse domiti, defecerunt sub Darii extremo imperio: rursus in ordinem aliquatenus redacti, graviolem defectionem moliti sunt sub Artaxerxe Mnemone. Vid. Histor. Antiq. C. ⁸ constat) ex variis causis hinc & inde sumtis susceptum est. Sic bella constat: dicuntur infra 18, 3, 1. conf. Cic. Phil. 2, 28; Hirt. B. C. c. 6; & B. Alex. c. 1; Vellei. 2, 55, 2. ⁹ a quibus magnas praedas) Suspecta propositio: quibus tertio casu convenierit, ut pro Aegyptiis Agesilaus, eorum amicus, ab hostibus Persis & Persico imperio subiectis praedam fecisse intelligatur. Ceterum praedam facere, Ciceronis etiam est in Verr. Frumentaria quibus

quibus magnas praedas Agefilaus ¹⁰ rex eorum faciebat. Id intuens Chabrias, cum in re nulla Agefilao cederet, sua sponte ¹¹ eos adiutum profectus, Aegyptiae classi praefuit pedestribus copiis Agefilaus.

Tum praefecti regis Persiae legatos miserunt III. Athenas ¹ questum, quod Chabrias adversus regem ² bellum gereret cum Aegyptiis. Athenienses ³ diem certam Chabriae praestituerunt, ⁴ quam ante domum nisi rediisset, ⁵ capitis se illum damnaturos ⁶ denuntiaverunt. ⁷ Hoc ille nuntio Athe-

c. 50. extr. cum senserit, inquit; ipsum maximos quaestus praedasque fecisse. C. Si retineatur praepositio, praedas facere idem erit ac muneribus donari, ut colligere licet ex 17, 8, 6. ¹⁰ rex eorum) cui tempore belli falus reipublicae tuendae tradita erat a Lacedaemoniis. ¹¹ eos adiutum) ut Aegyptios adiuveret etiam iniussu & sine suffragio populi sui Atheniensis.

Cap. III. ¹ questum) i. e. querendi causa, vel, ut quererentur. ² bellum gereret cum) pro Aegyptiis. Bellum gerere CVM quo plerumque significat Contra, Adversum: heic singulariter pro quo, *συμμαχῆν*, quia ² vulgari sensu verbis, adversum regem, distinguitur. Simili modo Eutropius 7, 2, 5. Antonius cum Caesare contra Brutum & Cassium dimicaverat. & S. Ruffus c. 25. cum contra innumeram multitudinem cum paucis acriter dimicasset. C. ³ diem praestituerunt) definitur. Cic. in Verr. de Praet. Urb. c. 36. extr. diem praestituit operi faciundo Kalendas Decembres. Idem pro Quintio c. 9. ut nobis tempus, quamdiu diceremus, praestitueros. C. ⁴ quam ante) pro ante quam sc. diem, per Anastrophem. ⁵ capitis damnaturos) sc. supplicio; sic wolten ihn am leben strafen. ⁶ denuntiaverunt) severe minati sunt. Sic Cic. Att. 2, 23; Curt. 7, 7, 15. ⁷ hoc nas

nas rediit, neque ibi diutius est moratus, quam fuit ⁸ necesse. ⁹ Non enim libenter erat ante oculos civium suorum: quod & ¹⁰ vivebat lante, & ¹¹ indulgebat sibi liberalius, quam ut invidiam vulgi posset ¹² effugere. Est enim hoc commune vitium in magnis liberisque civitatibus, ut ¹³ invidia gloriae comes sit: & libenter ¹⁴ de his detrahant, quos eminere videant altius: ¹⁵ neque animo aequo pauperes alienam ¹⁶ opulentium intrantur fortunam. Ita Chabrias, quoad ei licebat, ¹⁷ plurimum aberat. Neque vero solus ille aberat

nuntio) scilicet audito, i. e. postquam hoc comperit, 2 necesse) necessarium ad causam dicendum & ad puniendum crimen. 9 non lib. erat ante oculos civ.) conspectum eorum fugiebat, quantum poterat. conf. de Tiberio Tac. A. 4, 67, 1; & 6, 10, 2. 10 vivebat lante) Theopompus apud Athenaeum 12, 8. p. 532. in Chabria notat ἀσέλγειαν καὶ πολυτέλειαν τὴν περὶ τοῦ βίου. C. 11 indulgebat sibi) nimis deliciis utebatur, *er that sich etwas zu gute.* De tali huius & aliorum ducum vitio v. Rhodig. Lect. ant. 9, II. 12 effugere) declinare, evitare. Sic supra 3, 8, 1. 13 invidia gloriae comes) Velleius 1, 9, 6. Assidua eminentis fortunae comes invidia altissimisque adhaeret; & 2, 40, 5. Numquam eminentia invidia carent. C. Adde Tac. Agr. 1, 1. 14 de his detrahant) horum famam obtrectando imminuant. Sic infra 20, 5, 3; Cic. fam. 3, 8; & pro Rabir. c. 7; Ammian. 30, 29. 29 neque animo aequo intrantur) Tac. H. 2, 20, 4. Inrita mortalibus natura, recentem aliorum felicitatem aegris oculis introspicere. conf. Sallust. Cat. c. 27. 16 opulentium) pro opulentorum. Vtrumque dicitur opulens & opulentus. Sallust. lug. c. 9. Civitas magna & opulentus. conf. Plaut. Curc. 2, 3, 5; Aufon. Idyll. 2, 7. 17 plurimum) rat

erat Athenis libenter, sed omnes fere ¹⁸ principes fecerunt idem: quod tantum se ¹⁹ ab invidia putabant futuros, quantum a conspectu suorum ²⁰ recessissent. Itaque ²¹ Conon plurimum Cypri vixit, ⁵ Iphicrates in Thracia, ²² Timotheus ²³ Lesbi, Chares in ²⁴ Sigaeo. ²⁵ Dissimilis quidem Chares eorum factis & moribus, sed tamen Athenis & honoratus & potens.

Chabrias autem periit ¹ bello sociali tali modo. IV.

² Oppugnabant Athenienses Chium. erat in classe Chabrias ³ privatus, sed ⁴ omnes, qui in ma-

saepissime, omni fere tempore. Sic Ter. Phorm. I, 4, 17. domum ire pergant, ibi plurimum est. ¹⁸ principes) optimates, primum inter cives locum habentes. ¹⁹ ab invidia futuros) pro afuturos, h. e. nulli invidiae subiectos fore. ²⁰ recessissent) se subduxissent, se remotos tenuissent. ²¹ Conon plurimi Cypri &c.) Haec & quae ad caput usque IV. sequuntur, de verbo expressa sunt ex Theopompi 13. Philippicorum, apud Athenaeum 13, 8. p. 532. C. ²² Timotheus) cuius vita proxime sequitur. ²³ Lesbi) in insula maris Aegaei. v. Tab. II. ²⁴ Sigaeo) oppido & promontorio Phrygiae non procul ab Ilio, ubi Achillis sepulcrum. ²⁵ Dissimilis Chares eorum factis & moribus) Fuit tardus in rebus agendis, & effusus in deliciis. Athenaeus l. c. Χάριτος νοσηρὸν ὄντος καὶ βραδέως καὶ τοὶ γε καὶ πρὸς τευφὴν ἠδονήσαντος. C. Dux fuit in promissis facilis & promptus; unde istud Caretis pollicitationes, Suid.

Cap. IV. ¹ bello sociali) vid. supra II, 3, 3. ² oppugnabant Chium) quia Chius ex quatuor sociis civitatibus una erat, quae bello sociali defecerant. Diodor. 16, 21. C. v. Tab. II; & Plin. 5, 31. ³ privatus) sine imperio, opponuntur illis, qui in magistratu erant, idem magistratu

gistratu erant, auctoritate anteibat, ⁵ eumque magis milites, ⁶ quam qui praeerant, aspiciebant. Quae res ei ⁷ maturavit mortem, nam dum primus studet ⁸ portum intrare, & ⁹ gubernatorem iubet eo dirigere navem, ¹⁰ ipse sibi perniciem fuit. **2** Cum enim ¹¹ eo penetrasset, ¹² ceterae non sunt secutae. Quo facto ¹³ circumfusus hostium concursu, cum fortissime pugnaret, navis ¹⁴ rostro percussa coepit ¹⁵ fidere. hinc cum refugere posset, si se in mare deiecisset, quod ¹⁶ suberat classis Atheniensium, quae exciperet natantem; perire maluit, quam ¹⁷ armis abiectis navem relinquere, in qua fuerat vectus. Id ceteri facere

qui praeerant. Secundum Diodorum 16, 7. *επαρνεος* cum Charete. C. 4. *omnes auct. anteibat*) maiorem habebat auctoritatem quam Praefecti. 5 *eumque aspiciebant*) i. e. observabant, colebant, reverebantur. Sic *aspectare* Tac. A. 1, 4, 1. *Et sintueri* Liv. 37, 54. 6 *quam qui praeerant*) quam eos, qui praeerant. Similis ellipsis supra 10, 9, 5. 7 *maturavit*) tanto citius attulit. 8 *portum*) insulae Lesbi. 9 *gubernatorem*) scil. navis suae, cuius officium est navem dirigere, v. Scheffer. de Mil. nav. 4, 6. 10 *ipse sibi pern. fuit*) sibi metipsum nocuit & exitium contraxit. 11 *eo penetrasset*) in portum illum venisset satis cum periculo. 12 *ceterae*) sc. naves. 13 *circumfusus host. conc.*) cinctus undique ab hostibus concurrentibus. 14 *rostro percussa*) Rostrum inter arma navis militaris ferreum, sub proa carinae praefixum. Ad Schefferum de Mil. navali 2, 5. C. 15 *fidere*) i. e. demergi. Apud Sen. Suasor. 1. *Iam fidere imo navigia* conf. Horat. Epod. 5, 79. 16 *suberat*) non procul aberat. 17 *armis abiectis*) quod probrum habetur & dedecus militare v. Bernegg.

nolue-

noluerunt, qui nando in tutum pervenenerunt. At ille ¹⁸ praestare honestam mortem existimans turpi vitae, cominus pugnans telis hostium interfectus est.

XIII.

TIMOTHEUS.

ARGUMENTVM.

Timotheus Olynthios & Byzantios subegit, Samum cepit, Cetyu spoliavit, Cyzicum obsidione liberavit, Ariobarzani auxilio venit. 2. Lacedaemonios fugavit, Corcyram cepit, & tot socios Atheniensibus adiunxit, ut Lacedaemonii maris imperio cederent, Paci ara, Timotheo statua posita. 3. Senex Menestheo in consilium datur; dum caute agit, a temerario Charete prodicionis accusatur: damnatus Chalcidem se confert. 4. Multa post mortem minuitur, filiusque muros rescire cogitur. Probitatis Timothei testis etiam Iason fuit cum periculo dominationis suae: quem adversus ipse postea bellum gessit, patriae sanctiora iura, quam hospitii ducens.

Timotheus, ¹ Cononis filius Atheniensis. Hic a patre acceptam gloriam multis ² auxit

qu. misc. 29. & not. in Iustin. 33, 2, 3; Sen. de Benef. 5. 3. 18 praestare) praeferendum esse, Tac. Agr. 33, II. honesta mors turpi vita potior.

Cap. I. 1 Cononis filius) & matris Thressae, amicae Cononis, non uxoris. Athenaeus 13. p. 577. *Ἀταίγας υἱὸς Θραύτης τὸ γένος, Σεμενῆς δὲ ἑλλῆς τὰς τρώπας.* C. 2 au-
vir-

virtutibus, ³ fuit enim disertus, impiger, laboriosus: rei militaris peritus, neque minus ⁴ civitatis regendae. Multa huius sunt praeclare facta, sed haec maxime illustria. ⁵ Olynthios & ⁶ Byzantios bello subegit. ⁷ Samum cepit: in qua oppugnanda superiore bello Athenienses mille & ducenta ⁸ talenta consumserant. ⁹ id ille ¹⁰ sine ulla publica impensa populo ¹¹ restituit. Adversum ¹² Cotym bella gessit, ab eoque mille & ducenta

xit virtutibus) scilicet ingenii & doctrinae. Rarum hoc est, parentum vestigiis ita insistere, ut eorum gloria conservetur, augeatur, superetur. conf. Iustin. 29, 1, 8; & 42, 2, 3. cum not. Bernegg. 3 fuit disertus) Cic. de Orat. 3, 34. Isocratem eum instituisse testatur. Idem Off. 1, 32. Timotheus, Cononis filius, cum belli laude non inferior fuisset, quam pater: ad eam laudem doctrinae & ingenii gloriam adiecit. C. 4 civitatis regendae) sc. peritus, quae non minor, immo maior virtus est, quam peritia militaris. Liv. 2, 43. Excellentibus ingeniiis citius defuerit ars, qua civem regant, quam qua hostem superent. C. conf. supra 2, 6, 2. 5 Olynthios) Olynthus urbs Thraciae sui iuris erat, quamquam in finibus Macedoniae sita. (vid. Tab. II.) A variis ergo bello petita, aut in foedus adscita fuit. Huius expeditionis meminit etiam Demosthenes Olynth. 2. p. 23. ἐπὶ Τιμοθέως πρὸς Ὀλυνθίους. C. 6 Byzantios) Byzantium nobile oppidum Thraciae, v. Tab. II. 7 Samum) insulam maris Aegaei. vid. Tab. II. 8 talenta) quorum unum conficiebat 250 thaleros, & quod forte excurrit. 9 id) scil. omne, quod consumserant. 10 sine publica impensa) sine pecunia publice aut viritim collecta, cum aerarium esset exhaustum. 11 restituit) & quidem in eadem summa per praedam, de qua statim sequitur. 12 Cotym) Lambinus dicit Paphlagoniae regem, cui talenta

talenta praedae ¹³ in publicum retulit. ¹⁴ Cy-
zicum obsidione ¹⁵ liberavit. ¹⁶ Ariobarzani ³
simul cum Agefilao ¹⁷ auxilio profectus est: a
quo cum ¹⁸ Laco ¹⁹ pecuniam numeratam ac-
cepisset, ille cives suos ²⁰ agro atque urbibus
augeri maluit, quam id sumere, cuius partem

Courtinus consentit: neuter vero probavit. Cotys au-
tem Thraciae notissimus rex, Atheniensium hostis &
ante Iphicratis a. finitatem, & post illam minime illis
fidelis, quippe quibus bellum intulit & oppida quae-
dam eripuit. *Demosthen. adv. Aristocratem f. 746.* Nec
quem nominis, ut apparet, discrimen moveat: in
Iphicrate *Cotus*, heic *Cotys* scriptum. Demosthenes
enim c. l. Iphicratis socerum non *Cotum* vocat, sed *Co-
tyn*, Graece *Κότυς*. C. ¹³ in publicum retulit) Athenas
reportavit, & publice civibus divisit, ut qui belli sum-
ptus contulissent, eius etiam fructum acciperent. Nam
sic veteres secus ac hodie praedam ad publicum usum
& incrementum civitatis converterant. ¹⁴ *Cyzicum*)
oppidum Mysiae ad Propontidem. vid. Tab. III. ¹⁵ li-
beravit) Memorat hanc liberationem etiam Diodorus
15, 81. extr. non autem addit, a quo hoste urbs fuerit
obsessa. C. ¹⁶ *Ariobarzani*) Persico praefecto Lydiae,
Ioniae totiusque Phrygiae. *Datame c. 2. n. 5.* aut so-
lius Phrygiae, *Diodor. 15. 90.* postea regulus cuiusdam
provinciae in Asia factus, *ibidem*. C. ¹⁷ *auxilio*) ut
ferret auxilium. ¹⁸ *Laco*) idem quod *Lacedaemonius*:
h. l. pro *Agefilao*, per antonomasiam. conf. 7, 10, 2.
¹⁹ *pecuniam numeratam accepisset*) quam tamen ipse
etiam *Agefilao* in suam domum minime contulisse
dicitur infra 17, 7, 3. ²⁰ *agro atque urbibus*) scil. pos-
sionibus longe melioribus quam pecunia est, quae
mox consumi potest.

21 domum suam ferre posset. Itaque accepit
22 Crithoden & 23 Sestum.

II. Idem classi praefectus 1 circumvehens Pe' spon-
nesum, 2 Laconicam populatus & gem 3 eorum
fugavit. 4 Corcyram sub imperio Atheniensium
redegit: sociosque idem adiunxit Epirotas, 5 Atha-
manas, Chaonas, omnesque eas gentes quae 6 ma-
re illud adiacent. Quo facto Lacedaemonii de di-
utina 7 contentione destiterunt, & sua sponte
Atheniensibus imperii maritimi 8 principatum

21 domum suam ferre) sibi reservare & privati com-
modi causa attribuere. Eandem Curii abstinentiam
laudat Anr. Victor Vir. ill. c. 33; ut & Mummii c. 60.
22 Crithoden) oppidam Hellepontii in Chersoneso Thra-
ciae, Strab. 10. p. 316. & Steph. Byz. Mire depravant
libri hoc nomen: emendatio Gebhardi est quem Bo-
sius sequitur. C. 23 Sestum) itidem oppidum in Cher-
soneso Thraciae. v. Tab. II.

Cap. II. 1 circumvehens) pro circumvectus sc. classe.
Sic Cie. de Clar. Orat. c. 97. Quadrigis vehens, i. e. ve-
ctus. 2 Laconicam) regionem seu terram Lacedaemo-
niorum. 3 eorum) sc. Lacedaemoniorum. 4 Corcyram)
Haec prima & prospera expeditio in Corcyram, iu-
sulam maris Ionii, v. Tab. II. quam Xenophon extre-
mo lib. V. Graec. memorat. Τιμόθεος περιπλεύσας,
Κορκύραν μὲν εὐδύς ὑφ' ἑαυτῶ ἐποίησάτο: altera in-
felix, dum auxilia quaerendo amisit occasionem in-
sulae liberandae. Diodor. 15, 47. Xenoph. 6. f. 342. C.
5 Athamanas, Chaonas) Epiri populos, illos iuxta Pindi-
duga in mediterraneis: hos ad mare, vid. Tab. II.
Non tam ergo distingui videntur ab Epirotis, quam
illorum esse explicatio. C. 6 mare) sc. Ionium, gen-
tes autem mare adiacentes) sunt maritimae. 7 contentio-
ne) nempe de imperio maritimo, de quo longam disce-
ptationem nunc finierunt. 8 principatum) quem per
con-

nam eos adoriuntur. Ille cum quid ageretur, aut quare fieret, ignorarent, coacti sunt cum eis pugnare, ad quos transferant; ²¹ ab hisque stare, quos reliquerat. ²² quibus cum ²³ neutri parcerent, celeriter concisi. Reliquos Pisidas resistentes Datames invadit: primo impetu pellit, fugientes persequitur, multos interficit, castra hostium capit. ²⁴ Tali consilio uno tempore & proditores ²⁵ perculit, & hostes profligavit: & quod ad perniciem fuerat cogitatum, id ²⁶ ad salutem convertit. Quo neque ²⁷ acutius ullius imperatoris cogitatum, neque celerius factum usquam legimus.

Ab hoc tamen viro Scismas ¹ maximo natu filius VII. cecidit, ad regemque transit, & de defectione patris ² detulit. quo nuntio Artaxerxes com-

i. e. maiorem ipsis calamitatem & perniciem afferrent. ²¹ ab his) a vel ab interdum notat locum, ubi quis versatur, ut ab alicuius partibus stare: & sic h. l. ab his i. e. in eodem loco vel parte. ²² quibus) per fugis. ²³ neutri) nec Pisidae, nec Datamis copiae. ²⁴ tali consilio) tam astuto invento. ²⁵ perculit) vicit, contudit. ²⁶ ad salutem convertit) Similiter Ter. And. 1, 48. posse iam ad salutem converti hoc malum. Ita ipsa providentia divina corrigere solet, quod piis struitur exitium. ²⁷ acutius cogitatum) describitur id, quod Graeci *σφατήννα* vocant. conf. Ter. Phorm. 1, 5, 53.

Cap. VII. ¹ maximo natu filius) Eleganter pro eo, quod vulgo dicitur *maximus natu*, ut est infra 17, 1, 5; & apud Terentium Adelphi. 5, 4, 27. Sic noster quoque supra, Pausan. c. 5. *mater magno natu*. C. ² detulit) patris sui impius proditor factus retulit, quae-
cumque voluit.

motus, quod intelligebat sibi cum viro forti ac strenuo ³ negotium esse, ⁴ qui, cum cogitasset, facere auderet; & prius cogitare, quam conari consueisset; ⁵ Autophradatem in Cappadociam mitit. Hic ne intrare posset, ⁶ saltum in quo Ciliciae portae sunt sitae, Datames ⁷ praecoccupare studuit. Sed tam subito copias contrahere non potuit. ⁸ a qua re depulsus, cum ea manu, quam contraxerat, locum delegit talem, ut neque circumiretur ad hostibus, neque praeteriret adversarius, quin ⁹ ancipitibus locis premeretur: & si dimicare cum ¹⁰ eo vellet, ¹¹ non multum obesse multitudo hostium ¹² suae paucitati posset.

³ negotium esse) arduam rem esse, *er habe keinen schlechten mann für sich.* ⁴ qui cum cogitasset &c.) qui praemissis consultationibus facta nosset iungere eaque maturare. Nam ut ait Sallustius Catil. c. 1. *Prinquam incipias consulto, & ubi consulueris, mature facto opus est.* ⁵ Autophradatem) Hic iussu regis bello eos persequabatur, qui defecerant, *supra c. 2. n. 1.* Idem nomen etiam Polyaeus habet lib. 7, 14. & 27. & Frontinus 2, 9. C. ⁶ saltum, in quo Ciliciae portae) Plures portae Ciliciae, sive asperi tres aditus & perangusti, quorum una Cilicia intranda est, ut Curtius ait 3, 4, 7. Haec septentrionales portae, quibus ex Cilicia in Cappadociam transitur, intelliguntur, quia Autophradates in Cappadociam missus dicitur, utpote quam regionem una cum Paphlagonia tenebat Datames. ⁷ praecoccupare) militibus & operibus praemunire. ⁸ a qua re depulsus) a cuius rei proposito retardatus & inhibitus, *da ihm der Anschlag misslungen.* conf. 2, 5, 1. ⁹ ancipit. locis prem.) a fronte & a tergo. conf. 2, 3, 3. urgeretur, veniretur. ¹⁰ eo) Autophradate. ¹¹ non multum obesse) parum nocere, parum damni afferre. ¹² suae paucitati) exiguis suis copiis. Sic Curt. 3, 3, 28.

Haec

Haec etsi Autophradates videbat, tamen ¹statuit VIII. ²congrredi, quam cum tantis copiis ³refugere, aut tam diu uno loco ⁴sedere. Habebat barba- ²rorum equitum viginti, peditum centum millia, quos illi ⁵Cardacas appellant; eiusdemque generis ⁶tria funditorum, praeterea Cappadocum octo, Armeniorum decem, Paphlagonum quinq- que, Phrygum decem, Lydorum quinque, ⁷Aspendiorum & Pisidarum circiter tria, Cili- cum duo, ⁸Caspianorum totidem, ex Graecia

Cap. VIII. ¹statuit) subaudi, potius, vel magis, quia sequitur quam. omitti illas voces aliquando, notat Vossius de constr. c. 61. Lambinus legi cupit: Satius tamen statuit &c. ²congrredi) cum Datame pugnare. ³refugere) recedere, regredi. Sed, eum, qui recedit, fugere credi, iudicat Darius apud Curt. 3, 8, 7. ⁴sedere) cunctari, commorari, otiosum esse. ⁵Cardacas) Vulgo Gardates: monstrose, Brissonius & Schottus Gardatas restituerant, qui genus militum Persicorum sunt, quos memoravere Polybius 5, 79. Arrianus Exped. Alex. 2. p. 100; Vbi de moribus Persarum Strabo agit 15. p. 504. quosdam ait a pueritia adsueseri, ut aestum, trigus perferant, flumen traiciant, armis non mada- lactis, in agro pernoctent, & silvestri fructu vescan- tur. Addit, καλένται δ' ἔτοι Κάρδακες, ἀπὸ κλοπίας κρεθόμενοι. κάρδα γὰρ τὸ ἀνδρῶδες καὶ πολεμικὸν λέ- γεται. Vocantur hi Cardaces, qui ex furto se alunt: Car- da enim virile & bellicum dicitur. C. ⁶tria funditorum) supple millia ex communi. C. ⁷Aspendiorum) Aspen- dus nobilis urbs Pamphiliae ad Eurymedontem flu- vium. C. ⁸Caspianorum totidem) Vulgo Captianorum, quam gentem ignorant geographi. Andr. Schottus primum suspicatus est, Caspianorum legendum esse; Cornel. Nep. K ⁹con-

⁹ conductorum tria millia: ¹⁰ levis armaturae ma-
³ ximum numerum. Has adversus copias spes
 omnis consistebat Datami ¹¹ in se locique natura.
 namque ¹² huius partem non habebat vicesimam
 militum. Quibus fretus conflixit, adversario-
 rumque multa millia concidit, cum de ipsius ex-
 exercitu non amplius ¹³ hominum mille cecidisset.
 quam ob causam postero die ¹⁴ tropaeum posuit,
⁴ ¹⁵ quo loco pridie pugnatum est. Hinc cum ca-
 stra movisset, semperque ¹⁶ inferior copiis, ¹⁷ su-
 perior omnibus proeliis discederet: quod nun-
 quam ¹⁸ manum confereret, nisi cum adversarios
¹⁹ locorum angustiis clausisset; quod ²⁰ perito re-

nec male, nam Caspia gens ad Caspium mare, quos
 Caspianos Curtius vocat 4, 12, 9. & regionem illorum
 Strabo II. p. 346. Κασπιανών. 9 conductorum) scil. mer-
 cede. conductitii dicuntur supra. 11, 2, 4; & 12, 1, 2
¹⁰ levis armaturae) i. e. militum leviter armatorum.
¹¹ in se locique natura) quia ipse erat vir fortis ac stre-
 nuus, & quia non alium locum proelio aptiorem cen-
 sebat. Dux & locus compensabant multitudinem eo-
 piarum. ¹² huius) adversarii Autophradatis. ¹³ ho-
 minum mille) Vide notata ad Miltiad. c. 5. n. 1. Adde
 ex Cic. Phil. 6, 5. mille nummum. C. Notetur hic prae-
 terea particula quam, quae post amplius elliptice omittit
 est. ¹⁴ tropaeum) monumentum victoriae congerie ar-
 morum exstructum. ¹⁵ quo loco) pro in eo loco, in quo
¹⁶ inferior copiis) pauciores habens copias. ¹⁷ supe-
 rior proeliis) vincens in proeliis. ¹⁸ manum confereret
 confligeret, zum handgemeine kam. ¹⁹ locorum angu-
 stiis clausisset) in locis angustiis eo redegisset, ut mul-
 titudinem suam explicare non possent. ²⁰ perito re-
 peritia loci quanto adiumento sit duci & militibus, de-

gionum ²¹ callideque cogitanti saepe accidebat; Autophradates, cum bellum ²² duci maiore regis 5 calamitate, quam adversario videret;; ad pacem amicitiamque hortatus est, ut cum rege ²³ in gratiam rediret. ²⁴ Quam ille etsi fidam non 6 fore putabat, tamen ²⁵ conditionem accepit, seque ad Artaxerxem legatos missurum dixit. Sic bellum, quod rex adversus Datamem susceperat, ²⁶ sedatum.

Autophradates in ¹ Phrygiam se recepit. At IX. ex, quod ² implacabile odium in Datamem susceperat, postquam bello eum opprimi non posse animadvertit, ³ insidiis interficere studuit. quas ² ille plerasque vitavit. sicut cum nuntiatum esset, quosdam sibi insidiari. ⁴ in amicorum erant numero: de quibus ⁷ inimici detulerant.

cet Vegetius 3, 6. ²¹ callide cogitanti) momenta rerum prudenter examinanti. ²² duci) trahi, prolongari, v. dictum ad Alcib. c. 8. n. 1. C. ²³ in gratiam rediret) se reconciliaret & coniungeret. ²⁴ quam fidam non fore) pacem amicitiamque perfidam fore. ²⁵ conditionem) se. pacis oblatam. ²⁶ sedatum) compositum est & finitum.

Cap. IX. ¹ in Phryg. se recepit) Ex hoc apparet Phrygiam, quae adhuc in potestate Ariobarzani rebellis fuerat, rursus satrapiam factam, deserente forte illam Ariobarzane, eum Mithridatis regnum occupavit. Diodor. 15, 90. Noster supra c. 2. n. 5. C. ² implacabile odium (Sc.) Similis locus Ammiani 30, 4. Hinc in Patam inexplicabile auctum principis odium, & doli struebantur indices, ut per vim ei vel clam vita adimeretur. Adeo immutata est benevolentia regis, de qua dicitur c. 5. n. 2. ³ insidiis) pelle vulpina, quae assumitur, ubi leonina nihil efficitur. ⁴ in amic. numero) amici Datamis. ⁵ inimici detulerant) non sui, sed ami-

rant, ⁶ *neque credendum; neque negligendum* puta-
 vit: experiri voluit, ⁷ *verum falsumne* esset rela-
³ tum. Itaque eo profectus est, quo itinere futuras
 infidias dixerant. Sed ⁸ elegit corpore & statura
 simillimum sui, eique vestitum suum dedit, atque
⁹ eo loco ire, quo ipse consueverat, iussit. Ipse au-
 tem ¹⁰ ornatus vestitu militari inter corporis cu-
⁴ stodes iter facere coepit. At insidiatores, post-
 quam in eum locum agmen pervenit, decepti, or-
 dine atque vestitu, in eum faciunt impetum, qui
¹¹ suppositus erat. Praedixerat autem his Data-
 mes, cum quibus iter faciebat, ut parati essent fa-
⁵ cere, quod ¹² ipsum vidissent. Ipse, ut concurrentes
 insidiatores animadvertit, tela in eos coniecit,
 hoc idem cum universi fecissent, priusquam ¹³ per-
 venirent ad eum, quem aggredi volebant, ¹⁴ con-
 fixi ceciderunt.

corum suorum inimici, quorum verba suspecta quidem
 neque tamen prorsus spernenda fuerunt. ⁶ *neque cre-
 dendum, neque negligendum*) Sic alias quoque vel veri-
 tas fide caruit, vel vana deferentes admissi. conf. Val.
 Max. 3, 8. extr. 1; Curt. 6, 8, 14; Tac. A. 2. 40, 2. & 15,
 51, 6. ⁷ *verum falsumne*) i. e. utrum veritas an men-
 dacium. ⁸ *elegit corpore & statura simill.*) Eodem mo-
 do factum narrat Polyaeus 7, 21, 4. C. Simile ex-
 exemplum apud Curt. 8, 13, 21. ⁹ *eo loco*) in eo ordine
 agminis. ¹⁰ *ornatus*) indutus, amictus, circumdatus.
¹¹ *suppositus*) *untergeschoben*. Ex hac notione *suppo-*
sititius est. Cicero similiter Verrina ult. c. 27. Ille
suppositus facile & libenter se illum, qui non erat, esse
simularet. C. conf. ibid. c. 30. ¹² *ipsum*) seipsum fa-
 cere. ¹³ *pervenirent*) sc. illi insidiatores. ¹⁴ *confixi*)
coniectis telis.

Hic tamen tam ¹ callidus vir ² extremo tempore X. captus est, ³ Mithridatis Ariobarzani filii dolo. namque is pollicitus est regi, *se eum interfectorum, si ei rex ⁴ promitteret, ut, quodcumque vellet, liceret impune facere: fidemque de ea re, ⁵ more Persarum, dextra dedisset. ⁶ Hanc ut accepit, simulat ⁷ se suscepisse cum rege inimicitias: copias parat, & absens amicitiam cum Datame facit, regis provinciam ⁸ vexat, castella expugnat, magnas praedas capit: quarum partem suis dispertit, partem ad Datamem mittit, pari modo complura castella ei tradit. Haec diu faciendo, ⁹ persuasit ³ homini, se ¹⁰ infinitum adversus regem suscepisse*

Cap. X. 1 *callidus vir*) Datames non facile decipiendus; qui tot pericula, tot insidias caute evitaverat. 2 *extremo tempore captus est*) tandem deceptus est. 3 *Mithridatis Ariobarzani filii*) filii Mithridatis mentio facta c. 4. extremo: patris Ariobarzani saepe: imprimis extremo c. 2. C. 4 *promitteret*) alii permitteret, i. e. concederet. 5 *more Persarum dextra*) Tum omnium gentium dextra fide signum & firmamentum est (vide ad Themistoclem dicta c. 8. n. 4.) tum praecipue Persarum. Curt. 6, 4, 14. *Nec dubitavit Alexander fidem, quo Persae modo accipiebant, dare.* Adde ibi a nobis notata ex Diodor. 16, 43. C. Adde & supra 2, 8, 4. 6 *hanc ut accepit*) scilicet fidem seu pollicitationem data dextra confirmatam. 7 *se suscepisse cum rege inimicitias*) se vere inimicum esse factum regi. 8 *vexat*) populando, diripiendo. 9 *persuasit homini*) hanc opinionem Datami impressit, non quidem verbis, sed suis factis. 10 *infinitum suscepisse bellum*) non odium demum, ut Lambinus statuit, sed bellum per-

bellum cum nihilo magis, ¹¹ ne quam suspicionem illi praeberet insidiarum, ¹² neque colloquium eius petivit, neque in conspectum venire studuit.

4 Sic ¹³ absens amicitiam gerebat, ut non beneficiis mutuis, sed odio ¹⁴ communi, quod ¹⁵ erga regem susceperant, ¹⁶ contineri viderentur.

XI. ¹ Id cum satis se ² confirmasse arbitratus est, ³ certiozem facit Datamem, *tempus esse maiores exercitus parari*, ⁴ bellum cum ipso rege suscipi, *de qua re*, ⁵ si ei videretur, quo loco vellet, in colloquium veniret. Probata re colloquendi

petuum & irreconciliabile propter apertas hostilitates, quamquam c. ii. n. i. bellum cum ipso rege suscipi, i. e. ipsum regem propius aggrediendum censet. ¹¹ ne quam suspicionem praeberet insidiarum) ne forte aliquam occasionem daret suspicandi insidias. ¹² neque colloquium (&c.) ut securiorem redderet, diu admodum & praesentiam & colloquium eius vitavit. Nam per colloquii simulationem non pauci sunt decepti. v. Flor. 2, 2, 11; Hirt. B. G. 2, 23; Tac. A. 2, 65; Val. Max. 9, 6, 3; Iustin. 5, 10, 9. ¹³ absens amicitiam gerebat) i. e. absens absenti amicitiae officia praestabat. Sic Cic. f. 3, 8. ¹⁴ communi) nempe utrique Mithridati & Datami. ¹⁵ erga regem) Erga hoc loco est adversus, contra. Saepe enim nostro Erga in malam partem, praeter vulgarem consuetudinem, acceptum est. Sic 22, 4, 4. perpetuum odium erga Romanos 23, 1, 3. odium paternum erga Romanos 7, 4, 4. crudelitas erga nobiles. ¹⁶ contineri) arctissime cohaerere & coniungi.

Cap. XI. 1 id) nempe Mithridatem esse amicum Datami, inimicum Artaxerxi. 2 confirmasse) Datami probasse & persuasisse. 3 certiozem facit) per nuntium ei significat. 4 bellum cum ipso rege) multo maius & in viscera denique ipsius regis pertingens. 5 si ei videretur)

tem-

tempus sumitur, locusque, ⁶ quo conveniretur. Huc Mithridates cum uno, ⁷ cui maximam ² habebat fidem, ante aliquot dies venit, compluribusque locis ⁸ separatim gladios obruit, eaque loca diligenter ⁹ notat. Ipso autem colloquendi die, ¹⁰ utrique, locum qui explorarent, atque ¹¹ ipsos scrutarentur, mittunt. Deinde ipsi ³ ¹² sunt congressi. Hic cum aliquamdiu in colloquio fuissent, & ¹³ diversi discessissent, iamque procul Datames abesset, Mithridates, priusquam ad suos perveniret, ne quam suspicionem ¹⁴ pararet, in eundem locum revertitur, atque ibi, ubi ¹⁵ telum erat impositum, resedit, ut si ¹⁶ a lassitu-

si consultum putaret. ⁶ quo conveniretur) scil. in colloquium. ⁷ cui maximam habebat fidem) qui ei vilus est fidelissimus. Sic supra 10, 5, 6. ⁸ separatim gladios obruit) Polyaenus 7, 29. in agro parabat noctu multos gladiolos, occultatos hic & illic. C. ⁹ notat) notis quibusdam signat. Polyaenus ἐπέκειτο σημεῖον. C. ¹⁰ utrique) Mithridates & Datames. ¹¹ ipsos scrutarentur) isti officio destinatos Polyaenus vocat ἀγγέλους, qui non solum vestes pertractabant, sed penitus detrahebant, ne quis ferrum occultatum gereret. De eiusmodi scrutatoribus v. Iustin. 38, 1, 9; Suet. Claud. c. 35; Val. Max. 3, 1, 2; & 9, 13. ext. 4; Curt. 8, 3, 12. ¹² sunt congressi) in mutuum colloquium venerunt. ¹³ diversi in diversa loca) Mithridates huc, Datames illuc. Virg. Aen. 5. v. 166. Quo diversus abis? & lib. 4. v. 69. submersas obrue puppes, Aut age diversas. C. ¹⁴ suspicione pararet) gigneret, afferret, einen argwohn erweckete. ¹⁵ telum) gladius sive pugio, ut ex n. 4. apparet. Nam telum pro quocunque armorum genere accipitur. conf. 7, 10, 5; & Virg. Aen. 9, 747. ¹⁶ a lassitudine) a lassitudine

dine cuperet acquiescere: Datemque revocavit, simulans, se quiddam in colloquio esse oblitum. Interim telum, quod latebat, ¹⁷ protulit: ¹⁸ nudatumque vagina veste textit, ac Datami venienti ait: digredientem se animadvertisse, locum quendam, qui erat ¹⁹ in conspectu, ad castra ponenda esse idoneum. quem cum digito monstraret, & ille conspiceret, ²⁰ aversum ferro transfixit: priusque quam quisquam posset succurrere, interfecit. Ita vir, qui multos consilio, ²¹ neminem perfidia ceperat, ²² simulata ²³ captus est amicitia.

XV.

EPAMINONDAS.

ARGUMENTVM.

1 In Epaminondae historia nihil consuetudinis Graecae praetermittendum. 2. puer. musicen discit & philoso-

acquiescere) Iungitur quiescendi verbum cum A vel Ex. Cic. pro Mil. c. 25. urbs ab armis conquietura. Pro Balbo c. 1. a continuis bellis & victoriis conquievit. Idem Attico 1, 5. ex omnibus molestiis & laboribus uno illo in loco conquiescimus. C. 17 protulit) ex terra eruit. 18 nudatum vagina) evaginatum, districtum. 19 in conspectu) ante oculos conspiciendus. 20 aversum) stantem averso corpore. 21 neminem perfidia ceperat) Sed perfide factum, cum fabris, quos simulato foedere a Sinopen- sibus acceperat, & contra ipsorum urbem usus est. Polyaeus lib. VII. 21. n. 2. C. 22 simulata amicitia) Ovid. de Arte 1, 585. Tuta frequensque via est per amici fallere nomen. conf. de Dione 10, 8; de Eumene 18, 11, 5. Tac. H. 1, 2, 6. quibus deerat inimicus, per amicos oppressi. 23 captus est) deceptus, interfectus est.

phiam :

phiam: *ephebus palustrae operam dat.* 3. *Animi in eo virtutes multae, praesertim studium audiendi; paupertatis patientia, in amicos liberalitas.* 4. *Abstinentia eius frustra Persico legato tentata.* 5. *Eloquentia arguta contra Meneclidem.* 6. *Et contra Callistratum Atheniensem: maxime contra Spartanos.* 7. *Ferre et oblivisci iniurias doctus, plebiscitis obtemperat, nisi aliud communis salus postulet.* 8. *ob id accusatus poenam subiturus erat, si vera mortis causa scriberetur.* 9. *Imperator ad Mantineam invictus moritur.* 10. *Coelibatus criminationem acute diluit: abhorret a civili victoria. Cum hoc Thebarum gloria orta fuit: cum hoc intercidit.*

Epaminondas, ¹ Polymni filius, Thebanus. De hoc, priusquam scribamus, haec ² praecipienda videntur lectoribus, ne ³ alienos mores ad suos referant; neve ea, quae ipsis leviora sunt, pari modo apud ceteros ⁴ fuisse arbitrentur. Scimus ² enim, ⁵ musicen nostris moribus ⁶ abesse ⁷ a principis persona; ⁸ saltare vero etiam in vitiis poni. quae

Cap. I. ¹ Polymni) Polymnidis, terminatione Graeca apud Aelian. 2, 9. ² praecipienda) docenda, rationibus explananda, quo differt ab imperandi verbo. C. Haec eadem iam praemonuerat autor in praefatione. ³ ad suos referant) ex suis patriis moribus extraneos metiantur. ⁴ fuisse) sc. levia. ⁵ musicen nostris moribus) antiquis Romanorum temporibus, non posterioribus. Macrob. Saturn. 2, 10. Catoni etiam cantare non ferri hominis videtur. C. conf. de Nerone Suet. c. 20: & Tac. A. 4, 14, 1. ⁶ abesse a principis pers.) non decere principem. ⁷ a principis persona) i. e. a principe, qui dignitate sua alios anteit. ⁸ saltare in vitiis poni) i. e. saltationem vitiosam haberi. Cic. pro Muraena c. 6. Nemo fere saltat sobrius, nisi forte insanit: neque in solitudine, neque in convivio moderato atque ho-

omnia⁹ apud Graecos & grata, & laude digna du-
 3 cuntur. Cum autem¹⁰ exprimere imaginem con-
 suetudinis atque vitae velimus Epaminondae, ni-
 hil videmur debere praetermittere, quod pertineat
 4 ad eam¹¹ declarandam. ¹² Quare dicemus primo
 de genere eius, deinde quibus disciplinis & a
 quibus sit eruditus: tum de moribus, ingenique
 facultatibus; & si qua alia¹³ digna memoria
 erunt: postremo de rebus gestis, quae a plurimis
¹⁴ omnium anteponuntur virtutibus.

nesto. Proinde maledictum vocat ex trivio arreptum,
 aut ex scurrarum aliquo convitio, cum Cato Muraenam
 saltatorem appellavit. C. Neque tamen omnis salta-
 tio indecora fuit. v. Quintil. 2, 18; Plin. 6, 8. 9 apud
 Graecos & grata & laude digna) Cic. Tusc. 1, 2. *Summam*
eruditionem Graeci sitam consuebant in nervorum vocumque
cantibus. Igitur & Epaminondas, princeps, meo iudicio,
Graeciae, fidibus praeclare cecinisse dicitur; Themistocles-
que aliquot ante annos, cum in epulis recusaret lyram, ha-
bitus est indoctior. C. Adde de Socrate Q. il. 1, 13.
 & Mearsii lib. de Orchestra Graecorum. 10 exprimere
 imaginem) nach dem leben ein bild vorstellen. Cicero
 perlimili fere modo pro Rosc. Am. c. 16. Haec con-
 ficta arbitror a poetis esse, ut effectos nostros mores in ali-
 nis personis, expressamque imaginem nostrae vitae quoti-
 dianae videremus. C. 11 declarandam) illustrandam, de-
 scribendam. 12 quare dicemus &c.) ostenditur ordo
 tam accuratior, quia maior ceteris Epaminondas.
 13 digna memoria) e. g. illustra eius dicta. 14 omnium
 virt.) sc. imperatorum Graeciae. Epaminondas prae-
 fertur illis. Hinc Cicero Tusc. 1, 2. vocat principem
 Graeciae; & de Orat. 3, 34. *Summum virum unum*
omnis Graeciae.

Natus igitur patre, quo diximus, ¹ honesto gene-
 re, pauper iam a ² maioribus relictus. ³ Eruditus
 autem sic, ut nemo Thebanus ⁴ magis. nam & ⁵ ci-
 tharizare, & cantare ad chordarum sonum doctus
 est a ⁶ Dionysio: qui non minore fuit in musicis
 gloria, quam ⁷ Damon, aut Lamprus, quorum,
⁸ pervulgata sunt nomina: carmina cantare tibiis
 ab ⁹ Olympiodoro, saltare a ¹⁰ Calliphrone. At ²
 philosophiae praeceptorem habuit ¹¹ Lyfim ¹² Ta-
 rentinum, ¹³ Pythagoreum: cui quidem sic fuit
¹⁴ deditus, ut adolescens ¹⁵ tristem & severum fe-

Cap. II. ¹ honesto) ex honesto, non autem nobili;
 Aelianus Var. Hist. 12, 43. *Ἐπαμινώνας πατρὸς ἡν
 ἀφαιεῖς. C. 2 maioribus) se. itidem pauperibus. 3 eru-
 ditus) se. variis disciplinis & artibus. v. Iustin. 6, 8, 9.
 4 magis) se. eruditus fuerit. 5 citharizare) κίθαρίζω,
 citharam tangere, pulsare. 6 Dionysio) Hunc Theba-
 nam Dionysium cum Pindaro & Lampro, poetis lyri-
 cis, coniungit Plutarchus de Musica p. 1142. C. 7 Da-
 mon aut Lamprus) Damonem Plato laudat Lib. 4. de
 Rep. f. 405; Lamprum Plutarchus c. 1. & Athenaeus
 2, 6. C. 8 pervulgata) vulgo nota. 9 ab Olympiodoro)
 se. doctus est. Idem Athenaeus 4. extremo Olym-
 piodorum & Orthagoram Epaminondae in hac arte
 praeceptores fuisse, ex Aristoxeno refert. C. 10 Cal-
 liphrone) De hoc nihil se legisse Lambinus meminit.
 C. 11 Lyfim) Hunc plures laudant tamquam Epa-
 minondae in Pythagorea Philosophia praeceptorem.
 Tullius Offic. 1, 44; Aelianus Var. Hist. 3, 17: Dio-
 dorus in Excerpt. Vales. p. 246; Diogenes Laert. in
 Pythagora post principium. C. 12 Tarentinum) Ta-
 rentum Apuliae urbs. v. Tab. IV. 13 Pythagoreum)
 Pythagorae Philosophi dogmatibus addictum. 14 de-
 ditus) scil. studio singulari & amore. 15 tristem)*

nem, omnibus ¹⁶ aequalibus suis ¹⁷ in familiaritate anteposuerit; neque prius eum a se dimiserit, quam ¹⁸ doctrinis ¹⁹ tanto antecessit condiscipulos, ut facile intelligi posset, pari modo superaturum omnes in ceteris artibus. Atque haec ²⁰ ad nostram consuetudinem sunt levia, & potius contemnenda: at in Graecia ²¹ utique olim magnae laudi erant. Postquam ²² ephebus factus est, & ²³ palaestrae ²⁴ dare operam coepit: ²⁵ non tam magnitudini virium servivit, quam ²⁶ velocitati.

austerum, morosum. *Tristis* dicitur, qui severitate excedit; hinc cum *Severo* coniungitur. conf. Plin. epist. I, 10; Tac. H. I, 14, 4; Cic. de cl. orat. c. 30; Capitol. in Maximo c. 6. ¹⁶ aequalibus) qui eiusdem cum ipso erant aetatis. ¹⁷ familiaritate) conversatione, consuetudine. ¹⁸ doctrinis) in istis omnibus ita eruditus fuit Epaminondas, ut in claris philosophis nomen & locum habuerit. Aelianus sane 7, 14. Var. H. in philosophis numerat, qui militiae una rectores fuerint. C. ¹⁹ tanto antecessit) adeo superavit. ²⁰ ad nostram consuetudinem) i. e. nostris moribus, si conseras eum Romana consuetudine. conf. praef. II, 5. ²¹ utique magni laudi erant) omnino laudem merebantur. ²² ephebus) Apud Graecos ita vocantur adolescentes post annum 14. Vocabulum Graecum est, ἐφηβος, quod derivatur ex ἐπι & ἦβη *pubes* q. d. *qui annos pubertatis ingressus est.* ²³ palaestrae) corporis exercitationi in gymnasiis, quod ludicrum studium erat, non serium, ideoque castris palaestra opponitur c. 5. n. 4. C. ²⁴ dare operam) non secus ac omnis iuventus Graeca maxime gymnics decertabat exercitiis, qualia describit Virgil. Aen. 5, 66 seq. ²⁵ non magnitudini virium servivit) non studuit, ut corporis vires corroboraret, ut robustior existeret. ²⁶ velocitai) agilitati, ut celerior & agilior esset.

²⁷ illam

27 illam enim ad athletarum usum; hanc 28 ad 5
belli existimabat utilitatem pertinere. Itaque
exercebatur plurimum currendo & luctando, ad
eum finem, 29 quoad stans complecti posset, atque
contendere. 30 In armis plurimum studii con-
sumebat.

Ad hanc corporis 1 firmitatem plura etiam ani-III.
mi bona accesserant. erat enim 2 modestus, pru-
dens, 3 gravis, temporibus sapienter utens, peritus
4 belli, fortis manu, 5 animo maximo: adeo verita-
tis diligens, 6 ut ne ioco quidem mentiretur. Idem 7
7 continens, clemens, 8 patiensque admirandum

27 illam) sc. magnitudinem virium. 28 ad belli uti-
litatem pertinere) prodesse in bellicis actionibus, in
pugna cum hostibus. 29 quoad stans complecti posset)
Scioppius & Freinsh. quo adstans divisa vocula: Gro-
novius epist. ad Boeclerum quoad coniungendum cen-
set cum plurimis libris, ut non indecens luctatio vo-
luntaria, sed erecta tantummodo intelligatur. C. Sen-
sus autem est, Epaminendam eo usque luctatum esse,
donec in pedibus firmiter consistens adversarium col-
luctantem medium complecti cumque illo contendere
potuerat. 30 in armis) sc. exercendis & tractandis.

Cap. III. 1 firmitatem) luctando & exercendo par-
tam. 2 modestus) nam modestia neque summis mortalium
spemenda, Tac. Annal. 15, 2, 4. conf. Iustin. 6, 8, 7
& 8. 3 gravis) rerum seriarum & autoritatis amans.
4 belli) rei militaris, scientiae bellicae. 5 animo ma-
ximo) scilicet existens, i. e. magnanimus. 6 ut ne
ioco quidem mentiretur) Odisse mendacium philoso-
phiae praecepta instillaverant. v. Aelian. 3, 23. Si-
mile de Ptolemaeo Arrianus, de Iuliano Mamertinus,
de Philopaeone Polybius, de Attico Nepos. 7 con-
tinens) a cupiditate improba se abstrahens. 8 patiens)

in modum: non solum populi, sed etiam amicum ferens iniurias: inprimisque ⁹ commissa celans; quod interdum non minus prodest, quam diserte dicere. ¹⁰ Studiosus audiendi, ex hoc enim ³ facillime disci arbitrabatur. Itaque cum in ¹¹ circulum venisset, in quo aut de republica disputaretur: aut de philosophia sermo haberetur, nunquam inde prius discessit, quam ¹² ad finem sermo ⁴ esset adductus. ¹³ Paupertatem adeo facile perpeffus est, ut de republica ¹⁴ nihil praeter gloriam ceperit, amicorum ¹⁵ in se tuendo caruit faculta-

respectu laboris perferendi. ⁹ commissa celans) utpote cui Pythagorica Philosophia silentium ac fidem religiosissime praeeperat. Sic Horat. Sat. 1, 4, 84. commissa tacere. Et epist. 1, 18, 38. Commissumque reges. conf. Curt. 4, 6, 6. ¹⁰ Studiosus audiendi) φιλόκοος C. Plato 7. de rep. monet, ut volentes bonis artibus proficere sint φιλομαθεῖς, φιλόκοοι καὶ ζητητικοί. ¹¹ circulum) circulus est coctus coeuntium & confabulantium, qui collatis capitibus videntur quasi orbem facere. Gellius 15, 9. hos ego versus in circulo forte iuvenum eruditorum dixi. Hinc circulatores, qui circulos huiusmodi faciunt, verbum Senecae ep. 29. C. ¹² ad finem adductus) i. e. finitus, absolutus. ¹³ paupertatem) duce & magistra Pythagorae philosophia, quae abstinentiam praecipiebat. Diodor. Excerpt. Vales. p. 246. Plutarchus Pelopida f. 279. Ceterum de paupertate Epaminondae, quae tanta fuit, ut vestem etiam mutare non potuerit, Aelianus V. H. legatur, 2, 43; & 5, 5. C. Frontinus 4, 3, 6. refert, eum in supellectile nihil habuisse praeter ahenum & veru unicum. ¹⁴ nihil) neque pecuniam, neque agros &c. ¹⁵ in se tuendo) sustentando, ihm forzuhelfen. Sic Varro de R. R. 31. tibus,

tibus, fide ¹⁶ ad alios sublevandos saepe sic usus est, ut possit iudicari, omnia ei ¹⁷ cum amicis, fuisse communia. Nam cum aut ¹⁸ civium suorum aliquis ab hostibus esset captus, aut virgo amici nobilis propter paupertatem ¹⁹ collocari non posset, ²⁰ amicorum consilium habebat, & quantum quisque daret, ²¹ pro cuiusque facultatibus ²² imperabat. eamque ²³ summam cum faceret, priusquam acciperet pecuniam, adducebat eum, ²⁴ qui quaerebat, ad eos, qui ²⁵ conferebant: eique ut ipsi numerarent, ²⁶ faciebat; ut ille, ad quem ea res perveniebat, sciret, ²⁷ quantum cuique deberet.

¹ Tentata autem eius est ² abstinentia a Dio-IV.

Ovid. Pont. 4, 5. *tueri vitam.* 16 *ad alios sublevandos*) consilio, opera, commentatione apud ditiores, *andern unter die arme zu greifen.* 17 *cum amicis*) nam quotidie e foro ante non discessit, quam novum amicum ad veteres adiecisset. v. Aelian. 14, 33. 18 *civium suorum*) sc. Thebanorum, *seiner lands-lente.* 19 *collocari*) sc. in matrimonium, *ausgestattet werden.* 20 *amicorum consilium habebat*) amicos congregabat, & quid opus factu esset, consulebat, persuadebat. Sen. de Clem. 1, 9. *consilium amicorum advocari iussit.* Adde Curt. 4, 11, 1. & 13, 3. C. cons. 20, 4, 2. 21 *pro cuiusque facultatibus*) secundum opes & bona. Sic Att. 6, 5. 22 *imperabat*) indicabat, postulabat, non rigorose sed amice. 23 *summam cum faceret*) cum pecuniam colligendam computaret. 24 *qui quaerebat*) qui pecuniam ab ipsis petebat. 25 *conferebant*) contribuebant aliquid in usum egentis. 26 *faciebat*) efficiebat, procurabat. 27 *quantum deberet*) pro quanto merito obligatus sit.

Cap. IV. 1 *Tentata*) probata est, an vera esset, an vero saltem simulata, *sie ist auf die probe gestellt worden.* 2 *abstinentia*) continentia animi medonte

medonte³ Cyziceno. namque is rogatu Artaxerxis Epaminondam pecunia⁴ corrupendum suscepit. hic⁵ magno cum pondere auri Thebas venit, & Micythum adolescentulum quinque talentis⁶ ad suam perduxit voluntatem: ⁷ quem tum Epaminondas plurimum diligebat. Micythus Epaminondam convenit, & causam adventus Diomedontis ostendit. At ille⁸ Diomedonte coram, nihil, inquit, opus pecunia; nam si ea rex vult, quae Thebanis sunt utilia; ⁹ gratis facere sum paratus: sin autem ¹⁰ contraria, ¹¹ non habet auri atque argenti satis. namque ¹² orbis terrarum divitias accipere nolo, ¹³ prae patriae caritate. Te,

ac manuum a pecunia, a muneribus. ³ Cycizeno) ex Cyzico, Bithyniae urbe. ⁴ corrupendum suscepit) conf. Aelian. 5, 5. Tentatus quoque a Iasone Thessalorum tyranno. v. Idem II, 9; ubi similia de Pelopida, Phocione & Ephialte. ⁵ magno cum pondere auri) Plutarchus Apophtheg. f. 193. τριμυριάς Δαρειδῶν, tricies millia Daricorum nummum Artaxerxem misisse refert. C. ⁶ ad suam perduxit voluntatem) permovit, ut is causam ageret suam apud Epaminondam. ⁷ quem tum plurimum diligebat) non honeste & caste. Athenaeus 13. p. 607. & alium puerum catamitum Epaminondae (ἐρωμένον) Afopichum nominat. C. ⁸ Diomedonte coram) coram Diomedonte, per anastrophem, *da er persönlich zugegen war.* ⁹ gratis) absque dono vel praemio, *umsonst.* ¹⁰ contraria) i. e. si noxia Thebanis scil. vult, cupit, desiderat. ¹¹ non habet auri atque argenti satis) nullae eius divitiae sufficient. ¹² orbis terrarum divitias &c.) i. e. quantumcunque pretium excogitari potest non sumam, non satis est. ¹³ prae patriae caritate) Pro Puteani & Schotti est: vulgo pro
qui

qui ¹⁴ me incognitum tentasti, tuique similem exi-
 stimasti, non miror: tibi que ignosco. sed egredere
 propere, ne alios corrumpas, cum me ¹⁵ non potue-
 ris. tu, *Chrythe*, argentum huic redde: nisi id
 confestim facis, ego te tradam magistratui. Hunc ⁴
 Diomedon cum rogaret, ut tuto ¹⁶ exire, ¹⁷ sua-
 que, quae attulisset, liceret efferre: istud, inquit,
 faciam: neque tua causa, sed mea: ne, si tibi sit
 pecunia adempta, aliquis dicat: ¹⁸ ad me ereptum
 pervenisse, quod ¹⁹ delatum accipere noluissem.
 a quo ²⁰ cum quaesisset, quo se duci vellet & ille ⁵
 Athenas, dixisset: ²¹ praesidium dedit, ut eo tuto
 pervenerit. neque vero ²² id satis habuit, sed
 etiam inviolatus ²³ in navem ascenderet, ²⁴ per
 Chabriam Atheniensem, de quo supra mentio-
 nem fecimus, effecit. Abstinentiae erit hoc ⁶
²⁵ satis testimonium. Plurima quidem profer-
 re possemus, sed modus adhibendus est: quo-

patria, neque hoc malum: illud vero elegantius. C.
 14 me incognitum) cum meus animus a pecuniae cupi-
 ditate alienus perspectus tibi nondum fuerit. 15 non
 potueris) sc. corrumpere, i. e. muneribus excoecare.
 16 exire) remigrare discedere. 17 suaque) suas res,
 opes. 18 ad me pervenisse) in meas manus traditum
 esse argentum, tibi ablatum. 19 delatum) oblatum,
 dono datum. Sic de vestibus Tac. A. 13, 13, 6. 20 cum
 quaesisset) sc. Epaminondas a Diomedonte. 21 praesi-
 dium) custodes praesidiarios. 22 id satis habuit) eo
 fuit contentus, conf. 15, 8, 4. 23 in navem adsc.) sc.
 Athenis, cum terrestri itinere eo esset perlatus. 24 per
 Chabriam) qui classi praecerat; de quo supra No. 12.
 25 satis testimonium) Non semper copiae adverbium cum
 niam

niam uno hoc volumine ²⁶ *vitas excellentium virorum* ²⁷ concludere constituimus: ²⁸ quorum separatim multis millibus ²⁹ versuum complures scriptores ante nos explicarunt.

V. / O Fuit & disertus, ut ¹ *nemo Thebanus* ei par esset eloquentia: neque minus ² *concinnus in brevitate respondendi*: quam ³ in *perpetua oratione oratus*. / Habuit ⁴ *obtrectatorem* ⁵ *Meneclidem* quemdam, ⁶ *indidem Thebis*, adversarium in ad-

secundo casu iunguntur. Tullius Attico 12, 50. *si satis consilium haberem*, Lucret. 1. v. 241. *Tactus enim leti satis esset causa profecto*. Caius Lege 19. *de operis libert. satis tempus ad quaestum faciendum habeat*. C. conf. Plaut. Trin. 2, 1, 27. ²⁶ *vitas excellentium vir.*) non *vitas* sed *vitam* in singulari legi, ut supra Praef. n. 8. ex aliquo codice probant Critici. ²⁷ *concludere*) comprehendere, complecti. ²⁸ *quorum*) sc. *vitas*. ²⁹ *versuum*) Ita veteres ex *versuum σίχας*, vulgo *linearum*, numero magnitudinem libri significabant notabantque. Exempla collegit Lambinus h. l. C. conf. Isidor. 1, 6, 14.

Cap. V. ¹ *nemo Thebanus*) alii: *nemo ex Thebanis*. ² *Concinnus in brev. respondendi*) i. e. *venustus, lepidus in brevibus responsis, in colloquiis*. ³ *in perpetua oratione*) *in longa vel continua orationis serie*. ⁴ *obtrectatorem*) *inimicum, aemulum, qui omnia eius in peiorem partem interpretabatur*. ⁵ *Meneclidem*) Hic fuit rhetor Thebanus, ut Plutarchus notat Pelopida f. 290. *δεινότατος μὲν ὦν λέγειν, ἀκόλαστος δὲ καὶ κακός*. τὸν τρέπον. C. ⁶ *indidem Thebis*) *Indidem* est ex eodem loco. Cic. pro Rosc. Am. c. 27. *quos homines? indideme Ameria, an hosce ex urbe sicarios?* Liv. 27, 12. *additi erant Bruttiorum indidem perfugae*. C. Adde Plaut. Mil. gl. 2, 2, 79; & Pseud. 2, 4, 50.

ministranda republica satis exercitatum in di-
 cendo, ⁷ ut **Thebanum** scilicet, namque illi genti
⁸ plus inest virium, quam ingenii. Is, quod ⁹ in 3
 re militari florere Epaminondam videbat, hor-
 tari solebat Thebanos, ut pacem bello antefer-
 rent, ¹⁰ ne illius imperatoris opera desidera-
 retur. Huic ille, fallis, inquit, verbo cives
 tuos, quod hos a bello ¹¹ avocas. ~~X~~ ¹² otii enim
 nomine servitutem concilias. Nam ¹³ pari-
 tur pax bello. Itaque qui ¹⁴ ea diutina 4

⁷ ut Thebanum scilicet) Hoc opponitur ingeniiis Athe-
 niensium, quorum omnino volubilior & ornatior elo-
 quentia erat. Cic. de Clar. Orat. c. 13. Studium non
 erat commune Graeciae, sed proprium Athenarum. Quis
 enim aut Argivum oratorem, aut Corinthium, aut The-
 banum scit fuisse temporibus illis? nisi quid de Epami-
 nonda, docto homine, suspicari libet. Lacedaemonium ve-
 ro usque ad hoc tempus audivi fuisse neminem. C. ⁸ plus
 inest virium quam ing.) quod crasso coelo Boeotiae tri-
 butum esse legimus. Cic. de Fato c. 4. Athenis tenue
 coelum, ex quo acutiores etiam putantur Attici? crassum
 Thebis: itaque pingues Thebani & valentes. Horat. 2.
 Epist. 1. v. 244. Boeotum in crasso iuraret aëre natum.
 Corporis potius, quam ingenii vires Thebani laboran-
 do exercebant. v. Alcibiade c. 11. n. 2. C. ⁹ in re mil.
 florere) ob belli laudem magni aestimari a Thebanis.
¹⁰ ne imp. opera desid.) i. e. ut facilius Epaminonda
 imperatore carere queant. ¹¹ avocas) dehortaris,
 abstrahis. ¹² otii nomine) specioso sub praetextu pa-
 cis & tranquillitatis. ¹³ paritur pax bello) Cic. Offic.
 1, 23. Bellum ita suscipiatur, ut nihil aliud nisi pax quae-
 sita videatur. C. ¹⁴ ea diutina frui) pacem constantem
 eiusque longinquos fructus habere.

volunt

volunt frui, bello exercitati esse debent. Quare si
¹⁵ principes Graeciae esse vultis, ¹⁶ castris est vobis
 5 utendum, non palaestra. Idem ille Meneclides
 cum huic obiiceret, quod ¹⁷ liberos non haberet,
¹⁸ neque uxorem duxisset; ¹⁹ maximeque insolentiam;
 quod sibi ²⁰ Agamemnonis belli gloriam videretur
 consecutus: ait ille, desine, inquit, Meneclide,
 de uxore mihi ²¹ exprobrare, nam ²² nullius
 6 in ista re minus uti consilio volo. Habebat enim
 Meneclides suspicionem adulterii. Quod autem
 me ²³ Agamemnonem aemulari putas; falleris.

15 principes Graeciae) Si primatum inter reliquas
 Graeciae respublicas vultis acquirere, 16 castris uten-
 dum, non palaestra) belli laboribus, non palaestricis
 ludis assuescendum est. In ludicris otiosorum rebus
 palaestra ponebatur, Vide c. 2. n. 4. C. Huc pertinet
 illud Taciti A. 15, 1, 5. Non ignavia magna imperia con-
 tinentur; Virorum armorumque faciendum certamen.
 17 liberos non haberet) Plutarch. in Parallelis refert,
 quod filium Stefimbrotum interfici iusserit, quod se
 absente suoque iniussu pugnasset cum Lacedaemoniis.
 18 neque uxorem duxisset) idem repetitur infra c. 10. n. 1.
 Sed Polyaeus 2, 3. refert, Epaminondae uxorem
 fuisse, quam amasset Phoebiades. Et de filio iam di-
 ctum est. Ergo forte obiectum est, quod, priore mortua,
 non duxerit uxorem aliam. 19 maximeque insolentiam)
 subaudi ἀπὸ τοῦ κριθῆ, obiiceret. C. 20 Agamemnonis belli
 gloriam) En duo gignendi casus, separati, non ordine
 iuncti, ab una voce ex aequo pendentes! Caesar eodem
 modo Bell. Civ. 1, 7. omnium temporum iniurias inimico-
 rum in se commemorat. C. 21 exprobrare) scilicet quod
 duxerim, vel quod cum tua rem habuerim. 22 nullius
 minus) aliqui subiiciunt: quam tuo. Sensus est: Te mi-
 nime omnium consulam hoc in negotio. 23 Agamemnonem)

namque ille cum universa Graecia vix decem annis
 24 unam cepit urbem: ego contra ex una 25 urbe no-
 26 fra dieque uno 26 totam Graeciam, Lacedaemoniis
 fugatis, liberavi.

Idem cum 1 in conventum venisset 2 Arca- VI.
 dum, petens, ut societatem cum Thebanis &
 Argivis facerent: contraque 3 Callistratus Athe-
 niensium legatus, qui 4 eloquentia omnes eo prae-
 stabat tempore, postularet, ut potius amicitiam

quem Mycenarum regem Graecia Helenae raptum ul-
 tura, mille naves dedit; & hinc decennalis Troiae
 obsidio. 24 unam urbem) Troiam, quam copiae uni-
 versae Graeciae duce Agamemnone expugnatum pro-
 fectae fuerant. C. 25 urbe nostra) Thebis Boeotiae, cuius
 urbis in Leuctrica victoria (quam dies unus signifi-
 cat) praecipuae partes erant prae ceteris Boeotis, ut
 auxiliis Atheniensium & Thessalorum. Diodor. 15, 32,
 34. C. 26 totam Graeciam liberavi) cuius, nec non ma-
 nis, domini facti fuerant Lacedaemonii proelio ad Ae-
 gos flumen subiectis civitatibus Ἰππεροπρινῶς ἡγεῖ βα-
 ρύως, superbe imperantes. Diodor. 15, 28. Proelio au-
 tem Leuctrico concussa est potentia Lacedaemonio-
 rum, ut restaurare nunquam potuerint. C.

Cap. VI. 1 in conventum) εἰς τὰς μὲγας. Sic enim
 vocabant illos conventus, uti ex Harpocrate Lam-
 binus probavit. C. 2 Arcadum) incolarum Arcadiae,
 regionis montosae in Peloponneso. Hos Arcades Graeci
 dissidentes tunc simul implorabant, ut se associarent.
 3 Callistratus Atheniensium legatus) Hunc oratorem lau-
 dat Xenophon lib. 6. Graecorum, eiusque orationem
 quandam recitat. Rem, quam noster, scripsit etiam
 Plutarchus Apophthegm. p. 193. C. 4 eloquentia omnes
 praestabat) i. e. erat eloquentissimus.

seque-

2 *sequerentur Atticorum*; & in oratione sua ⁵ multa invectus esset in Thebanos & ⁶ Argivos, in eisque hoc posuisset; *animadvertere debere Arcades, quales ⁷ utraque civitas cives procreasset, ex quibus de ceteris possem iudicare. Argivos enim fuisse ⁸ Orestem & Alcmaeonem, matricidas: Thebis ⁹ Oedipum natum, qui, cum patrem suum*
 3 *interfecisset, ex matre liberos procreasset.* ¹⁰ Hic in respondendo Epaminondas cum de ceteris ¹¹ perorasset, postquam ad illa ¹² duo opprobria

5 *multa invectus esset in Thebanos*) maledictis quamplurimis insultasset Thebanis; multis opprobriis usus esset. *Multa Graecorum more adverbialiter dicitur* conf. 20, 5, 3. 6 *Argivos*) incolas Argis. Argis urbs celebris in parte orientalis Peloponnesi. vid. Tab. II. 7 *utraque civitas*) Thebanorum & Argivorum. 8 *Orestem & Alcmaeonem*) Orestes Agamemnonis, & Clytemnestrae filius, qui patris caedem ulturus, matrem interfecit, & ob id furiis agitatus fuit: Alcmaeon, Amphiarai filius, Eriphylen matrem occidit: quae patrem prodiderat, ut ad bellum raperetur, quod is sibi fatale fore praesenserat. Consule de utroque Cicronem pro Roscio Am. c. 24; de Oreste Euripidis tragediam: de Alcmaeone Hyginum fab. 73. C. 9 *Oedipum natum*) Laii, Thebanorum regis, & Iocastae filius, expositus, servatus, a Corinthiorum regina educatus, patrem, quem ignorabat, tumultu Phocensium interfecit: & matrem aequae ignorans uxorem duxit. v. Sophocles in Trag. C. 10 *Hic in respondendo Epaminondas*) Plutarchus Apophthegm. f. 193. ὁ Ἐπαμινondas, ὁ μολογῶμεν, ἔφη, καὶ παρ' ἡμῶν πατροκτόνον νέσθαι, καὶ παρ' Ἀργείοις μητροκτόνον, ἀλλὰ τὰς ταῦτα δράσαντας ἡμεῖς μὲν ἐξεβάλομεν. Ἀθηναῖοι δὲ ὑπέδειξαντο. Ecce argutam retorsionem! C. 11 *perorasset*) obiectiones diluisset, resutasset. 12 *duo opprobria*)

perve.

pervenit; admirari se dixit stultitiam ¹³ rhetoris
 politici, qui non animadverterit, ¹⁴ innocentes illos
 natos; domi ¹⁵ scelere admissio, cum patria essent
 expulsi, ¹⁶ receptos esse ab Atheniensibus. Sed ⁴
 maxime eius eloquentia ¹⁷ eluxit Sparta, ¹⁸ legati
 ante pugnam Leutricam, quo cum omnium fo-
 ciorum convenissent legati, coram frequentissi-
 mo ¹⁹ legationum conventu, sic Lacedaemonio-
 rum tyrannidem coarguit, ut non minus illa
 oratione ²⁰ opes eorum concusserit, quam ²¹ Leu-
 trica pugna. Tum enim perfecit, quod post
 apparuit, ut auxilio sociorum Lacedaemonii pri-
 ventur.

fuisse patientem, suorumque ¹ iniurias feren- VII.
 tum civium, quod se ² patriae nasci nefas esse du-

de procreatis duobus locis scelestis illis civibus contu-
 miose sibi oppositis. ¹³ rhetoris) per contemptum
 vocat legatum & oratorem. ¹⁴ innocentes illos na-
 tos) i. e. quod Orestes, Alcmaeon & Oedipus, cum
 nacerentur, innocentes fuerint. ¹⁵ scelere admissio)
 patricidii & incestus reos. ¹⁶ receptos esse ab Athenien-
 sibus) adeoque ipsos fuisse fautores & susceptores sce-
 lerum, quos cives habere alii noluerint. conf. Vossii
 Orat. 5, 12, 5. ¹⁷ eluxit) apparuit, cognita est.
 (legati) i. e. cum legatus esset a Thebanis eo missus.
 (legationum conventu) confessu legatorum, pro qui-
 bus legationes dixit & Justin. 8, 4, 3; & 30, 3, 5. ²⁰ opes
 concusserit) vires, copias, potentiam destruxerit, debi-
 liarit. ²¹ Leutrica pugna) quam accurate scripsit Dio-
 dorus Siculus 15, 55, 56. Leuttra vero vicus est Boeo-
 tiae inter Plataeas & Thespias. Strab. 9. p. 285. C.

Cap. VII, ¹ iniurias civium) i. e. a civibus illa-
 tas. De simili patientia v. Liv. 27, 34; Tac. A. 1,
 4; Val. Max. 3, 7, extr. 5; 3, 8, 2; 5, 3, 2. ² patriae)
 ceret,

ceret, haec sunt testimonia. cum eum propter invidiam cives praeficere exercitui nolissent, duxque esset delectus belli imperitus, cuius ³ errore eo esset deducta militum multitudo, ut omnes ⁴ de salute pertimescerent, quod locorum angustiis ⁵ clausi ab hostibus obsidebantur: desiderari coepta est Epaminondae diligentia. erat enim ² ibi ⁶ privatus ⁷ numero militis, a quo cum peterent opem. ⁸ nullam adhibuit memoriam ⁹ contumeliae, & exercitum obsidione liberatum. ³ ¹⁰ domum reduxit incolumem. Neque vero haec semel fecit, sed saepius: maxime autem fuit ¹¹ illustre, cum in Poloponnesum exercitum duxisset adversus Lacedaemonios, haberetque collega duos, ¹² quorum alter erat Pelopidas, vir fortis ac strenuus. hic cum ¹³ criminibus adversariorum

i. e. civibus suis tanquam membris patriae. ³ errore) imperitia rei bellicae in eas angustias coniectum esset numerosum illud agmen. ⁴ de salute pertimescerent) vitae necisque discrimen cernerent. ⁵ clausi) oppressi. Sic supra 14, 8, 4. ⁶ privatus) sine imperio, quod ei erat abrogatum & aliis commissum. ⁷ numero militis) hoc est, loco, dignitate. Cic. Divinat. in Verr. c. 19. cum is tibi parentis numero fuisset, quod de eodem paullo ante dixerat, parentis loco esse. C. ⁸ nullam adhibuit memoriam) non memor fuit, statim oblitus est. ⁹ contumeliae) cuius genus aliquod Val. Max. 3, 7. extr. 5. narrat: ei cives iratos sternendarum in oppido viarum, contumeliae causa, curam mandasse. Adit idem, erat illud ministerium apud eos sordidissimum. C. ¹⁰ domum) Thebas. ¹¹ illustre) sc. factum. ¹² quorum alter) unus ex his collegis, Epaminondae amicissimus. ¹³ criminibus) sc. excogitatis, i. e. falsis criminationibus.

14 omnes

14 omnes in invidiam venissent, ob eamque rem imperium his esset ¹⁵ abrogatum, atque in eorum locum praetores successissent; Epaminondas ⁴ ¹⁶ populiscito non paruit, idemque ut facerent, persuasit collegis, & bellum, quod susceperat, gessit. namque animadvertibat, ¹⁷ ubi id fecisset, totum exercitum propter praetorum imprudentiam inscientiamque belli periturum. ¹⁸ Lex erat ⁵ Thebis, quae ¹⁹ morte multabat, si quis imperium diutius retinisset, quam lege ²⁰ praefinitum foret. hanc Epaminondas cum reipublicae conservandae causa latam videret, ²¹ ad perniciem civitatis conferre noluit; & ²² quatuor mensibus diutius, ²³ quam populus iusserat, gessit imperium.

14 omnes) tres illi duces. 15 abrogatum) Imo elapsus fuisse tempus imperii lege praefinitum, scribit Plutarchus in Pelopida. Sic abrogare magistratum, supra 7, 7, 3. 16 populiscito non paruit) Defendit in hac causa Epaminondam Cicero de Invent. 1, 38. Verbum populiscitum, quod e MS. est, supra quoque Alcibiade c. 5. notavimus. C. al. plebiscito, uti supra 3, 1, 5. 17 ubi fecisset) i. e. si vel cum fecisset; si paruisset. Ita Ter. Euv. 4, 1, 14. ubi primum poterit. 18 lex erat Thebis) huius legis meminit Alex. ab Alex. 4, 6. 19 morte multabat) mortis poenam dictitabat. 20 praefinitum) destinatum, praescriptum, constitutum. 21 ad perniciem civitatis conferre) Cic. Invent. 1. 38. Summam amentiam esse existimabat Epaminondas, quod scriptum esset reipub. salutis causa, id non ex reip. salute interpretari. C. Hinc apparet occurrere tempora & negotia, quae non sinant legibus latis parere. Alia exempla apud Liv. 10, 13; & 26, 8. 22 quatuor mensibus diutius) Plutarchus Apophtheg. f. 194. ἐπιβαλὼν τῇ Βοιωταρχίᾳ πρὸς τὸν νόμον τέσσαρας μῆνας. C. 23 quam pop. iussit) Cornel. Nep. L ¹ Post-

VIII. ¹ Postquam domum reditum est, collegae eius hoc crimine accusabantur, quibus ille permisit, ut omnem ² causam in se transferrent, ³ suaque opera factum contenderent, ut ⁴ legi non obedirent. qua defensione illis ⁵ periculo liberatis, nemo Epaminondam ⁶ responsurum putabat, ² quod, quid diceret, non haberet. At ille in iudicium venit; nihil eorum negavit, quae adversarii ⁷ crimini dabant, omniaque, quae collegae dixerant, confessus est, neque recusavit, quominus ⁸ legis poenam subiret; sed unum ab iis ³ petivit, ut in ⁹ periculo suo conscriberent: EPA-
MINONDAS A THEBANIS MORTE MVL-
TATUS EST, QVOD EOS COEGIT APVD

ferat) An liceat contra quam mandatum est facere si spes fore utilis, disputat Gellius 1, 13. conf. supra 14, 4, 3.

Cap. VIII. ¹ Postquam reditum est) i. e. postquam redierunt. Locutio est impersonalis pro personali. ² causam in se transferrent) culpam retenti imperii sibi tribuerent. ³ sua opera) i. e. per Epaminondam. ⁴ legi) lex illa in c. 7. n. 5. extat. ⁵ periculo) a vitae discrimine, in quo ob legem violatam versabantur. ⁶ responsurum) causam dicturum coram iudicibus. ⁷ crimini dabant) crimen esse, grave delictum esse arguebant. ⁸ legis poenam subiret) i. e. poenam lege constitutam pateretur. ⁹ periculo) hoc est damnatione, captis supplicio. Et alibi periculum statum reorum significat. Cic. pro Arch. c. 2. persona minime in iudiciis periculisque tractata. Pro Cluent. c. 6. hoc iudicium, hoc periculum, illa accusatio. Quidam cippo, vel titulo, vel sepulchro vel aliter legunt, contra codicum consensum. Plutarchus quidem Apophth. f. 194. & Aelian. as V. Hist. 13, 42 habent ἐπιγράψαι τῆς σήλης inscribere columnae: verum non idem significant, quod noster periculo: quamlibet

10 LEUCTRA: SUPERARE: LACEDAEMONIOS, QVOS 11 ANTE SE IMPERATORVM NEMO BOEOTIORVM 12 AVSUS VITADSPICERE IN ACIE: QVOD 13 QVE VNO PROELIO NON SOLV M 13 THEBAS 14 AB INTERITV RETRAXIT, SED ETIAM 15 VNIVERSAM GRAECIAM IN LIBERTATEM VINDICAVIT, 16 EOQVE RES 17 VTRORVMQVE PERDVXIT, VT 18 THEBANI SPARTAM OPPVGNARENT, LA-

scribendi verbo convenient. Noster actum damnationis & supplicii notat; isti una rem vel instrumentum expriment, cui damnationis causa insculpatur, quod vel pila erat, ut in Alcibiade c. 4. n. 5. dictum; vel etiam columna. C. 10 *Leuctra*) vicum Boeotiae. v. supra c. 6. n. 4. 11 *ante se imperatorem*) priusquam ipse imperator constitutus est. 12 *ausus fuit adspicere*) ne conspectum quidem hostium sustinere, quin illico fugam capessiverint: tantum abest, ut ferre impetum illorum ac robar potuerint. Sic Caesar Gall. 1, 29. de Germanis: *saepenumero sese cum iis congressos, ne vultum quidem atque aciem oculorum ferre potuisse.* Et Florus 2, 18. 5. de Romanis, *ut ne oculos quidem aut vocem Numantini viri quisquam sustineret.* C. 13 *Thebas*) caput Boeotiae vid. Tab. II. 14 *ab interitu retraxit*) interire passus non est, sed conservavit. 15 *universam Graeciam*) i. e. Graecos omnes Lacedaemoniorum principatum expertos. 16 *eoque*) i. e. in eum statum. 17 *utrorumque*) & Thebanorum & Spartanorum. 18 *Thebani Spartam oppugnarent*) post pugnam Leuctricam in Peloponnesum progressi, Lacedaemoniam, per quingentos annos ἀπὸ ἐδάτου populationis expertem, vastarant, ipsam quoque Lacedaemonem oppugnantes. Non autem expugnarunt, sed relicta urbe Messeniam duxere copias. Diodor. 15, 65. C.

OEDAEMONI ¹⁹ SATIS HABERENT, ²⁰ SI SALVI ESSE POSSENT. NEQUE PRIUS BELLARE DESTITIT, QUAM ²¹ MESSENA CONSTITUTA ²² VRBEM EORVM OB-
 5 **5** **DI**ONE CLAUSIT. Haec cum dixisset, risus omnium cum ²³ hilaritate coortus est: neque quisquam iudex ausus est ferre ²⁴ suffragium. Sic ²⁵ a iudicio capitis maxima discessit gloria.

IX. Hic ¹ extremo tempore imperator apud ² Man-

¹⁹ *satis haberent*) acquiescerent. v. supra c. 4, 5. ²⁰ *si salvi esse possent*) si se suaeque tuerentur. ²¹ *Messena*) Est haec urbs caput regionis in occidentali latere Peloponnesi, commodissimo ad invadendam Spartam situ, ideoque a Spartanis everfa. Hanc *ἐπιταύριον*, instauravit Epaminondas, revocatis undique Messeniis, aditisque aliis colonis, ut munimentum esset, quo claudi & cohiberi possent Lacedaemonii, Diodor. 15, 66. ²² *urbem obsidione clausit*) Spartam e longinquo, instaurata & munita Messeniorum urbe, quasi obsidione cinxit. C. ²³ *hilaritate*) laeta animorum commotione & voluptate. ²⁴ *suffragium*) calculum, quo sententia vel absolutionis vel damnationis significabatur. Apud Romanos ita dicebatur vox sive votum iudicum in comitiis & iudiciis, quod in tabella describatur; inde est *suffragium ferre*, *seine Stimme sich geben*. Rosinus Ant. 8, 6. col. 12, 57. ²⁵ *a iudicio capitis*) ubi capitis supplicium imminabat. Domum regressus blandiente cauda catelli dixit: *Hic mihi pro beneficio gratiam repōnit; & Thebani, de quibus praeclare sum meritus, mihi capitis supplicium minabantur.* v. Aelian. V. H. 13, 42.

Cap. IX. ¹ *extremo tempore*) scil. suae vitae. ² *Mantineam*) Mantinea oppidum Arcadiae, apud quam Epaminondae ultimum proelium commissum fuit. Diodor. 15. c. 86, 87. C.

tineam,

lineam, quum ³ acie instructa audacius ⁴ instaret hostibus, cognitus a Lacedaemoniis, quod in unius ⁵ pernicie eius, patriae sitam putabant salutem, universi in unum ⁶ impetum fecerunt, neque prius ⁷ abscesserunt, quam magna caede facta, multisque occisis, fortissime ipsum Epaminondam pugnantem, ⁸ sparo ⁹ eminus percussum, concidere viderunt. Huius casu aliquantum ¹⁰ retardati sunt Boeotii: neque tamen prius pugna excesserunt, quam repugnantes profligarunt. At Epaminondas cum animadverteret, ³ ¹¹ mortiferum se vulnus accepisse, simulque si ferrum, quod ex hastili in corpore remanserat,

³ acie instructa) in einer ordentlichen bataille. ⁴ instaret hostibus) premeret & urgeret hostes cum manifesto corporis sui periculo, quod ipsi imperatori minus convenit. v. Curt. 9, 6, 8. ⁵ pernicie eius) morte & interitu Epaminondae. conf. 18, 11, 2. ⁶ impetum fecerunt) duces unice petentes, quo occiso militaris turba corpus est sine spiritu, Curt. 10, 6, 8. Ideo idem Romani saepius factitarunt. v. Caes. B. G. 5, 58; Tac. A. 3, 73, 4; & 4, 25, 5. ⁷ abscesserunt) i. e. recesserunt vel discesserunt. ⁸ sparo) Sparus teli genus rude & impositum, quod agreste Virgilius vocat Aen. 10. v. 683. Servius in h. l. Sparus est rusticum telum, in modum pedis recurvum. Sallustius Catil. c. 56. uti quemque casus armaverat, sparos, aut lanceas, aut praeacutus fudes portabant C. ⁹ percussum) a Gryllo Xenophontis filio Atheniensi. v. Pausan. Arcad. & Boeot. ¹⁰ retardati sunt) tardiores sunt facti in pugnando, neque tamen fusi ac fugati. conf. Tac. H. 4, 34, 9; & A. 6, 35, 5. Curt. 4, 15, 28. ¹¹ mortiferum) mortem afferens, lethale. Sic Liv. 2, 47.

extraxisset, animam statim amissurum: ¹² usque
eo retinuit, ¹³ quoad renunciatum est, vicisse
⁴ Boeotios. Id postquam audivit; *satis, inquit,
vixi: invictus enim morior.* Tum ferro extra-
cto confestim ¹⁴ exanimatus est.

X. Hic ¹ uxorem nunquam duxit. ² in quo cum
reprehenderetur a Pelopida, qui filium habebat
³ infamem: *maleque eum in eo patriae consulere,
diceret, quod liberos non relinqueret: vide, inquit,
ne tu peius consulas, qui ⁴ talem ex te natum reli-
turus sis. neque vero ⁵ stirps mihi potest deesse.*

¹² usque eo retinuit) Cic. de Finib. 2, 30. de Epami-
nonda, cum vicisset Lacedaemonios apud Mantineam, simul-
que ipse gravi vulnere exanimari se videret: ut primum
dispexit, quaesivit, salvusne esset clypeus: cum saluum
esse flentes sui respondissent, rogavit, essentne fusi hostes:
cumque id quoque, ut cupiebat, audivisset, evelli iussit
eam, qua erat transfixus, hastam. Eadem de clypeo,
geminataque quaestione Diodorus 15, 87. de solo cly-
peo, idem Cicero fam. 5, 12. C. Adde Tusc. 2, 24;
Justin. 6, 8; & Val. Max. 2, 3. ext. 5. ¹³ quoad) i. e.
donec, bis dass. Sic & alibi noster; ut 18, 2, 2. & 6, 2.
¹⁴ exanimatus est) animam emisit, mortuus est.

Cap. X. ¹ uxorem nunquam duxit) dubium id esse,
notavimus supra c. 5. 5. ² in quo) i. e. qua in re,
quam ob rem. Sic mox: *in eo* i. e. in ea re. ³ infamem)
vel ob nativitatem ex illicito concubitu, vel ob
pravitatem vitae. Augustus aliquanto patientius mor-
tem quam dedecora suorum tulit. Suet. Aug. c. 65.
⁴ talem ex te natum) filium tam degenerem atque
infamem. Aufonius Caes. n. 17. de Marco Antoni-
no pravum filium Commodum relinquentem: *Hoc solo
patriae, quod genuit, nocuit.* ⁵ stirps) generis propago,
nam.

namque ex me natam ⁶ relinquo pugnam Leuctri- 2
 cam, ⁷ quae non modo mihi ⁸ superstes, sed etiam
 immortalis sit necesse est. Quo tempore duce ³
 Pelopida, ⁹ exsules Thebas occuparunt, & prae-
 fidiū Lacedaemoniorum ¹⁰ ex arce expulerunt,
 Epaminondas, quam diu facta est caedes civium,
¹¹ domi se retinuit: quod neque malos defendere
 volebat, neque impugnare, ne manus ¹² suorum
 sanguine cruentaret. namque omnem ¹³ civi- 4
 lem victoriam funestam putabat. Idem, post-
 quam ¹⁴ apud Cadmeam pugnari cum Lacedae-

liberi, posteri. ⁶ relinquo pugnam Leuct.) Videtur id
 saepius in ore habuisse. Diodorus enim c. l. refert,
 cum morituro apud Mantineam amicus cum lacrimis
 dixisset, itane sine liberis decedis? respondisse: Non per
 Iovem: sed filias duas, victoriam ad Leuctra & Mantine-
 neam, post me relinquo. C. ⁷ quae sit) i. e. quae ut sit,
 particula ut, eleganter omittitur. ⁸ superstes) Haec
 vox notat eum, qui reliquis mortuis adhuc superest.
 Inde parentes, qui varia votorum genera nuncupabant:
 ut Dei filios sibi superstites relinquerent, superstitiosi
 dicti sunt. Lactantius 4, 28, 4. ⁹ exsules Thebas occu-
 parunt) Explicatur in Pelopida c. 2. & 3. C. ¹⁰ ex
 arce) sc. Cadmea, Thebarum arce. Ibid. c. 1. C. ¹¹ domi
 se retinuit) ibidem Pelopida c. 4. quoad cum civibus di-
 micatum est, domi quietus fuit. C. Alibi dicitur tenuit. v. 10,
 9, 1; 18, 5, 7. Noluit se Epaminondas immiscere bellis
 civilibus. ¹² suorum sanguine) sc. civium, popularium.
¹³ civilem victoriam funestam) i. e. exitiosam, perniciosam,
 lugobrem. Cic. Epist. 4, 9. Omnia sunt misera in bellis
 civilibus: sed miserius nihil, quam ipsa victoria. C. conf.
 Val. Max. 2, 8, 7. ¹⁴ apud Cadmeam pugnari) Pello-
 pidas cum exsulis adversus tyrannos Thebanorum,

5 moniis coepit, ¹⁵ in primis stetit. Huius de virtutibus vitaque satis erit dictum: si hoc unum adiunxero, quod nemo ¹⁶ eat inficias: Thebas & ¹⁷ ante Epaminondam natum, & post eius interitum, perpetuo alieno paruisse imperio. contra ea quamdiu ille praefuerit reipublicae, ¹⁸ caput fuisse totius Graeciae. ex quo intelligi potest, unum hominem ¹⁹ pluris quam civitatem fuisse.

qui Spartanis studebant, pugnavit, quiescente Epaminonda: his interfectis praesidium Lacedaemoniorum, arci Cadmeae impositum, expugnavit, adiutore in primis Epaminonda, quia iam res non contra cives, sed contra Spartanos gerebatur. C. 15 in primis stetit) inter eos pugnavit, qui fuerunt in primis ordinibus. ¹⁶ eat inficias) Haec vox componi videtur ab in, quod est non, & facio. Ire ergo inficias, est eam viam eligere, quae statuit hanc rem non factam esse h. e. uno verbo, negare, inficiari. Sed Festus scribit infitari & infiteri, ut sit non fateri. 17 ante Epaminondam natum, & post eius interitum) Idem Iustinus affirmat 6, 8, 1. Neque hunc ante ducem ullum memorabile bellum gessere (Thebani) nec postea virtutibus, sed cladibus insignes fuisse; ut manifestum sit, patriae gloriam & natam & extinctam cum eo fuisse. Eadem Diodorus 15, 79. & 88. Huius praeterea magnitudinem concelebrant, Cicero Tusc. 1, 2. Epaminondas, inquit, princeps, meo iudicio, Graeciae: Aelianus H. Var. 7, 14. τῶν Ῥωμαίων καὶ τῶν Ἑλλήνων πρῶτος ἐγένετο. Diodori Siculi fragmenta, quae Valesius, a Peirescio accepta, vulgavit, p. 246. de nostro Epaminonda; ὁ μόνον Θεβαίων, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν κατ' αὐτὸν ἐπρώπευεν. C. 18 caput) urbem primariam & imperantem. 19 pluris fuisse) plura valuisse, maiorem auctoritatem habuisse. Phaedrus fab. 62, 1. Plus est in uno saepe quam in turba boni. conf. Iustin. 5, 4, 12.

XVI.

PELOPIDAS.

ARGUMENTVM.

1. Pelopidas vulgo minus notus: cum Thebani Cadmeam occuparent, in exilium cum aliis eiectus fuit. 2. quorum duodecim, Pelopida duce, habitu venatorio Thebas redierunt. 3. & incuria magistratum initium faciunt libertatis patriae, interfectis tyrannis, & Spartano praesidio ex arce deturbato. 4. Prius proprium fuit Pelopidae, quiescente Epaminonda: alterum commune cum illo, quemadmodum & reliquae expeditiones. 5. Adversa fortuna conflictatus est exilii primum: deinde vinculorum contra ins gentium: e quibus ab Epaminonda liberatus, cum tyrannos ultum it, ira in Alex. Pheraeum accensus, degressusque suis longius, confoditur.

Pelopidas Thebanus magis ¹ historicis, quam vulgo, notus. cuius de virtutibus dubito quemadmodum exponam, quod vereor, ne si ² res explicare incipiam, ³ non vitam eius enarrare, sed historiam videar scribere: si tantummodo ⁴ summas attigero, ne ⁵ rudibus litterarum Grae-

Cap. I. ¹ historicis) Plutarcho, Pausaniae, Polybio, Diodor. Cic. pro Mur. c. 7. Nobilitas Sulpitii historicis notior, populo obscurior. 2 res) gestas scil. a Pelopida, al. eas sc. virtutes. 3 non vitam, sed historiam) Historia est scriptio publico actui rerum aptior, ideoque instructior. Boecler. Plutarchus quoque principio Alexandri distinguit. ἔτι ἰσορίας γράφομεν, ἀλλὰ βίης. C. 4 summas) scil. res seu narrationes, i. e. si praecipua rerum capita breviter perstrinxero; si res summatim comprehendam. 5 rudibus litterarum) illis, qui ex-

carum ⁶ minus lucide appareat, quantus fuerit ille vir. Itaque ⁷ utrique rei occurram, quantum poterō; & ⁸ medebor cum fatietati, tum ignorantiae **2** lectorum. Phoebidas Lacedaemonius, cum exercitum ⁷ Olynthum duceret, iterque per Thebas faceret, arcem oppidi, quae ¹⁰ Cadmea nominatur, occupavit impulsu ¹¹ perpaucorum Thebanorum, qui ¹² adversariae factioni quo facilius resisterent, ¹³ Laconum rebus studebant: idque **3** ¹⁴ suo privato, non publico, fecit consilio. quo factō eum Lacedaemonii ab exercitu removerunt, ¹⁵ pecuniaque multarunt: ¹⁶ neque eo magis ar-

pertes sunt historiaram. 6 minus lucide appareat) absconditum & obscurum maneat. 7 utrique rei) & prolixitati & brevitati. 8 medebor fatietati & c.) adhibebo modum, ne nimia rerum copia pariat fastidium lectoribus, & ut simul consulatur ignaris. 9 Olynthum) Olynthus urbs in maris Macedoniam alluentis ora, sui iuris, modo Atheniensibus modo Lacedaemoniis accessit. Adde dicta principio Timothei. C. 10 Cadmea) Cadmea antiquum nomen oppidi a Cadmo conditi: postea cum amplificaretur, vetus Cadmea pro arce novae urbis Thebarum fuit. Pausanias Boeot. f. 285. C. 11 perpaucorum Thebanorum) Archiae, Leontidae, Philippi, quos Plutarchus p. 210. vocat ἀνδρας ὀλιγαρχικὲς καὶ πλεσιῶς. C. 12 adversariae factioni) adversariorum factio dicitur c. 2, 4. Erant autem Ismenias, Pelopidas, Pherenicus, Androclides & Epaminondas. 13 Laconum rebus studebant) favebant Lacedaemoniis. 14 suo privato consilio) At vero clam mandasse ephoros duci Phoebidae, ut, si occasio tulerit, ne negligeret arcem occupare, Diodorus auctor est, 15, 20. dicens παρήγγιλον ἐν ἀπορήτοις. C. 15 pecunia multarunt) Plut. f. 280. δέκα δραχμῶν μυριάσιν ἐζημίωσαν. C. 16 neque eo magis ar-

cem Thebanis reddiderunt, quod ¹⁷ susceptis inimicitiiis ¹⁸ satius ducebant ¹⁹ eos obsideri, quam liberari. Nam post Peloponnesium bellum Athenasque devictas, cum Thebanis sibi ²⁰ rem esse existimabant: & eos esse solos, qui ²¹ adversus resistere auderent. Hac mente ²² amicis suis summas ⁴ potestates dederant, ²³ alterius factionis principes ²⁴ partim interfecerant, alios in exilium eiecerant: in quibus Pelopidas hic, de quo scribere exorsus sumus, ²⁵ pulsus patria carebat.

¹ Hi omnes fere ² Athenas se contulerant, non II.

licet Phoebidam multarent. ¹⁷ *susceptis inimicitiiis*) propter Phoebidae facinus. ¹⁸ *satius ducebant*) consultius esse arbitrabantur. ¹⁹ *eos obsideri*) sc. a Lacedaemoniis per arcem iam occupatam. ²⁰ *rem esse*) contentionem, dissidium, certamen de principatu fore. ²¹ *adversus*) Vox *adversus* nude & adverbialiter sine casu posita, ut infra Agesilao cap. 4. n. 6. *qui adversus arma tulerant*. C. Sed hoc loco abundat per *ἀντίθετον*. ²² *amicis suis*) Thebanis civibus, qui Laconum rebus studebant. C. ²³ *alterius factionis principes*) quos iam nominavimus not. 12. Solus Epaminondas minus timendus videbatur propter paupertatem & philosophica studia. ²⁴ *partim*) Usus requirit alias, ut haec vox duplicetur, ita: *partim interfecerant, partim in exilium eiecerant*. Sed & boni autores solent una tantum vice usurpare, & tunc exponi potest per *quidam*. Sic h. l. *quosdam interfecerant*. ²⁵ *pulsus patria carebat*) exsul erat. vid. c. 5, 1.

Cap. II. ¹ *hi omnes*) exsules Thebani electi. ² *Athenas*) Spartani imperarunt per litteras Atheniensibus, ne susciperent exsules, hi vero, ut gratiam perfimilis beneficii referrent, humanissime illos receperunt.

quo sequerentur otium, sed, ut ³ quemque ⁴ ex proximo locum fors obtulisset, eo patriam recuperare niterentur. Itaque cum tempus est visum ⁵ rei gerendae, ⁶ communiter cum his, qui Thebis ⁷ idem sentiebant, diem delegerunt ad inimicos opprimendos civitatemque liberandam, eum, quo magistratus simul ⁸ consueverant epulari. *Magnae saepe res* ⁹ non ita magnis copiis sunt gestae: sed profecto nunquam ab tam tenui initio tantae ¹⁰ opes sunt profligatae. nam ¹¹ duodecim adolescentuli coierunt ex his, qui ex-

Plutarch. p. 280. C. 3 quemque locum fors obtulisset) i. e. quamcumque occasionem fortuna dedisset, concessisset. Sic Liv. 31, 41. quo fors tulisset loco. conf. Tac. A. 14, 5, 5; Virg. 2, 94; Ter. Phorm. 1, 2, 48. 4 ex proximo) i. e. in vicinia, in der Nähe. Sic Plaut. A. sin. 1, 1, 38. e proximo. Si mavis subaudire tempore, reddi potest *anfs eheste.* 5 rei gerendae) patriae recuperandae. 6 communiter cum his &c) *gemeinschaftlich*; communicato consilio cum relictis amicis. v. Plut. p. 281. 7 idem sentiebant) praecipui inter conspirantes erant Charon, & Philo- das scriba civitatis. 8 consueverant epulari) solebant lautum celebrare convivium ob festum Veneris, & ob mutationem regiminis, dum alii deponebant imperium, alii suscipiebant. Rem fuse narrat Xenophon de reb. Gr. 5, 14. Sed aliis cum circumstantiis Plutarchus & Polyaeus. 9 non ita magnis) i. e. admodum parvis. 10 opes profligatae) mox dicitur: *perculsa est potentia*; atque iterum: *imperii maiestas perculsa cecidit.* Sunt haec fere Synonyma de viribus fractis & everfis sublatoque Lacedaemoniorum principatu. 11 duodecim adolescentuli) de hoc numero consentit Plutarchus; Septem fuisse tradit Xenophon.

filio erant multati, ¹² cum omnino non essent
 amplius centum, ¹³ qui tanto se offerrent peri-
 culo. ¹⁴ qua paucitate percussa est Lacedaemo-
 niorum potentia. Hi enim non magis adver- 4
 sarios ¹⁵ factioni, quam Spartanis eo tempo-
 re bellum intulerunt: qui principes erant totius
 Graeciae, quorum ¹⁶ imperii maiestas, neque ita
 multo post, Leuctrica pugna, ¹⁷ ab hoc initio
 percussa ¹⁸ cecidit. Illi igitur duodecim, quo- 5
 rum erat ¹⁹ dux Pelopidas, cum Athenis ²⁰ in-
 terdiu exissent, ut ²¹ vesperscente coelo Thebas
 possent pervenire, cum canibus venaticis exie-
 runt, retia ferentes, ²² vestitu agresti, ²³ quo
 minore suspitione facerent iter, qui cum tem-
 pore ipso, quo studuerant, pervenissent, domum

¹² cum omnino &c.) cum non essent plures quam
 centum focii, si omnes connumeret. ¹³ qui tanto se
 offerrent periculo) qui conarentur rem tam periculo-
 sam aggredi. ¹⁴ qua paucitate) a quibus tam paucis.
¹⁵ factioni, quam Spartanis) factio enim illa nitebatur
 potentia & praedio Spartanorum: & ex parva hac
 re bellum ortum gravissimum, quo vicerunt Thebani
 Lacedaemonios. C. ¹⁶ imperii maiestas) principatus,
 supereminens dignitas. Lambinus legit imperiosa ma-
 iestas, quae tyrannis vocatur 15, 6, 4. ¹⁷ ab hoc initio)
 adolescentulorum conspiratione. ¹⁸ cecidit) penitus
 eversa est. ¹⁹ dux Pelopidas) Dux Plutarcho est πρωτος.
 C. ²⁰ interdiu exissent) profecti essent de die, diurno
 tempore. ²¹ vesperscente coelo) i. e. vesperi, tenebris
 obortis. ²² vestitu agresti) quo venatores utuntur.
 Eadem fere descriptio 14, 3, 2. ²³ quo minore suspi-
 cione) ne quis suspicaretur in itinere, eos esse exsules.

24 Charonis devenerant, a quo 25 & tempus & dies erat datus.

III. Hoc loco libet ¹ interponere, etsi seiunctum ² ab re posita est, ³ nimia fiducia quantae calamitati soleat esse. Nam magistratum Thebanorum statim ad aures pervenit, exsules in urbem devenisse. id illi, ⁴ vino epulisque dediti, ⁵ usque eo despexerunt, ut ne quaerere quidem ⁶ de tanta re laborarint. ⁷ accessit etiam, quod magis aperiret eorum dementiam. allata

24 Charonis) nobilis civis & minime suspectus tyrannis, amicus exsulum erat adeo, ut domum suam coniuratis offerret. Plutarch. 25 tempus & dies) sc. tempus vespertinum diei constituit. C. Sensus est, & diem certum & tempus diei Charonem prius significasse.

Cap. III. 1 interponere &c) inferere observationem memorabilem, quae quidem ad historiam simpliciter pertexendam non pertinet. 2 ab re posita) Ita liber MS. Boecleri. Vulgo a re minus eleganter. Quidam etiam proposita, plures posita, & recte. nam ponere est etiam narrare, recensere. Noster 15, 6, 1. in eius hoc posuisset. C. 3 nimia fiducia &c.) securitas quantopere noceat. Vellei. 2, 118, 2. Nemo celerius opprimitur, quam qui nihil timet, & frequentissimum est initium calamitatis securitas. 4 vino epulisque dediti) praeter Leontidem quem sobrium maiori cum periculo exsules aggressi sunt. Plutarch. pag. 283. C. 5 usque eo despexerunt) adeo neglexerunt nihilque curarunt. 6 de tanta re) de adventu hostium in urbem. 7 accessit) scilicet aliquid. 8 ab Archia hierophante) Vox hierophante abest a manu scriptis codicibus, ex Plutarcho, ut apparet, excusis addita. Hic enim p. 283. ἤκε τις ἐξ Ἀθηνῶν παρὰ Ἀρχίᾳ τῷ ἱεροφάντῃ πρὸς Ἀρχίαν τοῦ ἐστ

est enim epistola Athenis ⁸ ab Archia hierophante, ⁹ Archiae, qui tum maximum magistratum Thebis obtinebat: in qua omnia de profectioe exfulum perscripta erant, quae cum iam ¹⁰ accubanti in convivio esset data, ¹¹ sicut erat, signatam sub pulvinum subiiciens, ¹² *in crastinum*, inquit, *differo res severas*. At illi omnes, ¹³ cum ³ iam nox processisset, ¹⁴ vinolenti ab exfu-

ὀμόνομον. Bofio ex vestigiis MSS. placet ab Archia, uni ex his, Archiae: ex his, puta magistratibus, qui Laconum rebus studebant. Ceterum Hierophantae sacrorum magistri & interpretes apud Athenienses erant, evirati cicutae sorbitione. Hieron. extremo lib. 1. adv. Iovinian. C. 9 Archiae) i. e. ad Archiam Thebanum, eiusdem nominis cum Archia Atheniensi. ¹⁰ accubanti) moris erat apud veteres ad mensam non sedere, sed in pulvinis cubare, ut etiam ex sacris litteris constat. ¹¹ sicut erat, signatam) Hanc incisioem tuetur Buchnerus ad Fabri Thes. v. Sicut. Vulgo legitur sicut erat signata. Elegans formula Sicut erat, non mutatam rei conditionem significans. Curt. 8, 3, 10. sicut erat, cruenta veste, in Macedonum castra venit. Suet. Othone. c. 8. nonnullis occisis, sicut erant, cruenti, perruperunt in triclinium. Claudianus Conf. 3. Honor. v. 163. Sicut erat, liquido signavit tramite nubes. C. 12 in crastinum differo res severas) Plutarchus p. 283. εἰς αὐγίον τὰ σπῆδαῖα, addens hoc dictum proverbii loco (ἐν παραοπίας τῶν) circumferri apud Graecos. Plautus Poen. act. 2. v. 51. Res serias omnes extollo ex hoc die in alium diem. C. 13 cum nox processisset) i. e. media fere nocte, als es tief in die nacht war. conf. Sallust. Jug. c. 21. ¹⁴ vinolenti) . . . vino pleni. non de habitu, sed de actu sermo est. Adde exempla tristis eiusmodi crapulae ex Iustin. 1, 8, 7; Liv. 25, 24; libus

libus duce Pelopida sunt ¹⁵ interfecti. Quibus rebus confectis, vulgo ad arma libertatemque vocato, non solum qui in urbe erant, sed etiam undique ex agris concurrerunt, praesidium Lacedaemoniorum ¹⁶ ex arce pepulerunt, patriam obsidione liberaverunt. ¹⁷ auctores Cadmeae occupandae partim occiderunt, partim in exilium eiecerunt.

IV. Hoc tam ¹ turbido tempore, sicut supra ² docuimus, Epaminondas, ³ quoad cum civibus dimicatum est, ⁴ domi quietus fuit. Itaque haec liberandarum Thebarum ⁵ propria laus est Pelopidae: ⁶ ceterae fere omnes communes cum Epaminonda. namque in ⁷ Leuctrica pugna, imperatore Epaminonda, hic fuit dux ⁸ delectae manus,

Curt. 4, 4, 5. ¹⁵ interfecti) cum nimirum iuvenes exules vestitu muliebri ornati intromitterentur; uti narant Xenoph. Plut. Polyaenus. ¹⁶ ex arce) Cadmea, quam cum occupassent Lacedaemonii, duce Phoebida, valido semper praesidio retinuerant. ¹⁷ auctores) quorum impulsu factam erat, de quibus supra c. l. n. 2.

Cap. IV. ¹ turbido tempore) ob turbas civiles & bellum intestinum. ² docuimus) retulimus iam 15, 10, 3. ³ quoad) quamdiu, dum. ⁴ domi quietus fuit) Non fuerat Epaminondas, quod Plutarchus memorat p. 180. cum Pelopida & aliis in exilium missus, sed propter philosophiae studium & paupertatem contemptus a tyrannis ac factiosis, κατὰ χωρὰν ἔμεινε, domui latuit, quo otio etiam in his turbis usus est. Adde vitam eius c. 10. C. ⁵ propria Pelopidae) debita illi unico & soli. ⁶ ceterae) sc. laudes bello partae. ⁷ Leuctrica) ad Leuctra habita inter Spartanos & Thebanos. ⁸ delectae manus) Epaminondas novo commento in pugna Leuctrica fortissimum quem-
quae

quae prima ⁹ phalangem prostravit Laconum. Omnibus praeterea ¹⁰ periculis affuit. sicut Spar-
tam cum ¹¹ oppugnavit, ¹² alterum tenuit cornu;
¹³ quo Messena celerius restitueretur, ¹⁴ legatus in
Persas est profectus. Denique haec fuit ¹⁵ altera
persona Thebis, sed tamen secunda ita, ut proxi-
ma esset Epaminondae.

¹ Conflictatus autem est cum adversa fortuna. V.
nam & initio, sicut ² ostendimus, exsul patria ca-
ruit: & cum Thessaliam in potestatem Theba-

que ex toto exercitu legit: & in uno cornu consti-
tuit, ceteris praeciens, ut fugam simularent, quo
cum trecentis militibus hostes inopinato possit incur-
rere. *Diodor. 15, 55. C.* Haec etiam sacra cohors di-
cebatur, quae semper parata fuit aut una vincere, aut
una mori. ⁹ phalangem) haec erat certa quaedam
ordinatio s. constitutio militum apud Macedonas &
Lacedaemonios usitata. *Meursius Misc. Lacon. 2, 2.*
¹⁰ periculis affuit) proeliis & negotiis bellicis ipsius
Epaminondae interfuit. ¹¹ oppugnavit) sc. Epaminon-
das. ¹² alterum tenuit cornu) uni alae Pelopidas prae-
fuit; nam duas alas sive cornua habet acies. ¹³ quo-
que) pro & quo vel & ut. ¹⁴ legatus in Persas) Causa
legationis fuit, quod Spartani legatos ad regem mi-
serant. Thebani ergo suspicantes, contra se & Mes-
senae instaurationem actum iri, Pelopidam miserunt,
qui benigne ab rege susceptus, impetravit omnia, etiam
ἡ Μεσσηνία Μεσσηνίαν. Messenam restitui & habitari. *Plu-
tarch. f. 294. conf. 15, 8, 5.* ¹⁵ altera persona) ex the-
sauro & a personis scenicis petitum loquendi genus,
quo proximus Epaminondae Pelopidas statuitur, cum
secundum ab eo locum teneret. C.

Cap. V. ¹ Conflictatus est) pugnam habuit quasi
cum repugnante fortuna. ² ostendimus) supra 16, 1, 4.

norum

norum cuperet redigere, legationisque iure satis
 3 rectum se arbitraretur, quod 4 apud omnes
 gentes sanctum esse consuesset, a 5 tyranno Alex-
 andro 6 Pheraeo simul 7 cum Ismenia compre-
 2 hensus, in vincula coniectus est. Hunc Epami-
 nondas 8 recuperavit bello persequens Alexan-
 drum. Post id factum, nunquam 9 is animo 10 pla-
 cari potuit in eum, a quo erat violatus. Itaque
 persuasit Thebanis, ut 11 subsidio Thessaliae
 proficiscerentur, tyrannosque eius expellerent.

3 rectum) securum & salvum. Cic. Verr. 1, 33. Legati
 nomen etiam inter hostium tela incolume versetur. 4 apud
 omnes sanctum) Sic & Stat. Theb. 2, 486. Sanctum po-
 pulis per secula nomen. E. Cic. de Arusp. R. c. 16. Ius
 legatorum cum hominum praesidio munitum, tum etiam
 divino iure vallatum. 5 tyranno Alexandro Pheraeo) De
 Pheraeorum tyrannis, & hoc ipso Alexandro, supra
 in Timoth. c. 4. diximus. Crudelitatem illius, Nero-
 nianae perfimilem scripsit Plutarch. p. 293. Adde Dio-
 dor. 15, 60, 61, 75, 80. C. 6 Pheraeo) sic dicto ab urbe
 Pherarum in Thessalia. vid. Tab. II. 7 cum Ismenia)
 Thessali Thebis questi fuerant de tyrannide Alexan-
 dri Pheraei: missus eo Pelopidas cum Ismenia $\pi\epsilon\tau\epsilon\sigma\beta\epsilon\upsilon\sigma\upsilon\nu$,
 legatus, ad causam dispiciendam. Tyrannus
 veronec opinantem Pharsali capit, & vincum Pheras
 deducit. Plutarch. f. 292. Ismenias princeps factionis,
 quae Spartanorum rebus adversabatur, iterum captus,
 Lacedaemonem abductus, ibique necatus est. idem
 p. 280. C. 8 recuperavit) liberavit lento progressu ex-
 ercitus in Thessalia regens, ne impetu irritatus ty-
 rannus captivos necaret. Plutarch. f. 293. C. 9 is) Pe-
 lopidas, qui captus fuerat. 10 placari) irreconcilia-
 bilem ideo habuit animum erga tyrannum, & vindi-
 ctae cupidum. 11 subsidio proficiscer.) auxilium ferrent

Caius ¹² belli cum ei summa esset data, eoque ³
 cum exercitu profectus esset, ¹³ non dubitavit,
 simul ac conspexit hostem, conflagere. In quo ⁴
 proelio Alexandrum ¹⁴ ut animadvertit, ¹⁵ in-
 census ira equum in eum concitavit, proculque
¹⁶ degressus a suis, ¹⁷ coniectu telorum confossus
 cecidit. Atque hoc ¹⁸ secunda victoria accidit.
 nam iam ¹⁹ inclinatae erant tyrannorum copiae.
 Quo facto omnes Thessaliae civitates interfe-
 ctum Pelopidam ²⁰ coronis aureis, & staturis
 aeneis, liberosque eius ²¹ multo agro donarunt.

provinciae tantopere oppressae. ¹² belli summa) pote-
 stas imperatoria in isto bello. ¹³ non dubitavit) *er hat*
kein bedenken getragen; licet haberet Alexander mili-
 tum amplius viginti millia. Diod. ¹⁴ ut animadvertit)
 postquam conspiciatus est. ¹⁵ incensus ira &c.) suo ex-
 emplo docuit, verum esse illud Senecae de Ira 1, 1.
 ruinis iram esse simillimam, quae super id, quod oppresse-
 re, franguntur. ¹⁶ degressus) Ita meliores libri: qui-
 dam digressus. Sed & Liv. 7, 14. f. ubi degressos repente
 viderunt: & c. 24. in campum degressis: ac Tac. Hist. 2,
 66, 6. postquam Alpibus degressi sunt. C. ¹⁷ coniectu
 telorum) i. e. a coniectis in eum telis. ¹⁸ secunda vi-
 ctoria) vincentibus Thebanis, quorum dux fuerat Pe-
 lopidas. Victus enim Alexander Thessalis oppida re-
 sistere, Magnetesque, & Phthiotidis Argivos Boeotis
 tradere, & Pherarum dominatu in posterum conten-
 tus esse cogebatur. Diodor. 15. c. 80. C. ¹⁹ inclinatae
 erant) *in fugam conversae, die sich auf die flucht begaben.*
²⁰ coronis aureis) His etiam mortui honorabantur. Cic.
 pro Flacco c. 31. *psophisma Smyrnaei fecerunt in Castris*
primum ut in oppidum introferretur: deinde ut
ferrent ephibi: postremo ut impoueretur aurea corona mor-
tua. C. ²¹ multo agro) singularis, pro multis agris.



AGESILAVS.

A R G V M E N T V M.

1. Agefilaus de regno litigat, quod Herculis familiae apud Spartanos debetur. 2. Imperio potitus in Asiam exercitum duxit: Tissaphernes imperatis induciis abutitur; quas Laco sine dolo servat. 3. Finitis induciis Phrygiam depopulatur: Ephesi arma in hibernis parat: semper alia se iturum simulat: 4. Revocatus contra Boeotios, plaris patriae salutem facit, quam suam fortunam, vincitque apud Coroneam, & parcat deorum supplicibus. 5. Bello circa Corinthum collato hanc urbem renuit oppugnare: 6. ad Leuctricam pugnam ire noluit: Spartam tamen, a Thebanis oppugnatam, fortiter defendit, singulari commento ad officium reducens defectarios. 7. In his angustiis pecunia patriam subleuat, muneribus sibi missis in publicum collatis. nam summa erat abstinentia. 8. Animi dotibus excellens, non corporis; apparatuque utens vulgari; contemnitur a barbaris, & Aegypto decedens in portis Menelai moritur.

1. Agefilaus Lacedaemonius, cum a ceteris scriptoribus, tum eximie ¹ a Xenophonte Socratio collaudatus est. ² eo enim usus est familiarissime. Hic primum de regno cum Leoty-

Cap. I. 1 Xen. Socr. collaudatus) a Xenophonte, Socratis discipulo, singulari libro laudatus, qui exstat inter Xenophontis monumenta. C. Cic. fam. 5, 12. Unus Xenophontis libellus in eo rege laudando (usus familiarissime) Eo, ambigue, Xenophonte an Agefilao? puto Xenophonte Agefilaus usus est familiariter. C. ab eo Socraticis artibus institutus est.

chide

chide fratris filio 3 habuit contentionem. 4 Mos est enim a maioribus Lacedaemoniis traditus, ut duos haberent semper reges, 5 nomine magis quam imperio, ex duabus familiis, 6 Proclis & Eurysthēnis; qui principes ex 7 progenie Herculis, Spartae reges fuerunt. 8 harum ex altera in alterius familiae locum fieri non licebat. itaque 3 uterque suum retinebat 9 ordinem. Primum 10 ratio habebatur, qui maximus natu esset ex liberis eius, qui regnans decessisset. 11 si in is 12 virilem sexum non reliquisset, tunc eligebatur, qui proximus esset 13 propinquitate. Mortuus erat Agis rex, 4

Cic. de Orat. 3, 34. 3 habuit contentionem) decertavit non vi armata, sed iure & legibus. 4 mos est traditus) vetus est consuetudo. 5 nomine magis, quam imperio) quia omnia agebant ex decreto ephorum. Dionysius Halicarn. A. R. lib. 2. f. 87. εἰδὲ γὰρ οἱ Λακεδαιμονίων βασιλεῖς αυτοκράτορες ἦσαν, ὅ, τι βέλονται πράττειν, ἀλλ' ἡ γερουσία πᾶν εἶχε τῶν κοινῶν τὸ κρείττος. C. 6 Proclis & Eurysthēnis) qui matres gemini fuerunt, Cic. Divinat. 2, 43. Aristodemi filii, genus ad Herculem referentes, Herodot. 7. c. 204. Proclis posterii Euryponditae a nepote eius; Eurysthēnis, Agidae a filio appellabantur, Pausan. Lacon. f. 82, 87. C. 7 progenie) stirpe, genere. 8 Harum ex altera &c.) sc. familia vel Proclis vel Eurysthēnis. Fas non erat, reges sumere vel regias vices occupare ex una familia in alteram. v. Crag. de Rep. Laced. 2, 2. 9 ordinem) sc. successionis, cuius catalogus integer inde ab Hercule est apud Pausaniam. 10 ratio habebatur) sc. eiusdem filii, vel nati ex eo, qui &c.) 11 si) pro si vero, da aber. 12 virilem sexum) i. e. virilis sexus sobolem, filium aut nepotem. 13 propinquitate) in eadem familia.

frater

frater Agesilai. filium reliquerat Leotychidem, quem ille ¹⁴ natum non agnovit: eundem moriens ¹⁵ suum esse dixerat. Is ¹⁶ de honore regni cum Agesilao ¹⁷ suo patruo contendit; neque id,
 5 quod petivit, consecutus est. Nam ¹⁸ Lysandro suffragante, homine, ut ostendimus ¹⁹ supra, factioso, & his temporibus potente, Agesilaus antelatus est.

II. Hic simulatque ¹ imperii potitus est, persuasit Lacedaemoniis, ut exercitum emitterent in Asiam, bellumque ² regi facerent: docens, satius esse ³ in Asia, quam in Europa dimicare. nam-

¹⁴ natum non agnovit) quum nasceretur, eum non pro suo filio, vel a se procreatum agnovit, sed pro adulterino filio ex Alcibiade, quem cum Timaea Agidis coniuge rem habuisse referunt Plutarchus in Agide & Athenaeus l. 12. ¹⁵ suum esse) scil. filium. Poenitentiam Agidis expresserunt lacrymae filii, ut constat ex Pausania. ¹⁶ de honore regni) de successione, de regia dignitate. ¹⁷ suo patruo) patris sui fratre: is enim *patruus* dicendus, uti contra Leotychides, Agesilai *patruelis*, i. e. fratris filius. ¹⁸ Lysandro suffragante) Lysandro illo, qui Peloponnesio bello finem imposuit ad Aegos flumen proelio. Hoc adnitente & commendante antelatus Agesilaus est. C. ¹⁹ supra) in vita eius c. 1. n. 3. C.

Cap. II. ¹ imperii potitus est) subaudi *summa*, uti additur quantumvis in accusativo, usu admodum raro, infra 18, 3, 4. *Potior* plerumque ablativum admittit: aliquando tamen etiam apud bonos auctores genitivum. Hirtius B. Afr. c. 61. *vivorum potiti sunt.* ² regi) Persarum, cuius imperio parebat Asia, & qui ob potentiae magnitudinem a Graecis & Latinis auctoribus absolute *Rex* vocabatur. ³ in Asia, quam in Europa) Cum que

que 4 fama exierat, Artaxerxem comparare classem, 5 pedestresque exercitus, quos in Graeciam mitteret. 6 Data potestate tanta celeritate usus est, ut prius in Asiam cum copiis perveniret, quam regii 7 satrapae eum scirent profectum. Quo factum est, ut 8 omnes imperatos imprudentesque 9 offenderet. Id ut cognovit 10 Tissaphernes, 11 qui summum imperium tum inter praefectos habebat regioꝝ, inducias a 12 Lacone petivit, simulans, se dare operam, ut Lacedaemoniis cum rege 13 conveniret: re autem vera 14 ad copias comparandas; easque impetravit 15 trimestres.

ut fama erat, bellum Persicum expectandum sit, melius esse, in hostico illud solo repellere, quam excipere in patrio. C. 4 fama exierat) Plutarchus f. 598. ἀπήγγειλάν τινες ἐξ Ἀσίας ἠκούσας. C. Sic exierat opinio, Suet. Ner. c. 53. 5 pedestres exercitus) i. e. pedites & equites. v. 9, 1, 1; & 7, 8, 2. 6 data potestate) sc. belli gerendi contra Persas. 7 satrapae) praefecti, quibus provinciae Asiae minoris a rege erant concredita. 8 omnes) satrapas Asiae. 9 offenderet) inveniret. Eiusmodi celeritas describitur etiam in Iustin. II, 2, 10; & Caes. B. G. 7, 30. 10 Tissaphernes) de quo supra, Conone c. 3. & 4. Adde Diodorum 14, 81. C. 11 qui summum imperium &c.) Xenophon Rer. Graec. 3. p. 286. στρατηγὸς τῶν πάντων. C. 12 Lacone) Agesilao Lacedaemonio. conf. 7, 10, 2. 13 conveniret) pax & amicitia conciliaretur, adeoque non opus esset armis, sed omnes offensiones per amicam compositionem sepeherentur. 14 ad copias comparandas) scil. petivit inducias, quas vulgo armistitium vocant. Aliud prae se tulit, aliud clam facere studuit. 15 trimestres) i. e. trium mensium scil. inducias. conf. Xenoph. 3, 8.

Juravit autem ¹⁶ uterque, se sine dolo inducias
⁴ conservaturum. ¹⁷ in qua pactione summa fide
 mansit Agesilaus: contra ea Tissaphernes nihil
 aliud quam ¹⁸ bellum comparavit. Id etsi se tie-
⁵ bat Laco, tamen iusiurandum servabat, ¹⁹ multum-
 que in eo consequi se dicebat, quod Tissaphernes
²⁰ periurio suo, & homines ²¹ suis rebus abaliena-
 ret, & deos sibi iratos redderet; se autem ²² ser-
 vata religione confirmare exercitum, cum animi-
 adverteret deorum numen ²³ facere secum homi-
 nesque sibi conciliari amiciores; quod his ²⁴ studere
 consuessent, quos conservare fidem viderent.

III. Postquam induciarum praeteriit dies, ¹ barba-
 rus non dubitans, quod ipsius erant ² plurima do-

16 uterque) & Tissaphernes & Agesilaus. 17 in qua
 pactione mansit) non maligne, sed sincere egit cum pa-
 ciscente, neque enim nuda intercesserat sponsio, sed
 conventio iureiurando sancita. 18 bellum comparavit)
 necessaria in bello conquisivit; id quod salva pactionis
 fide facere potuit, ut se tueretur, nisi omnem appa-
 ratum bellicum eiuravit. v. Grot. I. B. & P. 2, 21, 7.
 19 multum in eo consequi) plene in eo: i. e. in ea re
 v. 4, 2, 6. Sic Virg. Eclog. 7, 20. illos referebat in ordine
 Thyrsis. Nam dicere etiam licuisset, eo consequi. C.
 20 periurio suo) Egrege ostendit autor fructus tum
 periurii, tum servatae fidei; illud nempe sequitur abali-
 enatio hominum & Dei offensio, hanc vero Dei assi-
 stentia & hominum benevolentia. 21 suis rebus abaliena-
 ret) sibi inimicos faceret. 22 servata rel. conf. exerci-
 tum) non violato iureiurando milites in spem honoris
 erigere. 23 facere secum) sibi adesse & assistere; se ad-
 iuvare. 24 studere) favere, studium & operam offerre

Cap. III. 1 barbarus) Tissaphernes Persa. 2 plurim.
 domicilia in Caria) praedia, possessiones, etiam domus
 micilia

micilia in Caria, & ea regio his temporibus ³ multo putabatur locupletissima, eo potissimum hostes impetum facturos: omnes suas copias eo contraxerat. At Agesilaus in ⁴ Phrygiam se convertit, eamque prius depopulatus est, quam Tissaphernes ⁵ usquam se moveret. Magna praeda militibus locupletatis, ⁶ Ephesum hiematum exercitum ⁷ reduxit: atque ibi ⁸ officinis armorum institutis, magna industria bellum apparavit, & quo studiosius armarentur, ⁹ insigniusque orna-

ordinaria. Xenophon Graec. 3. f. 286. Καρία, ἑνδοιασῶν ἡ Τισσαφέρνης οἶκος. & pag. 292. Tissaphernes νομισίας ἐπὶ τὸν αὐτὸν οἶκον εἰς Καρίαν αὐτὸν ὁ μύσειν. Nec in sola Caria, sed etiam apud Sardes huiusmodi possessiones habuit, cuius ibi amoenissimos hortos Diodorus 14. 81. laudat, vocans τὸν παραδείσον τῆς Τισσαφέρνης αὐτοῦ καὶ τοῖς ἄλλοις πολυτελεῶς πεφιλοτεχνημένον C. ³ multo locupletissima) propter opes & ubertatem omnium rerum militibus locupletandis aptissima. Particula multo superlativo venuste adiecta rem auget. ⁴ Phrygiam) Polyaeus & Frontinus scribunt, Agesilauum Lydiam Phrygiae finitimam petiisse. ⁵ usquam se moveret) alio se conferret aut ex Caria copias reduceret. ⁶ Ephesum) urbem Ioniae. v. Tab. III. ⁷ reduxit) Progressurus erat, εἰς τὰς ἀνω στρατείας in superiores praefecturas magisque remotas a mari: sed quia exta sacrificanti parum laeta fuerant, ad mare reduxit copias Diodor 14. 11. De sacrificiis illis inauspicatis etiam Plutarchus f. 600. ἱερῶν ἀλέβων φανέντων. C. ⁸ officinis armorum) Tac. Hist. 2, 82, 1. destinantur validae ciuitates exercendis armorum officinis. C. conf. Caes. B. C. 34. Hirt. B. Alex. c. 2. ⁹ insignius ornaentur) sc. armis
Cornel. Nep. M rentur,

tentur, praemia proposuit, quibus donarentur,
 3 quorum egregia in ea re fuisset industria. Fe-
 cit idem in exercitationum generibus, ut qui
 10 ceteris praestitissent, eos magnis afficeret mune-
 ribus. His igitur rebus effecit, ut & 11 ornatis-
 simum & 12 exercitatissimum haberet exercitum.
 4 Huic cum tempus esset visum, copias 13 extra-
 here ex hibernaculis: 14 vidit, si, quo esset ite-
 facturus, palam pronuntiaffet, hostes non cre-
 dituros, nec dubituros aliud esse facturum ac
 pronuntiaffet. Itaque cum ille 15 Sardis iturum
 5 se dixisset; Tissaphernes 16 eandem Cariam de-
 fendendam putavit. 17 In quo 18 cum eum opinio
 fefellisset, victumque se vidisset consilio: 19 se-

& vestibis nitidioribus. Auri quidem atque argenti sul-
 gor neque tegit, neque vulnerat; (v. Liv. 10, 39; Curt.
 3, 2, 12; Tac. Agr. 32, 6; Iustin. 11, 13, 11.) tamen etiam
 ex ornatu militum industria cognoscitur. 10 ceteris
 praestitissent) commilitones suos superassent. 11 orna-
 tissimum) instrumentis bellicis & cultu militari instru-
 ctissimum. C. 12 exercitatissimum) exercitiis bellicis
 optime praeparatum ad res gerendas. 13 extrahere ex
 hibernaculis) ex hibernis in expeditionem evocare, ut
 apud Sallust. Jug. c. 37. Graecismus est, dum infiniti-
 tivus positus est pro gerundio. 14 vidit) probe intel-
 lexit. conf. Polyæn. 2, 9; & Frontin. 1, 8, 12. 15 Sardis
 Sardes sive Sardeis, quod antiquae per IS efferebantur
 C. urbs Lydiae. v. Tab. III. 16 eandem Cariam) in qua
 praedia & possessiones habebat, omnisque generis
 voluptates & delicias, & quam antea tutatus fue-
 rat. 17 in quo) qua in re. 18 cum eum opinio fefel-
 lisset) cum res aliter cecidisset, ac sibi persuaserat
 19 sero) quarto demum die post Ageilai introitum

ro suis praesidio profectus est. nam cum ²⁰ illo ve- 6
nisset, iam Agesilaus, multis locis expugnatis,
magna erat praeda potitus. ²¹ Laco autem, cum
videret hostes equitatu ²² superare, nunquam
²³ in campo ²⁴ sui fecit potestatem, & his locis
²⁵ manum conferuit, quibus plus pedestres co-
piae valerent. Pepulit ergo, quotiescunque
congressus est, multo maiores adversariorum
copias, & ²⁶ sic in Asia versatus est, ²⁷ ut omni-
um opinione victor duceretur.

Hic cum ¹ animo meditaretur proficisci in IV.
Perlas, & ipsum ² regem adoriri; ³ nuntius ei
domo venit ⁴ ephorum iussu, bellum Athenien-
ses & Boeotios indixisse Lacedaemoniis: quare
venire non dubitaret. In hoc non minus eius ⁵
⁶ pietas ⁶ suspicienda est, quam virtus bellica:

Lydiam. Xenoph. 3, II. ²⁰ illo) pro illuc, eam in re-
gionem. Sic Plaut. Amph. 1, 1, 43. &c. ²¹ Laco) ipse
iterum Agesilaus. ²² superare) superiores esse, prae-
valere. ²³ in campo) in plano & patenti, ubi equita-
tu multum potest effici. ²⁴ sui fecit potestatem) suam
cum copiis suis periclitatus est fortunam; se hostibus
obtulit. ²⁵ manum conferuit) pugnavit, confligit, mox
sequitur: congressus est. ²⁶ sic versatus est) talem se
gessit; ita circumtulit arma. ²⁷ ut omnium opinione vi-
ctor duceretur) ut omnes ei victoriae laudem tribuerent.

Cap. IV. ¹ animo meditaretur) sibi proposuisset.
² regem adoriri) Artaxerxem Mnemonem, adversus
cuius satrapas adhuc pugnaverat. C. ³ nuntius) scyta-
lam ab ephoris asserens. Plutarch. f. 604. C. ⁴ epho-
rum iussu) genitivus contractus pro ephorum, sum-
morum inter Spartanos magistratum; pro iussu, in
MSS. exstat missu. ⁵ pietas) affectus erga patriam &

qui cum ⁷ victori praeesset exercitui, maximamque haberet fiduciam regni Persarum potiundi, tanta ⁸ modestia ⁹ dicto audiens fuit iussis absentium magistratum, ¹⁰ ut si privatus in ¹¹ comitio esset Sparta. Cuius exemplum utinam ¹² imperatores nostri sequi voluissent. sed ¹³ illuc ³ redeamus. Agefilaus ¹⁴ opulentissimo regno praeposuit ¹⁵ bonam existimationem, multoque gloriosius duxit, si institutis patriae paruisset, quam ⁴ si bello superasset Asiam. Hac igitur mente

superiores, obsequio & reverentia testandus. Cic. Invent. 2, 22. pietas erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine coniunctos officium conservare monet. & Somn. Scip. c. 3. pietatem cole, quae, cum sit magna in parentibus & propinquis, tum in patria maxima est. intellige erga parentes, erga patriam, ut etiam Ludov. Vive comment. p. 72. interpretatur. C. 6 suspicienda) admiranda, quasi ab inferioribus. Vide supra ad Dionem 1, 5. 7 victori) i. e. victoriis claro & felici. 8 modestia) civilis & obsequentis animi virtute. conf. supra 1, 1, 2. 9 dicto audiens fuit) paruit. Plutarchus p. 604. simulac scytala venerat, statim classe exibat. C. 10 ut si) i. e. quasi, ac si, gleich als ob. 11 comitio) in loco & solenni confessu, ubi comitia & conventicula publica habebantur & de causis disceptabatur. Sic Cicero pro Sext. c. 35. forum, comitium, curiam coniungit. 12 imperatores nostri) Videtur Caesarem & Antonium notare, qui iussi ab senatu exercitum dimittere, non paruerunt. C. consule Suet. Caes. c. 30; & Flor. 4, 3. 13 illuc redeamus) brevis digressio hac praecisione subita repente omittitur. 14 opulentissimo regno) scil. Persarum, quod occupare potuisset. 15 bonam existimationem) renommee, reputation. Sic Cic. de orat. 2, 4. Bona existimatio pecuniis praestat. 16 Hel

12 Hellepontum, copias traiecit, tantaque usus est celeritate, ut quod iter ¹⁷Xerxes ¹⁸anno vertente confecerat, hic transferit triginta diebus. Cum ⁵ iam haud ita longe abesset a Peloponneso: obistere ei conati sunt Athenienses & Boeotii, ²⁰ ceterique eorum focii, apud ²¹ Coroneam: quos omnes gravi proelio vicit. Huius victoriae ²² vel ⁶ maxima fuit laus, quod cum plerique ex fuga se in ²³ templum Minervae ²⁴ coniecissent, quaereturque ab eo, ²⁵ quid his fieri vellet? etsi aliquot

16 Hellepontum) fretum inter Thraciam & Asiam minorem. 17 Xerxes) Cum nimirum bellum Graeciae inferret, stipatus decies septies centenis armatorum millibus. 18 anno vertente) circumacto, integre completo, i. e. annuo spatio. Cic. Nat. D. 2, 20. Mercurii stella anno sepe vertente signiferum lustrat orbem. C. conf. Cic. in Somn. c. 7; & Censorin. de Die nat. c. 19. 19 transiit triginta diebus) per Hellepontum, Thraciam, Macedoniam, Thessaliam, quod ipsum iter Xerxis est, celerius tantummodo confectum, quamvis in Thracia viam sibi ferro in quadam gente aperuerit. Diodor. 14, 84. Plutarch. f. 604. Pausan. Lacon. f. 91. C. 20 ceterique focii) scil. Euboeenses, Locri, Argivi, Corinthii, & quidam alii, ut Xenophon refert de reb. Gr. 1, 4. 21 Coroneam) Boeotiae oppidum, quam pugnam scripsit Diodorus 14, 85. C. v. Tab. II. 22 vel maxima) etiam, certe, perquam maxima. 23 templum Minervae) Itoniae cognomento, Pausanias Lac. f. 91. de hoc proelio, καταφύγῃσιν ἄνδρες ἐξ αὐτῶν εἰς ἱερὸν Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν Ἰτωνίας. C. Iton urbs Thessaliae est. 24 coniecissent) perceleriter contulissent tanquam in asylum. 25 quid his fieri vellet) quam poenam his decerneret? quid agendam cum his statueret?

26 vulnera acceperat eo proelio, & iratus videbatur omnibus, qui 27 adversus arma tulerant, tamen antetulit irae 28 religionem, & eos 29 vetuit violari. 7 Neque vero hoc solum in Graecia fecit, ut templorum sancta haberet: sed etiam apud barbaros summa religione omnia 30 simulacra, arasque conservavit. Itaque 31 praedicabat, mirari se, non 32 sacrilegorum numero haberi, qui 33 supplicibus eorum nocuisset; aut non gravioribus poenis affici, qui 34 religionem minuerent, quam qui fana spoliarent.

V. Post hoc proelium, 1 collatum est omne bellum circa 2 Corinthum, ideoque 3 Corinthium est

26 vulnera accepta) Sic Philippus nec vulnere iracundior adversus hostes factus apud Iustin. 7, 6, 14. Non sic Alexander apud Curt. 4, 6, 24. 27 adversus) adverbialiter v. Pelopid. c. 1. n. 3. C. Sic Cic. Off. 1, 12. Qui contra ferret arma. conf. ad Herenn. 4, 39; Vellei. 2, 28, 4. 28 religionem) reverentiam in templum. 29 vetuit violari) inviolabiles pronuntiavit propter sanctitatem loci conf. Curt. 4, 4, 13; Tac. A. 3, 61, 3; Grot. I. B. & P. 3, 12, 6. 30 simulacra) sc. Deorum, i. e. idola. 31 praedicabat) solebat dicere, commemorare. 32 sacrilegorum numero haberi) referri inter sacrilegos sive templorum spoliatores v. Curt. 10, 9, 21. 33 supplicibus eorum) eis, qui ad simulacra & loca religiosa sui tuendi causa confugissent. 34 religionem minuerent) cultum ac venerationem templorum & rerum sacrarum negligerent, & supplices inde abstraherent.

Cap. V. 1 collatum) ex diversis regionibus & locis sedes belli translata. 2 Corinthum) urbem Peloponnesi septentrionalem inter duos sinus. v. Tab. II. 3 Corinthium) De hoc bello dictum est ad Iphicrat. cap. 1.

appel-

appellatum. ¹ Hic cum una pugna decem millia ²
⁴ hostium, Agesilao duce, cecidissent: eoque facto
⁵ opes adversariorum debilitatae viderentur: tan-
⁶ tum ⁶ abfuit ab insolentia gloriae, ut ⁷ commise-
⁸ ratus sit fortunam Graeciae, quod tam multi a
⁹ se victi ⁸ vitio adversariorum concidissent: nam-
¹⁰ que ⁹ illa multitudine, ¹⁰ si sana mens esset, Grae-
¹¹ ciae ¹¹ supplicium Persas dare potuisse. Idem cum ³
³ adversarios inter moenia compulisset, & ut Co-

Plura Diodorus narrat 14, 87. Spartani defendebant
 exules Corinthios, eorumque restitutionem postulabant,
 oppidanis studebant Athenienses. C. ⁴ hostium) Boeo-
 tiorum & Atheniensium. ⁵ opes debilitatae) potentia
 fracta & imminuta. ⁶ abfuit ab insolentia gloriae) victo-
 ria sua insolenter gloriatus non est Agesilaus. conf.
 Caes. B. G. 1, 14. Eadem laus Philippi Iustin. 9, 4, 1;
 & Timoleontis Nep. 20, 4, 2. Alioqui successus inflat
 animos. vid. Tac. H 4, 63, 1; Aur. Vict. Caes. c. 39; de
 Pausania & Lysandro Nep. 4, 1, 3; & 6, 1, 3. ⁷ com-
 miseratus sit fortunam) verbis dolorem declaraverit ex
 illo casu & statu adverso. ⁸ vitio adversariorum) perti-
 nacia Graecorum, qui contra Spartanos societatem
 inierant. C. ⁹ illa multitudine &c.) Similis querela
 Eutropii de acie Pharsalica lib. 6, 16. Nunquam ad-
 hac Romanae copiae in unum, neque maiores, neque me-
 haribus ducibus convenerant, totum terrarum orbem facile
 subacturae, si contra barbaros ducerentur. C. conf. Lucan.
 lib. 1. pr. ¹⁰ si sana mens) si saperent, non pugnantes
 contra socios, sed hostes. ¹¹ supplicium dare) idem
 quod poenas dare h. e. pati, de quo supra ad Miltiadem
 c. 3, 5. conf. Ter. Heaut. 1, 1, 86. Sensus est, per tan-
 tam multitudinem Persas bello vinci & supplicio af-
 fici potuisse.

rinthum oppugnaret, multi hortarentur: ¹² negavit id suae virtuti convenire, ¹³ se enim eum esse dixit, qui ¹⁴ ad officium peccantes redire cogeret, non qui ¹⁵ urbes nobilissimas expugaret Graeciae, ⁴ nam si, inquit, eos ¹⁶ extinguere voluerimus, ¹⁷ qui nobiscum adversus barbaros steterunt, ¹⁸ nosmetipsi nos expugnaverimus, illis quiescentibus. quo facto sine negotio, cum voluerint, nos oppriment.

VI. Interim accidit illa ¹ calamitas apud Leuctra Lacedaemoniis: quo ne proficisceretur, cum a plerisque ad exeundum ² premeretur, ³ ut si de exitu divinaret, ⁴ exire noluit. Idem, cum Epa-

¹² negavit virtuti convenire) dixit, se virum fortem & Graeciae amantem non tam crudelem esse oportere. ¹³ se enim esse) se talem esse virum & belli ducem. ¹⁴ ad officium peccantes redire) resipiscere errantes & quocumque modo lapsos. ¹⁵ urbes nobilissimas) Corinthum Cicero pro Lege Man. c. 5. appellat totius Graeciae lumen. C. ¹⁶ extinguere) per metaphoram est opprimere, occidere, evertere. ¹⁷ qui nobiscum steterunt) qui nostrarum fuere partium, die es mit uns gehalten haben. ¹⁸ nosmetipsi nos expugnaverimus &c.) sic per nos ipsos ad interitum ac perniciem nostram viam sternemus externis hostibus iuterea quietis & otiosis. P. Syrus: Seditio civium hostium occasio. Sic Salust. de Rep. or. 1. c. 5. statuit: cives cum civibus manus conferturos, defessos & exsanguis regi aut nationi prae- dae futuros.

Cap. VI. ¹ calamitas) clades, pugna infelix, quae inde dicta est Leuctrica. Vide Epaminondam c. 6, 6. ² premeretur) urgeretur, instigaretur. ³ ut si divinaret) quasi ante exitum nosset, qualis ille futurus sit. ⁴ exire voluit) filium tamen Archidamum in proelium misit, qui minon-

minondas Spartam oppugnaret, essetque ⁵ sine muris oppidum, talem se imperatorem ⁶ prae-buit, ut eo tempore omnibus apparuerit, ⁷ nisi ille fuisset, ⁸ Spartam futuram non fuisse. In quo ⁹ quidem ¹⁰ discrimine celeritas eius ¹¹ consilii ¹² salutis fuit universis. nam cum quidam adolescentuli, ¹³ hostium adventu perterriti, ad Thebanos transfugere vellent, & locum extra urbem ¹³ edi-

alteri cornu praefuit. *Diodor. 15, 54, 55. C. 5 sine muris oppidum*) Spartani apud Senecam *Suas. 2. Non est Sparta lapidibus circumdata. Ibi muros (viros) habet, ubi muros non habet. & post paullo: muri nostri arma sunt. Sic Agesil. interrogatus apud Plutarch. Apophtheg. Lacon. f. 210. διὰ τί ἀτείχιστος ἡ Σπάρτη, ἐπιδείξας τὰς πολίτας ἐξοπλισμένους ταῦτά ἐσιν εἶπε, τὰ Λακεδαιμονίων τείχη. Et alii idem interroganti respondit: Οὐ λίθοις δεῖ καὶ ξύλοις τετειχίσθαι τὰς πόλεις, ταῖς δὲ τῶν ἐνοικούντων ἀρεταῖς. Sub Cassandro tandem Macedone, cum iam virtus maiorum degenerasset, murum urbi suae Spartani, armis diffisi, circumdederunt. *Iustin. 14, 5. C. 6 prae-buit*) exhibuit, praestitit, gessit. ⁷ nisi ille fuisset) *Supra Conone c. 2. si ille non fuisset, Agesilaum Asiam Tauro tenuis regi fuisse erepturum. Cic. pro Arch. c. 10. nisi Ilias exstitisset. His formulis eleganter redditur vulgaris, absque hoc esset aut fuisset, quae minus placet Vorstio mer. susp. Lat. c. 9. C. 8 Spartam futuram non fuisse) ergo perituram, Plutarch. f. 614. τὸ δὲ σωθῆναι τὴν Σπάρτην τότε, πάντες αὐτίον ὁμολογεῖσι γενέσθαι τὸν Αἰγισίλαον. C. 9 discrimine) extremo periculo. ¹⁰ consilii) strategematis, quod statim reperit. ¹¹ salutis fuit) ingens commodum attulit, salutaris fuit. ¹² hostium) Epaminondae & Pelopidae cum copiis. ¹³ editum) paullo altiore & excelsum i. e. tumulum suburbanum.**

tum cepissent, Agefilaus, qui perniciosissimum fore videret, ¹⁴ si animadversum esset, quemquam ad hostes transfugere conari, cum suis eo venit, atque ut si ¹⁵ bono animo fecissent, ¹⁶ laudavit consilium eorum, quod eum locum occupassent, & se, id quoque fieri debere, animadvertisse. ³ Sic adolescentulos simulata laudatione ¹⁷ recuperavit, & adiunctis de suis ¹⁸ comitibus locum tutum reliquit namque illi, aucto numero eorum, qui ¹⁹ expertes erant consilii, commovere se non sunt ausi, eoque libentius, quod ²¹ latere arbitrabantur, quae ²² cogitarant.

VII. Sine dubio post Leuctricam pugnam Lacedaemonii se nunquam ¹ refecerunt, neque pristinum

¹⁴ si animadversum esset) si foret observatum, & palam factum. ¹⁵ bono animo) bona ex intentione, honesto proposito. ¹⁶ laudavit consilium) Quod supra noster in Datame paullo aliter narrat, cum equites ab illo defecissent: id Frontinus 2, 7, 9. ita exponit, ut huic Agefilai commento sit perquam simil. *Affectus, inquit, transfugas collaudavit, quod enim abacriter praecessissent. Pudor transfugis attulit poenitentiam, & consilium suum, quia non putabant deprehensum, mutaverunt.* C. ¹⁷ recuperavit) prope amissos illos rursus sibi acquisivit & recepit. Rarius hoc verbum de personis occurrit. Sic tamen & supra 16, 5, 2; Caes. B. G. 3, 8; Val. Max. 5, 2, 5; Frontin. 8, 1. ¹⁸ comitibus) militibus, quos secum adduxerat. ¹⁹ expertes) gnari, non participes molitionis nefariae. ²⁰ commovere se) ulterius fugam moliri, & persequi malignos conatus. ²¹ latere) ignota ea esse atque occulta. ²² cogitarant) de fuga ad Thebanos instituenda.

Cap. VII. ¹ refecerunt) recolligere potuerunt quasi

imperium recuperarunt: cum interim Agesilaus non destitit, quibuscunque rebus posset patriam iuvare. Nam cum praecipue Lacedaemonii indigerent pecunia: ille omnibus, qui ² a rege defecerant, ³ praesidio fuit. a quibus, magna donatus pecunia, patriam ⁴ sublevavit. Atque in hoc ³ illud imprimis fuit admirabile, cum maxima munera ei ⁵ ab regibus, & ⁶ dynastis, civitatibusque ⁷ conferrentur, nihil unquam ⁸ (in) domum suam

a deliquio aut gravi morbo. ² *reficere*) est fractum reparare, instaurare, ut muros, supra 9, 4, 5; *vates quasfas*, Horat. 1. Od. 1, 17. Transfertur ad imperium, potentiam. Hamilcare. c. 2, 4. *si paullum modo res essent refectae*: quemadmodum hoc loco sui noster ipse interpretes est verbis, quae sequuntur, *neque pristinum imperium recuperarunt*. Nec reciprocum pronomen aliquid novi habet. Plin. 26, 11. *reficere se ab imbecillitate*. C. ² *qui a rege defecerant*) satrapae & reguli in citeriore Asia. Diodor. 15, 90. etiam Tachus Aegyptius, & Mausolus, rex Cariae. C. ³ *praesidio fuit*) sui commodi causa ipsos recepit & defendit. ⁴ *sublevavit*) facultatibus suis adiuvit & crexit. ⁵ *ab*) paullo ante n. 2. & post c. 8. n. 6. *a rege*, & alibi saepe: semel *ab rege*, Hannibal. c. 12. n. 3. quod in elegantis Laur. Valla 2, 29. numerat & recte. Sic enim etiam Livius 21, 28. *ab rectore suo*: 24, 6. *ab Romanis*: 34, 8. *ab Rhoda Emporias perventum*. Lucret. 6. v. 723. *Exoriens penitus media ab regione diei*. C. ⁶ *dynastis*) praefectis provinciarum in Asia minore. v. supra 14, 2, 3. ⁷ *conferrentur*) mitterentur, quia, ubicunque poterat, omnibus inserviebat. ⁸ *in domum*) non male, ut supra 7, 3, 6. *in domo sua*, quod efferri poterat *domi suae*: & in re plane simili scriptor de Viris illust. in Mammio Achaico: *in domum suam nihil contulit*: Liv. 35, 35. bis *ab domo missi*. Tamen hoc loco ab non-

9 contulit, 10 nihil de victu, nihil de vestitu Lac-
 4 num mutavit. 11 Domo eadem fuit contentus
 qua 12 Euristhenes, progenitor maiorum suorum
 fuerat usus: quam qui intrarat, nullum signum
 13 libidinis, nullum 14 luxuriae videre poterat
 contra plurima 15 patientiae atque abstinentiae.
 Sic enim erat instructa, ut nulla in re differret
 cuiusvis inopis atque 16 privati.

VIII. Atque hic tantus vir, ut naturam faultricem ha-
 buerat in tribuendis animi virtutibus, sic maleficam
 eam nactus est in corpore fingendo, nam & ita

nullis codicibus IN abest, & quidem eleganter. S.
 noster 2, 4, 2. ut domos suas discederent. conf. 3, 1,
 Cic pro Arch. c. 3. Luculli eum domum suam receperunt
 C. 9 contulit) sc. ut in usum suum converteret
 10 nihil de victu &c.) Praeclarum moderationis exem-
 plum proponitur, arguiturque principum ac populi
 rum vanitas, qui post victorias secundasque res la-
 tiore victu utuntur, & cultum sibi opulentiorum
 cumdant. Similis continentia Attici 25, 14, 2; & V-
 riaci, Iustin. 44, 2, 8. II domo eadem &c.) C. Idem
 fier laudat in Attico 25, 13, 2. C. 12 Euristhenes) A-
 stodemus filius, Prochis frater. v. supra c. 1. n. 2. 13
 libidinis) effrenatae cuiusdam cupiditatis, & voluptatis
 14 luxuriae) profusiones in victu & cultu. Elegans
 est, quod repetitur nullum, nullum; uti paullo au-
 nihil nihil. 15 patientiae atque abstinentiae) illa frug-
 litas in modico sumptu opponitur libidini; haec m-
 deratio in victu & amictu luxuriae. 16 privati) sc. d-
 mo, cum ramen ei regi licuisset habere basilicam.

Cap. VIII. 1 corpore fingendo) Locum hunc Bossi
 ex codice Leidensi si supplevit, mutatum ante
 libris vulgaribus. C. Potuit dicere Agesilius ex O-
 Heroid. epist. 15. v. 31. Si mihi difficilis formam

Septentr

HISTORIARVM
OP A GRAEC. ET LATIN.
GEOGRAPHIA CONTRACTA

MAT

Ala

TICA

PHAE ET SACAE ET MASAGETAE
Iaxartes
SOGDI-
o Maracanda
ANA.
Oxus fl.

PON

Byzant

BACTRI-

o Bactra
ANA.

Mardi Tapuri

Parapanisus M.

AEO-
LIA

IO

Barcani

Mardi

ARIA

Taurus M

Medus R

RAN

V=

Mend

Pylae

siue Trojes

Dran-
ga.

Persepolis

CAR-

NA-M

Araxes

MANIA


Cyrus fl

Pasergada

60


90

276a



276

TABVLAE
GRAECIAE
ANTIQUAE.



42
41
Orientis
39
38
37
36
35

IN V

Polymonia

ONTVS PO

hermodon T

o Neog

MONI

o Lela

ortica

Argus m

o Mac

o Naxian

CS

ana

Pro

CAT

o My

Caduce

I C

ampetr

don

Uli

Salamis

Uli

Salamis

Uli

Salamis

Uli

Salamis

Uli

276b



TABVLA
ASIA
MINORI

LIBRARIUS

LIBRARIUS

LIBRARIUS 276 C







TABVLA IV
 ITALIAE
 INSVLARVMQVE
 ADIACENTIVM

tura fuit humili, & corpore exiguo, & ² claudus altero pede. Quae res etiam nonnullam afferebat deformitatem: atque ³ ignoti ⁴ faciem eius, cum intuerentur, ⁵ contemnebant: qui autem virtutem noverant, non poterant admirari satis. Quod ei ⁶ usu venit, cum annorum octoginta ⁷ subsidio ⁸ Thaco in Aegyptum ivisset, & in ⁹ aeta cum suis accubasset, sine ullo tecto: stratumque haberet tale, ut terra tecta esset stramen-

tura negavit, Ingenio formae damna rependo meae. ² claudus) tamen statuerunt, melius esse incessu regem quam imperio regnum claudicare, Iustin. 6, 2, 6. ³ ignoti) illi, qui non noverant Agesilaum. ⁴ faciem) hoc loco significat staturam & formam totius corporis. vid. de hac voce Gell. 13, 28. ⁵ contemnebant) vulgo magnorum operum non alios capaces putant, quam quos eximia specie natura dignata est. Curt. 6, 5, 29. conf. ibid. 7, 8, 9; & Tac. Agr. 40, 4. ⁶ usu venit) accidit, contigit. ⁷ subsidio) in subsidium. ⁸ Thaco) Scribitur Tachos Diodoro, Plutarcho, & Athenaeo: alios Teos vel Taos. Vide sis Hist. nostram Antiquam p. 173. Rex Aegyptiorum fuit eo tempore, quo hi a Persis defece- rant. Plura de eo Diodorus 15, 92. C. ⁹ aeta) ἀκτή litus maris Homero saepe, etiam ripa Tiberina Dionysio Halicarn. lib. 10. f. 677. Cicero Verr. ult. c. 25. in aeta cum muliereulis iacebat ebrius &c. 31 uxorem tot in aeta dies secum habere, quod paullo ante dixerat litus in insula Syracusis post Arethusae fontem, amoeno & ab arboribus remoto loco. Virg. Aen. 5. v. 63. At procul in sola secreta Troades aeta Amissum Anchisen flebant. Prudent. adv. Symmach. 1. v. 136. Invenit expositum secreti in litore aeta. Non ergo omne litus aeta, sed secretior eius amoeniorque secessus, quod Cicero modo significavit. Plutarchus Agel. f. 616. ἐν τινὶ πρὸς παρὰ τὴν Δάκκων. C.

tis: neque ¹⁰ huic amplius, quam pellis esset inie-
 cta, ¹¹ eodemque comites omnes ¹² accubuissent,
 vestitu humili, atque ¹³ obsoleto, ut eorum orna-
 tus non modo in his ¹⁴ regem neminem significa-
 ret, sed hominis ¹⁵ non beatissimi suspensionem
 3 praerberet: huius de adventu fama cum ¹⁶ ad re-
 gios esset perlata, celeriter ¹⁷ munera eo cuiusque
 generis sunt allata. His quaerentibus Agesilaum,
¹⁸ vix fides facta est, ut am esse ex his, qui tum ac-
 4 cubabant. Qui cum ¹⁹ regis verbis, quae attu-
 lerant, dedissent, ille praeter ²⁰ vitulina, & hu-
 iusmodi ²¹ genera obsonii, quae praesens tempus
 desiderabat, nihil accepit, ²² unguenta, ²³ coronas,

10 huic) sc. strato. Sic Tubero Stoicus stravit pellicu-
 lis haedinis lectulos, Cic. pro Murena c. 36. 11 eodem-
 que) & in eodem strato. 12 accubuissent) sedissent. Cu-
 bantes enim aut in latus super stratum inclinantes ci-
 bum capiebant. 13 obsoleto) longo usu detrito & sor-
 dido. Sic vestis obsoleta, Liv. 27, 34. 14 regem) sc. La-
 conum. vide supra c. 1. n. 2. 15 non beatissimi) i. e.
 non admodum fortunati, non opulenti. 16 ad regios)
 i. e. ad regis Aegypti ministros. 17 munera sunt allata)
 reges & principes eduliis & donis excipere vetus
 mos est, & nondum desiit. 18 vix fides facta est) vix
 potuit persuaderi; quaerentes illi noluerunt credere;
 non visum est verisimile. 19 regis verbis) nomine,
 in nahmen und auf ordre ihres principals. 20 vitulina)
 i. e. carnem vitulinam, quam & vitellinam vocant
 Plautus & Apicius. 21 genera obsonii) pisces, alios-
 que cibos, quibus cum pane fruimur ad pellendam
 famem. 22 unguenta &c.) luxuriae & comestationis
 instrumenta. Cic. Catil. 2, 5. fertis redimiti, un-
 guentis obliti. Horat. 3. Od. 14, 17, 1. pete un-
 guentum puer, & coronas. C. 23 coronas) scilicet
 24 se-

24 secundamque mensam 25 servis dispertiit, cetera referri iussit. Quo facto, eum 26 barbari magis 5 etiam contemserunt, quod eum 27 ignorantia bonarum rerum illa potissimum sumsisse arbitrabantur. Hic cum ex Aegypto reverteretur, donatus a rege 28 Nectanebe ducentis viginti talentis, quae ille muneri populo suo daret; venissetque in 29 portum, qui Menelai vocatur, iacens inter

ex papyro coronaria, quam inter alia Aegyptios misisse docet Athenaeus 15, 6. Papyri florem ad coronandum usui fuisse testatur Plinius 13, 11: & 21, 2. 24 secundam mensam) bellaria convivis iam saturatis apponi solita. Horat. 2. Satyr. 2. v. III. tum pensilis una secundas Et nux ornabat mensas, cum duplici fien. C. 25 servis dispertiit) distribuit famulis suis, Plutarchus f. 616. Ειδωσι, Helotis. Hi enim servorum loco erant Lacedaemoniis. Ita etiam Agesilaum apud Thasios fuisse notat Plutarchus Apophth. Lacon. f. 210. C. Simile quid de Lysandro scribit Aelian. 3, 20. 26 barbari contemserunt) quod Aegyptii eum irriserint, & dictis falsis atque amaris sint infectati, narrans Plutarch. & Athenaeus. 27 ignorantia) sinisteritate iudicii & sensuum in seligendis deliciis; sed his ille facile carebat Laconicae frugalitati adfuetus. 28 Nectanebe) Diodor. 15, 92. a rege Tacho, qui post Nectanebis rebellionem rursus in regnum restitutus, & Agesilao ad supremum usque usus fuerit. Plutarchus autem f. 617. cum nostro facit, populo deficiente Agesilaum quoque a Tacho ad Nectanebin, novum regem; defecisse, eique regnum confirmasse. Adde Xenoph. de Laud. Agesil. & Athenaeum 14, 1. f. 616. C. 29 portum Menelai) portus Marmaricae, medio ferme litu inter Paraetonium & Cyrenen, dictus a famosis ex Troiano bello erroribus Menelai, quos singulari libro Aristonius grammaticus scripsit, & ex illo excerptit Strabo lib. 1. p. 26. Portum signat idem Strabo 30 Cy-

30 Cyrenas & Aegyptum: in morbum implicitus decessit. ibi eum amici, quo 31 Spartam facilius perferre possent, quod 32 mel non habebant, cera circumfuderunt: atque in domum retulerunt.

c. i. p. 27. ἀφ' ἧ (Μενελάου) καὶ ὁ κατὰ Ἀδριακὴν
 λιμὴν, τὴν ὑπὲρ Παλαιονίης, Μενέλαος καλεῖται. Me-
 minit etiam lib. 17. p. 576. Ptolomaeus 4, 5. in hoc
 Marmaricae tractu a mari paullo reducit urbem,
 quam *Menelaim* vocat, quae tamen, ut aliae mari vi-
 ciniae, portum in mari videtur habuisse. C. 30 Cyrenas)
 Cyrenae vel in singul. Cyrene insigne Lybiae oppidum,
 unde Lybiae pars quaedam Cyrenaica dicta est.
 31 Spartam perferre) Hoc regibus tantum suis, peregre
 defunctis, Lacedaemonii praestabant: ceteros eo loco
 ubi mortui erant, sepeliebant. *Plutarch. extrem. Agesil.*
 C. 32 quod mel non habebant, &c.) Melie mortuos con-
 dire Lacedaemonii solebant. *Xenophon. lib. 5. rer.*
Graec. f. 330. de funere regis Ageſipolidis, apud Olyn-
thum extincti, ἐν μέλιτι τεθεῖς, καὶ κομισθεῖς οἰκάδε,
ἔτυχε τῆς βασιλικῆς ταφῆς. Nam ut *Columella ait*
12, 45 ea mellis est natura, ut coerceat vitia, nec serpere
ea patiatur: qua ex causa etiam exanimum corpus homi-
nis per annos plurimos innoxium conservat, Plin. 22, 24.
Mellis natura talis est, ut putrescere corpora non sinat.
 Cera condiebant Persae. *Herod. 1. 140. κατακηρώσαν-*
τες τὸν νέκυν Πέρσας, γῆ κρύπτουσι. C. c. *Tusc. 1, 45.*
 Persae cera circumlitos condunt, ut quam maxime perman-
 neant diuturna corpora. C.

XVIII.

EUMENES.

ARGUMENTVM.

1. Eumeni non virtus sed fortuna defuit & generosa stirps: primum Philippi & Alexandri scriba: postea aliae
 praes-

praefectus. 2. Mortuo Alexandro Cappadociam sortitus, carus Perdiccae fuit, quem ut desereret, non potuit Leonnatus persuadere. 3. A Perdicca oppositus Europaeis adversariis, devio itinere milites duxit. 4. & Neoptolemo singulari pugna interfecto, Craterum amplo funere extulit. 5. Antigonum se persequentem vexat in itineribus: victus tandem in castellum Norae confugit, ubi obsessus, equos novo invento exercet. 6. Olympiadi bene consulit, a quo rogatus, ut se & liberos Alexandri tueretur. 7. bellum parat contra Antigonum, Alexandri auspicia in castris fingens, levandae invidiae causa. 8. In Paraceticis Antigoni victor, res veteranorum licentia paene perditas, hoste inopinantibus superveniente, 9. callido consilio restituit. 10. a suis autem proditus, victo in custodiam traditur, 11. cuius impatiens ipse supplicium postulat. 12. quod de consilii sententia constitutum, inedia tentatur, ferro consumitur. 13. Hic vir maximus, quo superstite nemo ducum regis nomen sumsit, invidia periit, honesto tamen funere ornatus.

Eumenes ¹ Cardianus. Huius si virtuti ² par I. data esset fortuna, non ille quidem ³ maior ⁴ sed multo illustrior, atque etiam honoratior: quod magnos homines ⁵ virtute metimur, non for-

Cap. I. 1 Cardianus) Cardia urbs Isthmo Chersoneli Thraciae, quae eversa a Lyfimacho novae Lyfimachiae locum dedit, Paus. Attic. 9. Gr. C. 2 par fortuna) similis successus. Nam fortuna rebus famam pretiumque constituit. Curt. 9, 10, 28. 3 maior) Lambinus fuisset addit sine necessitate & refragantibus antiquis libris. C. 4 sed illustrior) Nam, quod Plinius Epist. 3, 16. ait, alia clariora sunt, alia maiora. C. 5 virtute metimur) Recte. Sic Cic. fam. epist 5, 17. te

tuna.

2 *tuna*. Nam ⁶ cum aetas eius cecidisset in ea tempora, quibus Macedones ⁷ florent, ⁸ multum ei detraxit inter hos viventi, quod ⁹ alienae erat civitatis: neque aliud huic defuit, quam ¹⁰ generosa stirps. Etsi ille ¹¹ domestico summo genere ³ erat: tamen Macedones eum sibi aliquando anteponi ¹² indigne ferebant: ¹³ neque tamen non patiebantur. ¹⁴ vincebat enim omnes cura, vigilantia, patientia, calliditate & celeritate ingenii. Hic ¹⁵ peradolescens ¹⁶ ad amicitiam accessit Philippi Amyntae filii: brevique

non ex fortuna, sed ex virtute tua pendimus, semperque pendemus. Ovid. Pont. 1, 9, 39. *nec census, nec clarum nomen avorum, Sed probitas magnos ingeniumque facit*. C. Adde Sen. epist. 6. *6 cum aetas eius cecidisset* &c.) i. e. cum ipsi vivere contigisset iis temporibus. *7 florent*) maxime celebres redderentur per Philippi Alexandri M. potentiam. *8 multum ei detraxit*) non parum incommodi & obstaculi ei attulit. *9 alienae civitatis*) alienigena, (uti c. 7. n. r.) non Macedo sed Thrax, cui apud Macedones non eadem fides ac dignatio. *10 generosa stirps*) nobilitas parentum & maiorum virtute bellica inclarescentium. *11 domestico summo genere*) domi nobilis, & si Suidae credimus, regis filius; quod tamen non sufficiebat illi nominis claritati, quam Macedones in ducibus desiderabant. Duris, vetus historicus, apud Plutarchum (*in vit. Eumenu.*) dissentiens nostro, ait patrem Eumenis fuisse aurigam, ἀμαζένοντα. C. *12 indigne ferebant*) odio pleni indignabantur; hoc eos male habebat. *13 neque non patiebantur*) i. e. inviti quodammodo concedebant. *14 vincebat omnes cura* &c.) i. e. laboriosior erat, vigilantior, patientior, callidior & ingeniosior, quam omnes Macedones. *15 peradolescens*) natus annos 17. aut 18. Nam,

tempore in intimam pervenit familiaritatem.
 17 Fulgebat enim iam in adolescentulo indoles
 virtutis. Itaque eum habuit ad manum ¹⁸ scribae 5
 loco: quod multo apud Graios ¹⁹ honorificen-
 tius est, quam apud ²⁰ Romanos. nam apud nos
 revera, ²¹ sicut sunt, ²² mercenarii scribae existi-

quod ex c. 13. constat, vixit annos 45. & 20. regibus
 apparuit, nec integros 8. supervixit Alexandro, ut ex
 accurato Ufferii calculo ad annum periodi Iulianae
 4399. manifestum est. C. 16 ad amicitiam accessit) ami-
 cum eum assumpsit Philippus fortitudine eius & soler-
 tia delectatus, cum ipsum, ut Plutarchus refert, in-
 ter iuvenes decertantem lucantemque conspexisset.
 17 Fulgebat &c.) Claudianus Laud. Stilic. i. v. 39. *meus*
ardua semper A puero, tenerisque etiam fulgebat in annis.
 C. *Ipsius ingenium magnum spondebat virum,* ut de
 Philippo Iustinus 7, 6, 1; & de aliis Idem 2, 9, 15;
 11, 1, 9; 29, 1, 8; Vellei. 2, 94, 3; Val. Max. 3, 1, 2;
 Nepos 1, 1, 1. 18 scribae loco) i. e. gradu vel dignitate
 magistri libellorum vel scriniorum; Plutarcho ἀρχι-
 γραμματεὺς, princeps s. praefectus scribarum. C.
 19 honorificentius) honoratius sc. munus; sed Petitus
 ad leg. Att. p. 257. docet, id Athenis aequae ac Romae
 vile fuisse. 20 Romanos) Scribae Pesto, qui rationes
 publicas scribunt in tabulis, varii generis, a magistra-
 tibus, quibus ministrabant, cognominati, ut scribae
 aedilicii Cic. pro Cluent. c. 47. quaestorii Suet. Domit.
 c. 9. tribunicii, Inscriptio Gruter. f. 562. n. 4. **SCRI-
 BAE TRIBVNICIO SCRIBAE AEDI-
 LICIO.** Propter multitudinem in decurias divisi
 erant. Suetonius Claud. c. 1. *obvii scribarum decu-
 riis* Non autem magnae dignitatis fuisse, eiusdem
 Suetonii verbis *Vespas. c. 3.* clarum est, *patre* (Do-
 mitillam recuperatorio iudicio) *asserente Flavio Li-
 berale, Ferenti genito, ne quidquam amplius quam*
quaestorio scriba. C. 21 sicut sunt) Vide dicta ad Pe-
 mato-

mantur: at apud illos ²³ contrario nemo ad id officium admittitur, nisi ²⁴ honesto loco, & fide & industria cognita, quod necesse est omnium ⁶ ²⁵ consiliorum eum esse participem. ²⁶ Hunc locum tenuit amicitiae apud Philippum annos septem. ²⁷ Illo interfecto, ²⁸ eodem gradu fuit apud Alexandrum annos tredecim. ²⁹ Novissimo tempore praefuit etiam ³⁰ alteri equitum alae, quae ³¹ hetaerice appellabatur. ³² Vtrique autem

lopid. c. 3. n. 2. C. ²² mercenarii) mercede conducti, adeoque lucrum magis quam fidem spectantes, quae est nota vilioris animi. ²³ contrario) adverbialiter, ut apud Vitruvium 8, 1. extr. pro quo noster saepius contra ea. ²⁴ honesto loco) sc. ortus, locus hic sumitur pro familia; sed mox iterum pro gradu & dignitate. ²⁵ consiliorum participem) quales sunt hodie Secretarii & Cancellarii. Plura de scribis habent Barth. Advers. 50, 1; Herm. Hugo de prima scrib. orig. c. 32; Fessel. Advers. 5, 1, 1; Freinsh. ad Curt. 7, 3, 4. ²⁶ hunc locum) gradum, uti mox vocat. Sic Cic. Phil. 2, 29; Suet. Oth. c. 2. ²⁷ illo interfecto) a Pausania, v. Justin. 9, 7. ²⁸ eodem gradu) sc. amicitiae & honoris. Sic Curt. 5, 10, 10; & 6, 7, 32. ²⁹ novissimo) ultimo, quemadmodum etiam diem novissimum pro extremo dicimus. ³⁰ alteri alae) uni alae ex duabus infra c. 13. n. 1. MSS. libri constanter alterae, quod tuetur Bosius. Ita enim antiqui formabant. Ter. Heaut. 2, 3, 30. alterae: Eun. 5, 7, 3. mihi solae; Caecilius nullae nationi: & ipse Cicero unae rei teste Prisciano lib. 6. post initium. C. ³¹ hetaerice) quasi sodalium & amicorum τῶν ἡταιρῶν, quod Alexander praestantissimis equitum imposuerat, sicut delectis peditibus nomen πεζοταίρων, ut Harpocration in hac voce notat. Equestris vero alae mentionem fecit etiam Arrianus lib. 7. pag. 463. Callines καὶ ἰππαρχίαν τῆς ἰππῆ τῆς ἡταιρικῆς ἐκ ἀφ᾽ αὐτῆς.

in consilio semper adfuit, & ³³ omnium rerum habitus est particeps.

Alexandro ¹ Babylone mortuo, cum ² regna fin- II. gulis familiaribus dispartirentur, & ³ summa rerum tradita esset tuenda eidem, cui Alexander ⁴ moriens annulum suum dederat, Perdiccae: ex ² quo omnes coniecerant, eum regnum ⁵ ei commendasse, ⁶ quoad liberi eius in suam tutelam pervenissent: aberant enim ⁷ Craterus, & Antipa-

& Diodorus 18, 2. τὸ τῶν ἰκτίων τῶν ἑταίρων ὀνομαζομένων οὐσίμια. C. 32 Utrique) Philippo scil. & Alexandro. Nam de aliis, quod quidem propius est, intelligi minime poterit. ³³ omnium rerum) politicarum & bellicarum, ut consiliarius.

Cap. II. ¹ Babylone) de hac urbe, quae Alexandro fatalis fuit, v. Curt. 10, 4, 16 sqq. ² regna) ab Alexandro acquisita & rel. sta. Haec veluti parenthesi inclusa sunt omnia, donec sequitur: hoc tempore data est Eumeni (&c.) ³ summa) sc. potestas. ⁴ moriens annulum dederat) Vide Curt. 10, 5. & Iustin. 12, 15. C. Interrogatus, cui regnum relinqueret, respondit optimo. Anulum deinde digito detractum Perdiccae tradidit, unde dissensiones ortae & bella. ⁵ ei commendasse) Perdiccae tuendum tradidisse. Nam ut Patrimonii traditur traditis clavibus aedium: ita & possessio regni tradi putabatur tradito regis sigillo. ⁶ quoad liberi (&c.) i. e. donec filius ex Roxane genitus annos pubertatis ingressus se ipsum tueri & regere posset, vel ut c. 6. n. 2. dicitur, regnum adipisceretur; Vnum filium per liberos significari docet Gellius 2, 13. Ade- rat quidem ex Barsine natu maior; Sed ei nemo diadema dare voluit. v. Curt. 8, 4, 22; & 10, 6, 9 sq. Iustin. 11, 10, 3; 12, 15, 9; & 14, 6, 2 ⁷ Craterus & Antipater) Antipater vetus praefectus Macedoniae; Craterus in via, ut cum veteranis & emeritis in Macedoniam iret.

ter

ter, qui antecedere ⁸ hunc videbantur: mortuus
 erat ⁹ Hephæstio, quem unum Alexander, quod
 facile intelligi posset, ¹⁰ plurimi fecerat: hoc tem-
 pore data est Eumeni ¹¹ Cappadocia, sive potius
 dicta. nam tum ¹² in hostium erat potestate.
³¹³ Hunc sibi Perdiccas adiunxerat magno studio,
 quod ¹⁴ in homine ¹⁵ fidem & industriam magnam
 videbat: non dubitans, si eum pellexisset, ¹⁶ ma-
 gno usui fore sibi in his rebus, quas apparabat.
 Cogitabat enim, quod fere ¹⁷ omnes in magnis im-
 periis concupiscunt, ¹⁸ omnium partes corripere

Antipatro sufficiens, qui ad regem evocatus fuerat.
Iustin. 12, 12. & *Supplem. Curt.* 10, 4, 7. & 8. C. 8 ante-
 cedere hunc) Perdiccam sc. in amicitia & dignitate apud
 regem. 9 Hephæstio) Vide supplementa nostra Cur-
 tiana 10, 4, 9. ex Diodoro Arriano, Iustino. C. 10 plu-
 rimi fecerat) pluris aestimaverat quam amicos reliquos.
 11 Cappadocia dicta) assignata tantum, destinata, non
 vere tradita; nec sola Cappadocia, sed Paphlagonia
 etiam, & finitimae gentes usque ad Trapezuntem.
Diodor. 18, 3. *Plut.* f. 584. C. 12 in hostium potestate)
 in regis Atiarathis. *Plut.* c. 1. qui praetermissus ab
 Alexandro erat propter alias curas & expeditiones:
 post mortem eius a Perdicca victus & in crucem actus.
Diodor. 18, 16. C. 13 Hunc sibi adiunxerat) Eumenem sc.
 sibi conciliaverat, ad se traxerat blanditiis; ideo mox
 eum pellexisse dicitur. 14 in homine) in eo ipso. Ele-
 ganter homo pronomini loco existat. 15 fidem & indu-
 striam) egregias virtutes ministrum imprimis ornantes.
 conf. c. 1. n. 5. 16 magno usui fore) ita solent principes
 respicere sua commoda in expetendis ministris. conf.
 de Philippo *Iustin.* 9, 8, 9. 17 omnes concupiscunt) peti-
 ri maximis maiora quaerunt & desiderant, neque mo-
 dum statuunt suae cupiditati. 18 omnium partes corri-
 pere) omnes regiones ad se pertrahere & sibi soli vindicare
 atque

atque complecti. Neque vero hoc solus fecit, 4
sed ceteri quoque omnes, qui Alexandri fuerant
19 amici. Primus 20 Leonnatus Macedoniam
praeoccupare 21 destinaverat. Is multis magnis-
que pollicitationibus persuadere Eumeni stu-
duit, ut Perdiccam desereret, ac secum faceret
societatem. Cum 22 perducere eum non posset, 5
interficere conatus est: & fecisset, nisi ille clam
noctu 23 ex praesidiis eius effugisset.

Interim I conflata sunt illa bella, quae 2 ad in- III.
ternecionem post Alexandri mortem gesta sunt,

care. Ita Pyrrhus *spoliare singulos cupiens omnibus se
partibus venditabat*, Iustin. 17, 2, 5. conf. Tac. A. 11, 8, 4.
19 amici) consilarii, praefecti, proceres; omnes Eu-
menis opera usi essent libenter. 20 Leonnatus) is &
Alexandri corporis custodibus in divisione provincia-
rum sortitus fuerat Phrygiam minorem, τὴν ἐφ' Ἐλ-
λησπόντιον Φρυγίαν, magnam cum Pamphilia & Lycia
Antigonus. Diodor. 18, 3. Nec statuit tantum praeoc-
cupare, sed in Graeciam etiam venit, cum Antipater
Lamiae obsessus erat: solutaque obsidione in pugna
adversus Athenienses occubuit. Diodor. 18, 4. § 15. C.
21 destinaverat) in animo habuerat. modo dixerat noster:
cogitabat. 22 perducere) impellere, movere persuasione-
bus ad suam sc. societatem. 23 ex praesidiis) ex castris.
Vide Curt. 4, 12, 14. & a nobis ibi notata. C.

Cap. III. 1 conflata sunt bella) excitata. De phrasi
v. supra 12, 2, 3. Bella vero atrocissima, quibus impe-
rium Macedonicum in partes scissum corruit, descri-
bunt Curtius lib. 10: Diodorus lib. 18. & seqq. Iustinus
13, 14. & seqq. C. 2 ad internecionem) ad exitium par-
tium, quae bellare invicem non desierunt, donec post

omnes-

omnesque ³ concurrerunt ad Perdiccam opprimendum. quem etsi infirmum ⁴ videbat, quod unus omnibus resistere cogebatur, tamen amicum non deseruit, neque salutis quam fidei fuit ² cupidior. Praefecerat eum Perdiccas ei parti Asiae, quae inter ⁵ Taurum montem iacet atque Hellespontum: & illum unum opposuerat ⁶ Europaeis adversariis. Ipse Aegyptum ⁷ oppugnatum ³ adversus ⁸ Ptolemaeum erat profectus. Eumenes, cum neque magnas copias, neque firmas haberet, quod inexercitatae, & non multo ante erant contractae: adventare autem dicerentur, ⁹ Hellespon-

mutuas clades in Romanorum potestatem pervenerunt. ³ concurrerunt) arma moverunt irati, quod ab Alexandro sigillum accipiens, ius quoque & dominium in ipsos accepisse videretur. Primi fuerunt Craterus & Antipater, quos secutus est Antigonus. ⁴ videbat) scil. Eumenes Perdiccae amicus. ⁵ Taurum montem atque Hellespontum) Non servata fuit provinciarum divisio, a Diodoro 18, 3. & Curt. 10, 10. notata: sed, ut solet, civili discordia omnia miscebantur. Eumenis ergo praefecturae accessit, quidquid provinciarum usque ad Hellespontum erat. C. ⁶ Europaeis adversariis) Antipatro & Cratero. Diodor. 18, 29. Craterus enim dimissus ab Alexandro, ut in Macedoniam veteranos reduceret; post mortem regis ex Cilicia ad opem Antipatro ferendam profectus, Lamaico bello finem imposuit. Diodor. 18, 16. adde Hist. nostram Antiq. pag. 31. atque in Europa permansit. C. ⁷ oppugnatum) supinum: pro ut oppugnaret. ⁸ Ptolemaeum) Lagi filium, cui Aegyptus ex prima divisione contigerat. C. Ab eo postea omnes Aegypti reges Ptolemaei dicti sunt. ⁹ Hellespontum transisse) Lambin. Longol. & alibi transcurrisse. Non male, quia cursus tum,

tumque transisse Antipater & Craterus magno
 um exercitu Macedonum, ¹⁰ viri cum claritate,
 um usu belli praestantes: (Macedones vero mili- 4
 tes ¹¹ ea tunc erant fama, qua nunc Romani ¹² fe-
 runtur: etenim semper habiti sunt fortissimi, qui
¹³ summam imperii potirentur:) ¹⁴ Eumenes in-
 telligebat, si copiae suae cognosset, adversus
 quos ducerentur, non modo non ituras, sed ¹⁵ si-
 mul cum nuntio dilapsuras. Itaque hoc eius fuit 5
 prudentissimum consilium, ut ¹⁶ deviis itineribus
 milites duceret, in quibus ¹⁷ vera audire non pos-
 sent: & his persuaderet, se contra quosdam bar-
 baros proficisci. Itaque ¹⁸ tenuit hoc propositum, 6
 & prius in aciem exercitum eduxit, proeliumque
 commisit, ¹⁹ quam milites sui scirent, cum quibus

etiam de navigatione dicitur. C. 10 viri praestantes)
 veterani scil. & exercitatissimi duces. 11 ea fama) in
 ea laude. 12 feruntur) in ore & per ora hominum.
 conf. 9, 3, 4. 13 summam imperii potirentur) Potiri cum
 secundo & sexto casu obvium & notum: vide indicem:
 cum quarto Tac. A. 11, 10, 8. potitus regiam: Iustin. 6,
 4, 8. potiti victoriam: & 12, 7, 10. regnum Indorum poti-
 tus est. Lucret. 3, 10, 51. scepra potitus. C. 14 Eume-
 nes) praemissa haec vox post digressionem repetitur
 vitandae obscuritatis causa. Hic ergo subaudi in-
 quam. 15 simul cum nuntio dilapsuras) i. e. Simul ac
 nuntiatum esset diversa fuga salutem peturas esse.
 16 deviis itineribus) infra c. 8. n. 5, & 6. per loca de-
 serta, per loca sola. Sallust. Iug. c. 54. nocturnis & aviis
 itineribus, ignoratus, Romanos palantes repente aggredi-
 tur. C. 17 vera) quae de adventu hostium sedulo ce-
 lare studuit. 18 tenuit hoc propositum) supra 7, 4, 2.
 ita fecit. Sic saepe Caes. B. C. 1, 83, 3, 42. & 65.
 19 quam milites scirent) Plut. de Garrul. p. 506. Eume-
 Cornel. Nep. N arma

arma conferrent. Effecit etiam illud ²⁰ locorum praeoccupatione, ut equitatu potius dimicaret, quo plus valebat, quam peditatu, quo ²¹ deterior.

IV. ¹ Quorum acerrimo concursu cum ² magna partem diei esset pugnatum, cadit ³ Craterus dux & ⁴ Neoptolemus, qui ⁵ secundum locum imperium ² tenebat. eum hoc ⁶ concurrat ipse Eumenes, cum ⁷ inter se complexi, in terram ex equis ⁸ dissent, ut facile intelligi posset inimica ⁸ contendisse, animoque magis etiam pugnas-

nes audiens. Craterum adversus se cum copiis venire, nemini rem aperuit, sed Neoptolemum esse finxit, quem milites contemnebant. Sc. Rem ipsam excepto Eumene nemo. 20 locorum praeoccupatione) i. e. dum prius occupavit loca ad pugnandum sibi idonea. 21 deterior infirmus, vel non ita instructus.

Cap. IV: ¹ Quorum) militum sc. Eumenis & Macedonum. ² magnam diei partem) per totum fere diem. ³ Craterus dux) de quo superius plura notavimus. Iam addendum videtur, Graece Κρατερός esse, ne cuius multis in accentu erretur. C. ⁴ Neoptolemus) Ille Perdicca auxilio missus fuerat Eumeni ad Hellepontum, sed invidia stimulatus insidias struit Eumeni reque prodita, ab eodem acie victus, ad Antipatrum fugit. Altero proelio, quod solum noster scripsit, cum Cratero adversus Eumenem congressus interficitur. Diodor. 18, 29. Justin. 13, 8. C. ⁵ secundum - - tenebat) General-Lieutenant war. Ille sinistro cornu praesens erat. Diodor. ⁶ concurrat ipse Eumenes) προνομήσει ut exserte vocat Diodorus c. 31. remque verbosius enarrat Plutarchus f. 587. C. ⁷ inter se complexi) invicem complexi in colluctando. ⁸ contendisse) seri-

prorsus fuisse certamen.

quam corpore: non prius distracti sunt, quam
 9 alterum anima reliquerit. Ab hoc aliquot
 plagis Eumenes vulneratur, neque eo magis ex
 proelio excessit, sed acrius hostibus ¹⁰ institit.
 hic equitibus profligatis, interfecto duce Crate-
 10 ro, multis praeterea, & maxime nobiles ca-
 ptis, ¹¹ pedester exercitus, quod in ea loca
 erat deductus, ut ¹² invito Eumene ¹³ elabi
 non posset, pacem ab eo petiit. quam cum
 impetrasset, ¹⁴ in fide non mansit, & se, simul
 ac potuit, ad Antipatrum recepit. Eumenes ⁴
 Craterum ex acie semivivum elatum ¹⁵ recreare
 studuit. cum id non posset, ¹⁶ pro hominis di-
 gnitate, proque pristina amicitia (namque illo
 usus erat, Alexandro vivo, familiariter) ¹⁷ am-

9 alterum) sc. Neoptolemum, qui poplite saucius diu
 resistit, sed accepto in collo vulnere succubuit. Simi-
 lis ardor pugnantium Romanorum apud Florum 1,
 18, 17. 10 institit) se opposuit propulsans obvios, ut
 plenam reportaret victoriam. 11 pedester exercitus)
 aliter ac supra Alcibiade c. 8. n. 2. significat, solis equi-
 tibus oppositus, quos ibi comprehendebat. C. 12 in-
 vito) non concedente: wenn er es nicht wolte zulassen.
 13 elabi) perrumpere & effugere. 14 in fide non man-
 sit) non stetit promissis ille exercitus. 15 recreare stu-
 duit) Plutarch. f. 587. ut cognovit (Eumenes) spirare
 adhuc (Craterum) & rationis usu non penitus destitutum,
 adiens eum lacrymas effundebat, & manum dextram ei
 iungens, ipsius deplorabat fortunam & necessitatis duri-
 tiem. 16 pro hominis dig.) ut merebatur tantus dux &
 vetus amicus. Singulare hic exemplum humanitatis
 praebuit Eumenes. conf. Grot. I. B. & P. 2, 19, 3.
 17 ample funere extulit) Curt. 4, 8, 9. repertum corpus

plo funere extulit, ¹⁸ ossaque in Macedoniam uxori eius ac liberis remisit.

V. Haec dum apud Hellespontum geruntur, Perdiccas apud flumen ¹ Nilum interficitur ² a Seleuco & Antigono: ³ rerumque summa ad Antipatrum defertur. Hi, qui ⁴ deseruerant, ⁵ exercitu suffragium ferente, ⁶ capitis absentes damnantur. ⁷ in his Eumenes. Hac ille ⁸ percussus plaga ⁹ non succubuit, neque eo secius bellum administravit, sed ¹⁰ exiles res animi magnitudinem, ² non frangebant, tamen imminuebant. Hunc perfe-

magnifico extulit funere. Suet. Ner. c. 9. Claudium apparatissimo funere elatum laudavit: & c. 30. Cercopithecum prope regio extulit funere. Non ergo est, ut paucis ex codicibus (Gisani & Schotti) legamus munere pro funere, quando et in funere etiam muneri locus fuit. Tibullus 2. eleg. 4. v. 44. Nec qui det moestas munus in exsequias. C. 18 ossaque) quae combusto cadavere colligebantur.

Cap. V. ¹ Nilum) in Aegypto, quam vix ingressus seditione orta obruncabatur. ² a Seleuco & Ant.) imo ab equitibus suis, qui Ptolemaeo favebant, & se contra eum duci indignabantur. v. Diod. 18, 36; Iustin. 14, 4, 11; Oros. 3, 23. ³ rerum summa) sc. potestas, i. e. imperium summum. conf. 16, 5, 3. ⁴ deseruerant) scil. exercitum vel partes suorum, quod hodieque vocamus, desertire. ⁵ exercitu suffragium ferente) Morem Curtius declarat 6, 8, 25. De capitalibus rebus, inquit, vetusto Macedonum modo inquirebat exercitus: in pace erat vulgi. C. 6 capitis) sc. poena. ⁷ in his) inter hos, etiam damnatur. ⁸ percussus plaga) perturbatus aliquantum calamitate subita. ⁹ non succubuit) doluit quidem, sed non prorsus abiecit animum. ¹⁰ exiles res) i. e. difficultates ob vires non sufficientes magnis conatibus. Nam ut c. 1. n. 1. quens

quens ¹¹ Antigonus, cum omni genere copiarum abundaret, saepe in itineribus vexabatur: neque unquam ¹² ad manum accedere licebat, nisi his locis, quibus pauci possent multis resistere. Sed ³ extremo tempore cum consilio capi non posset, ¹³ multitudine circumventus est. hinc tamen multis suis amissis, ¹⁴ se expedivit, & in ¹⁵ castellum Phrygiae, quod Nora appellatur, confugit. In quo cum circumfederetur, & vereretur ⁴ ne uno loco manens ¹⁶ equos militares perderet, quod spatium non esset ¹⁷ agitandi: callidum fuit ¹⁸ eius inventum, quemadmodum ¹⁹ stans iumentum caleferi exereerique posset, quo libentius & cibo uteretur, & a corporis motu non remove-

dicatur, virtuti eius non par data est fortuna. ¹¹ Antigonus) praefectus ille ab Antipatro magnae Phrygiae & Ciliciae ducebat exercitum regium. Diodor. ¹² ad manum accedere) i. e. congregari, pugnam suscipere. ¹³ multitudine) maxime per Apollonidae prodicionem, ut Diodor. indicat; is equitum praefectus ad hostem transierat. ¹⁴ se expedivit) se impeditum periculo subduxit. ¹⁵ castellum Phrygiae) Plutarcho f. 589. est χωρίον ἐν μεσογίᾳ Λυκαονίας καὶ Καππαδοκίας, locus in Lycaoniae & Cappadociae confinio. Strabo f. 370. in Cappadocia ponit, locum speciatim non determinat. Diod. 18, 41. vocat χωρίον ὄχυρον καὶ φερίον κατὰ τὴν ἐγκυρότητα δαυμασόν. C. ¹⁶ equos militares perderet) nam equi diu otiosi inutilēs fiunt aut rigidi, & corrumpuntur. ¹⁷ agitandi) equos cursu exercendi. ¹⁸ eius inventum) Id dignum Frontino visum, ut 4, 7, 34. in commentis imperatoris conscriberet. C. ¹⁹ stans iumentum) eodem in loco permanens equus, singularis pro plurali ponitur.

5 tur. ²⁰ Substringebat caput loro altius, quam
 ut prioribus pedibus plane terram posset attri-
 gere. deinde ²¹ post verberibus cogebat exsultare,
 & ²² calces remittere, qui motus non minus sudo-
 rem excutiebat, quam si in ²³ spatio decurreret.
 Quo factum est, quod omnibus mirabile est
 visum, ut iumenta aeque ²⁴ nitida ex castello
 educeret, cum complures menses in obsidione
 fuisset, ac si in campestribus ea locis habuisset.
 In hac ²⁵ conclusionione, quotiescunque voluit, ap-
 paratum & ²⁶ munitiones Antigoni alias incen-
 dit, alias ²⁷ tenuit se uno lo-
 co, ²⁸ quamdiu fuit hiems. quod castrum ²⁹ sub-
 sidia habere non poterat, ³⁰ (&) ver appro-

²⁰ *substringebat caput*) certis quotidie horis ita sus-
 pendeat caput iumentum, ut prioribus pedibus alle-
 varetur. ²¹ *post*) i. e. pone, posteriore parte. Pro
post verberibus editio Parisiensis habet *posterioribus* sc.
 pedibus. ²² *calces remittere*) recalcitrare, & ut Fron-
 tinus exprimit, *ad sudorem usque crura iactare, lintem*
auschlagen. ²³ *spatio*) loco, ubi equi cursu exerceban-
 tur, *auf der reit- oder rennbahne.* ²⁴ *nitida*) pingua
 & pulcra. Vide Cellarium ad Plin. epist. 2, 17, 3.
²⁵ *conclusionione*) obsessio, castelli oppugnatione. Sic Caes.
 B. C. 2, 22. ²⁶ *munitiones*) *bollwercke*, Opera vocantur
 Miltiade c. 7. n. 4. ad oppugnandum exstructa. C.
²⁷ *tenuit se*) mansit, substitit. ²⁸ *quamdiu fuit hiems*)
 At Diodorus 18, 53. *ἐναντίον ἔσθης τῆς πολιορκίας.* C.
²⁹ *subsidia habere*) obsidione eximi repulsis hostibus.
 Sed nonnullis placet haec lectio: *quod castra sub die*
hab. n. p. ³⁰ (&) in vexato loco copulam vel similem
 particulam deesse, suboluit dudum eruditus. Con-
 iunctionem ET ex Ernstiano codice recepit Bosius,
 quem secuti sumus. C.

pinguabat; ³¹ simulata deditiōe, dum de condi-
tionibus tractat, praefectis Antigoni ³² imposuit:
seque ac suos omnes ³³ extraxit incolumes.

Ad hunc ¹ Olympias, mater quae fuerat Alex-^{VI}
andri, cum litteras & nuntios misisset in Asiam,
² consultum, *utrum repetitum Macedoniae ve-*
niret: (nam tum ³ in Epiro habitabat) & ⁴ eas res
occuparet: huic ille primum suavit, ne se move-
ret, & expectaret, quod ⁵ Alexandri filius re-
gnum adipisceretur; sin aliqua cupiditate ⁶ ra-
peretur in Macedoniae, omnium ⁷ iniuriarum

^{31 simulata deditiōe}) Antigonus nunciata Antipatri
morte, res maiores affectans, Eumeni pacem & ami-
citiā obtulit, qui correctā iuris iurandi formula, ad-
ditisque Olympiadis & regum nominibus, eam acce-
pit. Diodor. 18, 50, 53. Plutarch. p. 500. C. ^{32 impo-}
^{suit}) i. e. sefellit praefectos. ^{33 extraxit}) ex castello
eduxit. Sic Ter. Phorm. 1, 4, 3.

Cap. VI. ^{1 Olympias}) Neoptolemi Molossorum re-
gis filia, Philippi Macedonis uxor. v. Iustin. 7, 6, 10;
Gell. 13, 4. ^{2 consultum &c.}) qui consilium Eumenis
explorarent, an iam tempus sit redeundi, & repeten-
di Macedoniae. ^{3 in Epiro habitabat}) repudiata &
expulsa a Philippo ad fratrem suum Alexandrum,
Epiri regem, se contulerat vid. Iustin. 9, 7. ^{4 eas res})
i. e. imperium seu regnum Macedonicum. ^{5 Alexan-}
^{dri filius}) ex Roxane, Bactrii Oxartis filia, genitus,
nondum in lucem editus patre moriente. Curt. 8, 4,
22; & 10, 6, 9. Maior filius ex Barsine susceptus,
praeter Nearchi consilium & conatum (Curt. 10,
6, 11.) ad regni spem nunquam venit. C. ^{6 raperetur}
^{Rapi & trahi} usurpantur de affectibus vehemen-
tioribus. Ergo cupiditate rapi est vehementer concu-
piscere. ^{7 iniuriarum oblivisceretur}) ne quis antea-

oblivisceretur, & in neminem ⁸ acerbiorē uteretur
³ imperio. Horum nihil ea fecit. nam & in Macedoniam profecta est, & ibi ⁹ crudelissime se gessit. Petiit autem ab Eumene absente, ne pateretur Philippi domus & familiae inimicissimos ¹⁰ stirpem quoque interimere, ferretque opem liberis
⁴ Alexandri. ¹¹ quam veniam si sibi daret, ¹² quam primum exercitus pararet, quos sibi subsidio adduceret. id quo facilius faceret, se omnibus praefectis, qui ¹³ in officio manebant, misisse ¹⁴ litteras, ut ei parerent, eiusque consiliis uterentur.
⁵ His rebus Eumenes permotus ¹⁵ satius duxit, si ita tulisset fortuna, ¹⁶ perire bene meritis referentem gratiam, quam ingratum vivere.

VII. Itaque copias contraxit, bellum adversus ¹ An-

rum rerum accusaretur, neve multaretur, qua de oblivionis lege v. 8, 3, 2. 8 acerbiorē) i. e. acerbo seu crudeli. Pro positivo eleganter ponitur comparativus. 9 crudelissime se gessit) Impotentiam & crudelitatem huius mulieris notat Diodorus 19, II. C. Quod principum passim caedes muliebri magis quam regio more secerit. Iustinus ait 14, 6, 1. 10 stirpem) nepotes Philippi, Alexandri liberos. Sic 15, 10, 2. 11 quam veniam si daret) qua in re si gratificaretur, si petitis suis annueret, quemadmodum & supra 4, 4, 6. 12 quam primum) sc. possit: so bald er nur könnte. 13 in officio) in obsequio & fide erga domum Philippi. 14 litteras) quarum argumenta & formulae apud Diodorum & Plutarchum in Eumene reperiuntur. 15 satius duxit) melius esse statuit. 16 perire &c.) se mori tanquam gratum erga sibi quondam beneficos Philippum & Alexandrum M.

Cap. VII. 1 Antigonum) cui maior Phrygia in divi-

tigo-

tigonum comparavit. ² quod una erant Macedo-
nes complures nobiles, in his Peucestes, qui ³ cor-
poris custos fuerat Alexandri, tum autem ob-
tinebat ⁴ Persidem: ⁵ Antigenes, cuius sub impe-
rio ⁶ phalanx erat Macedonum: invidiam ⁷ ve-
rens, quam tamen effugere non potuit; si potius
ipse ⁸ alienigena summi imperii potiretur, quam
alii Macedonum, quorum ibi erat multitudo: ⁹ in 2

sione provinciarum obtigerat, Eumenis nuper victor,
res novas moliens & insidians regno Macedoniae.
Plerique enim duces, audita Antipatri morte, ut Dio-
dorus 18, 50. ait, volebant ἰδιοπραγεῖν, τῶν δὲ πρῶ-
τος ὁ Αντίγονος. C. ² quod una erant) quia in exercitu
suo continebantur. Praemittuntur caussae, cur Eume-
nes invidiam veritus sit & auspicia Alexandri M. finxe-
rit. ³ corporis custos) primi ordinis, qui amplissimae
dignitatis erat, nec conferri solitus, nisi summis du-
cibus, iisque septem numero, quibus Peucestes octa-
vus accessit. *Arrian. 6. p. 433. adde notata ad Curt. 5,*
4, 42. C. 4 Persidem) ab Alexandro superstitite accep-
tam. *Arrian. 6. extr. nisi in sortitione post Alexandri*
mortem Babylonia mutata fuit cum Perside. vide Justin.
13, 4, 23. Sed nostrum tuetur etiam Diodorus 19, 22.
Peucesten in hoc Eumenis bello vocant satrapam re-
gionis, quae est circa Persepolim. C. 5 Antigenes)
etiam in proelio contra Porum parti phalan-
fuerat. Curt 8 14, 15. vide plura de illo ibidem no-
tata. C. 6 phalanx) peditum stabile agmen, &c. ut
Curtius 13, 2, 13. describit. 7 verens) sc. Eumenes,
& quidem ob tam nobiles Macedones. 8 alienigena)
qui alienae esset civitatis, non Macedo, vid. c. 2, 1.
9 in principiis) Principia locus in castris, qui ducum
sedes & tabernacula habebat. Tacitus Hist. 3, 13, 1.
Caecina primores centurionum, & paucos militum, ceteris
per militiae munera dispersis, secreta castrorum affectans,
in principia vocat. Frontinus IV. 1, 26, 27. ait qui pec-

principiis ¹⁰ nomine Alexandri statuit tabernaculum, in eoque sellam auream cum sceptro ac ¹¹ diademate iussit poni, ¹² eoque ¹³ omnes quotidie convenire; ut ibi de summis rebus consilia caperentur. credens ¹⁴ minore se invidia fore, si specie imperii, nominisque simulatione Alexandri, bellum videretur administrare. ¹⁵ quod & fecit. nam cum non ad Eumenis principia, sed ad regia conveniretur, atque ibi de rebus deliberaretur, quodammodo ¹⁶ latebat: cum tamen per eum unum gererentur omnia.

VIII. Hic in ¹ Paraetacis cum Antigono conflixit,

caverant milites, in principiis distinctos stare in poenam coactos fuisse. conf. Flor. 3, 10, 12; 4, 2, 45; Instin. ii, 6, 8. Ceterum commento huic Eumenes religionem adiecit. Alexandrum dicens, in somnio ita fieri iussisse. *Plutarch. p. 591. C.* 10 nomine Alexandri statuit) fecit ac vocavit Alexandri tentorium, ubi tanquam ad regis praesentis auspicia convenirent. Hoc quoque Ptolemaei consilium fuit apud Curt. 10, 6, 15. 11 diademate) fascia, qua caput ornatus gratia solet obvolvi, ut apud Turcas & Persas. 12 eoque) in eoque tabernaculo. 13 omnes) sc. praefectos, repete hic verbum iussit. 14 minore se invidia fore) non tam facile invidiam sibi metuendam esse. 15 quod & fecit) tenuit hoc propositum, ne ad se tanquam inferiorem accedere dedignarentur. 16 latebat) occultum erat, quae de causa ita fieret.

Cap. VIII. 1 Paraetacis) Variant libri, ut solent propriis nominibus. Codicem Gifanii, quem sequimur, confirmat Diodorus 19, 34. Eumenem dicens post proelium movisse ἐκ τῶν Παρατακῶν εἰς τὴν Γαβηνήν. Paraetacae autem in Media australi sunt. *Herod. I. 101. & Steph. Byz.* seu Paraetacene regio inter Persiam &

2 non acie instructa, sed in itinere: eumque
 3 male acceptum in 4 Mediam 5 hiematum
 coëgit redire. ipse in finitima regione Persidis
 hiematum copias divisit, non ut voluit, sed ut
 militum cogebat voluntas. namque illa 6 pha- 2
 lanx Alexandri Magni, quae Asiam peragravit,
 deviceratque Persas, 7 inveterata cum glôria
 tum etiam licentia, non parere se ducibus, sed
 imperare postulabat: ut nunc 8 veterani fa-
 ciunt nostri. Itaque periculum est, ne faciant,
 quod illi fecerunt sua 9 intemperantia ni-
 miaque licentia, ut omnia 10 perdant, neque mi-
 nus eos, cum quibus 11 steterint, quam adversus

Mediam propriam. Ptolem. 4, 4. quemadmodum &
 Strabo 2. p. 55. a Media distinxit. C. 2 non acie &c.)
 non iusto sed fortuito proelio. 3 male acceptum) mul-
 tos militum vel captos, vel concisos, plures vulnera-
 tos refert Diodorus. 4 Mediam) regionem inter Per-
 siam & Caspium mare, v. Tab. I. 5 hiematum) ut ibi
 hiemem duceret, ut reliquias militum hieme locaret.
 6 phalanx) De qua modo dictum est c. 7, 1. *Argyras-
 pides* vocabantur, quia argentea scuta gestabant.
 7 inveterata) in eam consuetudinem adducta, ut disci-
 plinam pati nollet illud agmen, sed imperium sibi ar-
 rogaret. 8 veterani nostri) veterani milites Iulii Cae-
 saris, post caedem illius ad urbem ab Antonio evo-
 cati; de quibus Cicero Philipp. II. c. ult. *quousque, in-
 quit, P. C. dicemus sententias veteranorum arbitrati? quod
 eorum tantum fastidium est, quae tanta arrogantia, ut ad
 arbitrium illorum imperatorem etiam deligamus? C. 9 in-
 temperantia) immodestia, insolentia, ferocia. 10 per-
 dant) amittant, & non modo omnium indignationem
 incurrant, sed & omnes pessudent & perimant.
 11 steterint) in una acie, i. e. suos amicos.*

quos ¹² fecerint. ¹³ quod si quis illorum vetera-
 norum legat facta, paria ¹⁴ horum cognoscat;
 neque rem ullam, nisi tempus, ¹⁵ interesse iudi-
 3 cet. sed ad ¹⁶ illos revertar. Hiberna sumserant
¹⁷ non ad usum belli, sed ad ipsorum ¹⁸ luxuriam:
 4 longeque inter se discesserant. Hoc Antigo-
 nus cum comperisset, intelligeretque, se parem
 non esse ¹⁹ paratis adversariis, statuit ²⁰ aliquid
 sibi consilii novi esse capiendum. Duae erant
 viae, qua ex Medis, ubi ille hiemabat, ad adversa-
 riorum ²¹ hibernacula posset perveniri. quarum
 brevior per loca ²² deserta, quae nemo incolebat
 propter aquae inopiam, ceterum ²³ dierum erat
 fere decem. ²⁴ Illa autem, qua omnes comnea-

¹² fecerint) sc. proelia, i. e. pugnaverint, nempe
 contra inimicos. ¹³ quod si quis) pro si aliquis; quod
 eleganter abundat. ¹⁴ horum) Romanorum facta.
¹⁵ interesse) distingui, differre, quod Macedones prio-
 res fuerint. ¹⁶ illos) veteranos Macedonum, a qui-
 bus digressus sum. ¹⁷ ad usum belli) ut defatigati re-
 ficerentur. ¹⁸ luxuriam) ut luxuriose viverent. Prona
 haec via ad perdendos milites. Seneca epist. 51. Una
 Hannibalem hiberna solverunt; & indomitum illum nivibus
 atque Alpibus virum enervarunt fomenta Campaniae. C.
¹⁹ paratis) ad conjunctionem ineundam pugnam. ²⁰ ali-
 quid consilii novi) strategema, quo verbo de hac ipsa re
 usus est Diodorus 19, 37 ἔσπευδεν ἀνεπίστως ἀποῖς
 ἐπιδείσας καὶ καταστρατηγῆσαι. C. ²¹ hibernacula) i. e.
 hiberna, ut supra 17, 3, 4; loca illa, ubi hieme stationem
 habebat Eumenes, alias hibernacula sunt tentoria.
²² deserta) vacua ab hominibus & ab aqua rerumque
 omnium copia. ²³ dierum decem) sc. via sive viae iter
 decem diebus absolvi poterat. ²⁴ illa, qua omnes com-
 nebant,

bant, ²⁵ altero tanto longiorem habebat anfractum: sed erat ²⁶ copiosa, omniumque rerum abundans. hac si proficisceretur, intelligebat prius adversa-⁶ rios rescituros de suo adventu, quam ipse tertiam partem confecisset itineris. sin per ²⁷ loca sola ²⁸ contenderet, sperabat, se imprudentem hostem oppressurum. Ad hanc rem conficiendam im-⁷ peravit quam plurimos ²⁹ utres atque etiam culleos comparari: post haec pabulam: praeterea cibaria cocta ³⁰ decem dierum: ³¹ utque quam minime ³² fieret ignis in castris. Iter quod habebat, omnes celat. Sic paratus, ³³ qua constituerat, proficiscitur.

Dimidium fere ¹ spatium confecerat, cum ex IX. fumo castrorum eius ² allata est ad Eumenem, hostem appropinquare. conveniunt du-

meabant) altera via trita & usitata. ²⁵ altero tanto longiorem (Sc.) i. e. duplo maior erat propter obliquum itineris flexum, *er war noch einmal so weit.* ²⁶ copiosa) propter frequentiam hominum comitantium, *volkreich.* ²⁷ loca sola) i. e. solitaria, *deserta*, ut modo appellaverat. Sic Cic. Divin. I, 28; Ter. And. 2, 4, 3. ²⁸ contenderet) incederet, iter faceret. ²⁹ utres atque culleos) saccos & vasa ad aquam subvehendam, quorum usus Alexandro etiam necessarius erat, ad Hammonis oraculum per deserta loca copias ducenti. Curt. 4, 7, 12. C. ³⁰ decem dierum) i. e. per decem dies duratura. ³¹ utque) sc. imperabat, ut &c. ³² fieret ignis) Caesar. B. Gall. 6, 28. *monet, ut ignes fieri in castris prohibeat, ne qua eius adventus procul significatio fiat.* C. ³³ qua) sc. in via, re.

Cap. IX. ¹ spatium) viae scil. itineris: ² allata est)

ces: quaeritur, quid opus sit facto. intelligebant omnes tam celeriter ³ copias ipsorum contrahi non posse, quam Antigonus adfuturus videbatur.

2 Hic, omnibus ⁴ titubantibus, & ⁵ de rebus summis desperantibus, Eumenes ait, *si celeritatem velint adhibere, & ⁶ imperata facere, quod ante non fecerint, se ⁷ rem expediturum. nam quod diebus quinque hostis transisse posset, se effecturum, ut non minus totidem dierum spatio ⁸ retardaretur: quare circumirent, suas quisque copias contraheret.*

3 Ad Antigoni autem ⁹ refrenandum impetum, tale capit consilium. Certos mittit homines ad infimos montes, ¹⁰ qui obvii erant itineri adversariorum; hisque praecepit, ut ¹¹ prima nocte, quam latissime possint, ignes faciant quam maximos, atque hos ¹² secunda vigilia minuant, tertia

Incolae ex summis collibus non fumum sed ignium fulgorem cernentes camelis cursoribus nuntium attulerunt. v. Plut. & Diod. ³ copias contrahi) sc. diversis locis hiemantes & longius inter se dispersas in unum cogi. ⁴ titubantibus) i. e. trepidantibus & incertis quid agerent. Translatio sumpta ab infirmis pedibus, vel a temulentis. ⁵ de rebus summis) alias de summa rerum; de sua suorumque salute & felicitate. ⁶ imperata) ea quae ut dux praecipiat. Imperia ducum vocat Tacitus H. 4, 8, 3. ⁷ rem expediturum) negotium tam arduum suscepturum & confecturum. ⁸ retardaretur) retro pelleretur, reprimeretur. ⁹ refrenandum) coerendum, inhibendum. ¹⁰ qui) sc. montes, qui ad homines referunt, legunt, qui obvii eant. ¹¹ prima nocte) i. e. prima parte noctis, qua miles corpus curat & calore ignis reficitur. ¹² secunda vigilia) in quatuor partes nox olim distributa, quas a vigiliam perexi-

perexiguos reddant: & ¹³ assimulata castrorum **4**
 consuetudine suspicionem iniiciant hostibus, his
 locis esse castra, ac de eorum adventu esse prae-
 nunciatum: idemque postera nocte faciant.
¹⁴ Quibus imperatum erat, diligenter praeceptum **5**
 curant. Antigonus ¹⁵ tenebris obortis ¹⁶ ignes con-
 spicatur: credit de suo adventu esse auditum, &
 adversarios illuc suas contraxisse copias. mutat **6**
 consilium & quoniam ¹⁷ imprudentes adoriri non
 posset, flectit iter suum, & illum ¹⁸ anfractum lon-
 giorum copiosae viae capit, ibique diem unum
 opperitur, ¹⁹ ad lassitudinem sedandam militum,

officio, ita pariter dispensato, vigiliam appellabant, ut
 prima vigilia esset a prima nocte: *secunda* ante mediam
 noctem: *tertia* post illam mediam: reliquam *quarta*
 usque ad lucem haberet. Singulis tres horae cede-
 bant. Lucanus 5. v. 507. *Tertia iam vigiles commoverat*
hora secundos. Exempla sunt obvia. Cic. Catil. 3, 1. *ter-*
tia fere vigilia exacta. Curt. 4, 5, 19. *Aristonicus prima vi-*
gilia ad portus claustra successit. Etiam in sanctis histo-
 riis Matth. 14, 25. *τετάρτη δὲ φυλακὴ τῆς νυκτός.* Si-
 gnum vigiliae ineuntis buccina datum. Vide Livii 7,
 35. pr. C. ¹³ *assimulata castrorum consuetudine*) per
 ignes accensos, excitatos rumores & strepitus & cae-
 tera castrensia. ¹⁴ *quibus*) subaudi: *illi*, quibus &c.
¹⁵ *tenebris obortis*) supra *prima nocte*, i. e. vespertino
 tempore. ¹⁶ *ignes conspicatur* &c.) Sic saepe in bello
 decepti alii. v. supra 1, 7, 3; Curt. 5, 4, 14. Polyæn.
 1, 40, 8; 2, 4, 2. ¹⁷ *imprudentes adoriri*) nihil mali opi-
 nantes & securos invadere atque epprimere. ¹⁸ *an-*
fractum longiorum) de quo c. 8, 5. ¹⁹ *ad lassitudinem se-*
dandam &c.) ut lassum itinere non modo milites, sed
 & equi vires possent recolligere.

ac reficienda iumenta, quo ²⁰ integriore exercitu
²¹ decerneret.

X. Hic Eumenes ¹ callidum imperatorem vicit
² consilio, celeritatemque impedivit eius: neque
² tamen multum ³ profecit, nam ⁴ invidia ducum,
cum quibus erat, ⁵ perfidiaque militum Macedo-
num veteranorum, cum ⁶ superior proelio disces-
sisset, Antigono est deditus, cum exercitus ei ⁷ ter
ante separatis temporibus iurasset, se eum de-
fensurum, nec unquam deserturum. Sed tanta
fuit nonnullorum virtutis obrectatio, ut ⁸ fidem
³ amittere mallent, quam eum ⁹ non prodere. At-
que hunc Antigonus, cum ei fuisset infestissimus,
conservasset, si per suos esset licitum, quod ab
nullo se plus adiuvari posse intelligebat in his

²⁰ integriore) non tam lasso, sed valentiore. ²¹ de-
cerneret) pugnando definiret res dubias. Sic Curt. 3,
2, 1; Iustin. 13, 8, 4; & alii.

Cap. X. ¹ callidum) Antigonum. ² consilio) arte &
strategemate, ut c. 8. n. 4; & c. 9. n. 3. C. ³ profecit)
effecit, lucratus est. ⁴ invidia) active sumpta, i. e.
qua invidebant talem, Cicero Tusc. 3, 9. mallet dici
invidentiam. ⁵ perfidia militum) Ad proditionem im-
pulsu sunt milites, ut coniuges & liberos & quae in
proelio amiserant, reciperent. v. Plut. & Iustin. 14,
3, 11. ⁶ superior discessisset) victor fuisset. Sed Anti-
gonum potius vicisse docet Iustinus 14. c. 2. & 3.
⁷ ter separatis temporibus) Ita pure & Latine exprimi-
tur, quod posterior aetas dixisset tribus vicibus. Nume-
rum sacramenti auget Iustinus 14. 4, 3. quater, dicens,
sub Eumenis persona, intra hunc annum in mea verba in-
reiuurando obstricti estis C. ⁸ fidem amittere) p- rfidia cri-
men subire, ⁹ non prodere) apud Plut. & Iustin. 14, 4 ex-
rebus,

rebus, quas impendere iam apparebat omnibus. Imminebant enim ¹⁰ Seleucus, Lyfimachus, Ptolemaeus, ¹¹ opibus iam valentes, cum quibus ei ¹² de summis rebus erat dimicandum: sed non ⁴ passi sunt hi, ¹³ qui circa erant: quod videbant, Eumene recepto, omnes prae illo ¹⁴ parvi futuros. Ipse autem Antigonus adeo erat ¹⁵ incensus, ut, nisi magna spe maximarum rerum, ¹⁶ leniri non posset.

Itaque cum eum in custodiam ¹ dedisset, & XI. praefectus custodum ² quaesisset, *quemadmodum servari vellet? ut acerrimum, inquit, leonem,*

stat Eumenis expostulatio ad milites, qua acerbe coarguit eos prodicionis, quam graviter luere coacti sunt, neque ullus eorum in patriam rediit. Ipse Antigonus eos deinde execratus est, & fassus, amare se prodentes, odisse cum prodiderint. vid. Plat. 10 Seleucus, Lyf. Ptol.) Duces superstites Alexandri. 11 opibus iam valentes) Regna tenebant, potestate utentes vere regia, quamvis carebant nomine, dum vixit Eumenes. Nam Seleucus Syriae ac Babyloniae; Lyfimachus Thraciae & finitimis locis: Ptolemaeus Aegypto praeerat cum summa potestate. C. 12 de summis rebus) i. e. imperio & dignitate regia. 13 qui circa erant) praefecti, amici, familiares, comites. Sic de comitatu Tarquinii regis Liv. 1, 40. conf. 22, 30; & Ter. Eun. 3, 5, 33. 14 parvi futuros) se negligendos & contemnendos esse, illum vero omnibus praelatum iri. 15 incensus) iratus, infestus. 16 leniri) placari, reconciliari, nisi maxima sibi ab Eumene commoda polliceri liceret.

Cap. XI. 1 dedisset) ut in vinculis esset, uti mox sequitur n. 3. 2 quaesisset) sc. ex Antigono. 3 leonem &c.) Plutarch. p. 594. ὡς ἐλέφαντα ἢ ὡς λέοντα. Addit idem, mitiorem postea Antigonum, graviores catenas detrahi

aut ferocissimum elephantum. nondum enim sta-
 2 tuerat, servaret eum, nec ne. Veniebat autem
 ad Eumenem 4 utrumque genus hominum: &
 5 qui propter odium fructum oculis ex eius casu
 capere vellent: & qui propter veterem amicitiam
 colloqui consolarique cuperent: multi etiam,
 qui eius 6 formam cognoscere studebant, qualis
 esset, quem tamdiu, tamque valde timuissent, cu-
 ius in pernicie positam spem habuissent victo-
 3 riae. At Eumenes, cum diutius 8 in vinculis ef-
 fet, ait Onomarcho, 9 penes quem summa imperii
 erat custodiae, se mirari, quare iam tertium diem
 sic teneretur. non enim hoc convenire Antigoni pru-
 dentiae, ut sic 10 deuteretur victo, 11 quin aut inter-
 4 fici, aut 12 missum fieri iuberet. Hic cum 13 fero-

iussisse, puerumque reddidisse, qui ministraret. C.
 4 utrumque genus hominum) inimici & amici; qui male
 & qui bene ei cuperent. 5 qui fructum oculis (Sc.) i. e.
 qui prae malevolentia captivi miseria laetarentur &
 delectarentur. Sic oculos pascere ap. Tac. H. 3, 39, 2.
 6 formam cognoscere) faciem s. vultum intueri. 7 per-
 nicie) ruina, exitio, morte. 8 in vinculis esset) capti-
 vus teneretur. 9 penes quem (Sc.) qui praefectus erat
 custodum, ut dicitur modo n. I. 10 deuteretur) Con-
 stantia manuscriptorum codicum audaces Criticos fecit,
 ut verbum recipiant, alioquin ignotum. Denti est abuti,
 sicut denasci mori. In textum receperunt Schottus, Bo-
 sius, Courtinus: ceteri coniecturam Lambini secuti le-
 gunt sic se uteretur. C. Sensus autem est: non esse signum
 prudentiae, quod per diuturnam captivitatem crucia-
 tus augeat. 11 quin) cur non potius. quin hic increpandi-
 vim habet. 12 missum fieri) dimitti ex carcere. 13 fero-
 cius loqui) maiori cum fiducia verba facere. Sic Mithri-
 dates ferocius quam pro fortuna disseruisse apud Caesarem
 eius

cuius Onomarcho loqui videretur, *quid?* tu, inquit, ¹⁴ animo si isto eras; ¹⁵ cur non in proelio cecidisti potius, quam in potestatem inimici venires? Huic ⁵ Eumenes, *utinam quidem istud evenisset*, inquit: sed eo non accidit, quod nunquam ¹⁶ cum fortiore sum congressus. non enim cum quodam ¹⁷ arma contuli, quin is mihi succubuerit non enim virtute hostium, sed amicorum perfidia ¹⁸ decidi. Ne ⁶ que id falsum. nam & ¹⁹ dignitate fuit honesta, & viribus ad laborem ferendum firmis, neque tam magno corpore, quam ²⁰ figura venusta.

De hoc Antigonus cum solus ¹ constituere **XII.** non auderet, ad ² consilium retulit. Hic, cum

ferebatur, Tac. A. 12, 21, 1. ¹⁴ animo si isto eras) si tam animosus eras, ut mortem contemneres. ¹⁵ cur non cecidisti &c.) Nam cordatiores captivitate dedecus morte effugiunt. v. Flor. 4, II, 33. & 68. Tantum dedecus subire, videtur esse ignavi. v. Iustin. 4, 5, II; Val. Max. 3, 5, 1; Plaut. Capt. 2, 2, 12. ¹⁶ cum fortiore) cui necesse fuisset succumbere. ¹⁷ arma contuli) pugnavi, vel, ut modo dixit, congressus sum. ¹⁸ decidi) de statu fortunæ meae delectus sum. ¹⁹ dignitate) corporis statura eximia. conf. Tac. A. 12, 51, 4. ²⁰ figura venusta) specie admodum decora.

Cap. XII. ¹ constituere) sententiam ferre. ² consilium) ducibus, ut consiliariis proposuit ad deliberandum. Consilium enim saepe sunt homines in consilium adhibiti. Sic Cic. de clar. Orat. c. 22. consules de consilii sententia pronunciavissent. & de Orat. 1, 26. quod continuo consilium dimiserit. Adde nostrum n. 3. huius cap. cognita consilii voluntate: & 19, 3, 4. ex consilii sententia: & Curtium pluribus locis ex indice cognoscendis. C.

3 plerique omnes primo perturbati admirarentur, non iam 4 de eo sumtum esse supplicium, a quo tot annos adeo essent 5 male habiti, ut saepe ad desperationem forent adducti; quique 6 maximos duces interfecisset; denique 7 in quo uno esset tantum, ut, quoad ille viveret, ipsi securi esse non possent; 8 interfecto 9 nihil habituri negotii essent; postremo si illi 10 redderet salutem, quaerebant, 11 quibus amicis esset usus? sese enim cum Eumene 3 apud eum 12 non futuros. Hic cognita 13 consilii voluntate, tamen usque ad septimum diem deliberandi sibi spatium reliquit, tum autem cum iam vereretur, ne qua seditio exercitus oriretur, vetuit ad eum 14 quemquam admitti, & quotidianum 15 victum amoveri iussit. nam negabat 16 se ei 4 vim allaturum, qui aliquando fuisset amicus. Hic

3 plerique omnes) Sic Ter. And. 1, 1, 28. Pauci & in his Antigoni filii Eumenem servari cupiebant. 4 de eo sumptum supplicium) eum nondum morte multatum. 5 male habiti) accepti, tractati. 6 maximos duces) Neoptolemum & Crateram, supra c. 4. C. 7 in quo uno &c.) qui unus tantum valeret, an ihm allein liege so viel. 8 interfecto) sc. eo Eumene; nachdem er würde hingerichtet seyn. 9 nihil negotii) nullam molestiam ipsis relictam esse. 10 redderet salutem) veniam commissorum concederet, & capitis poenam remitteret. 11 quibus amicis &c.) Eiusmodi dictis mali consultores impellunt principis animum ad saevitiam. conf. Tacit. Agr. 41, 4. 12 non futuros) non perseveraturos, non mansuros in amicitia. 13 consilii) ducum in consilium adhibitorum. vid. n. I. 14 quemquam admitti) sc. eius visendi aut colloquendi causa. 15 victum amoveri) ut sic inedia consumeretur. 16 se vim allaturum) quasi sic vis nulla illata fuerit, cum violentae mortis genus nullo tamen

tamen non amplius, quam triduum, fame fatigatus, cum castra moverentur, ¹⁷ insciente Antigono, iugulatus est a custodibus.

Sic Eumenes ¹ annorum quinque & quadraginta, cum ab anno vigesimo, uti supra ostendimus, septem annos Philippo ² apparuisset; & tredecim apud Alexandrum eundem ³ locum obtinisset, in ⁴ his uni equitum alae praefuisset, ⁵ post autem Alexandri Magni mortem, imperator exercitus duxisset, summosque duces partim repulisset, partim interfecisset: captus non Antigoni virtute, sed Macedonum ⁶ periurio, talem habuit exitum vitae. De quo quanta fuerit ⁷ omnium opinio eorum, qui post Alexandrum Magnum reges sunt appellati, ex hoc facillime potest iudicari, quod nemo Eumene ⁸ vivo rex

lum sit crudelius quam fame necare. ¹⁷ insciente Antigono) Plutarchus *Eum.* extr. εἰσπέμψαντες ἀντιγονοῦ, ἀποσφάττεσιν αὐτὸν, quasi duces immisissent percussorem, non Antigonus. Vox ipsa probae notae. Cicero ipse, *insciente me.* Epist. Fam, 1, 9; Attic. 7, 2. C. conf. infra 23, 9, 4.

Cap. XIII. ¹ annorum) subaudi: qui fuit. ² apparuisset) ad manus fuisset, praesto fuisset. Sic Virg. Aen. 12, 849. conf. supra 18, 1, 6. ³ locum) honoris & amicitiae. ⁴ his) scil. annis, & quidem novissimo tempore. v. c. 1, 6; & Freinsh. not. ad Curt. 7, 1, 40. ⁵ post mortem) elegans est interpositio inter praepositionem & nomen. ⁶ periurio) perfidia militum veteranorum, a quibus deditus est Antigono. vid. c. 10, 2. ⁷ opinio) existimatio, iudicium. ⁸ vivo) i. e. vivente, vel vivo existente. Iustinus 15, 2, 13. verecundiae tribuit erga filios Alexandri M. quod tam diu eius duces regiae maiestatis ornamentis abstinerint.

appel-

3 appellatus est, sed praefectus. Idem, post huius
 9 occasum statim ¹⁰ regium ornatum nomenque
 sumserunt: neque, quod initio praedixerunt, se
Alexandri liberis regnum servare, id praestare
 voluerunt: & ¹¹ uno propugnatore sublato, quid
 sentirent, aperuerunt. ¹² Huius sceleris principes
 fuerunt Antigonus, Ptolemaeus, Seleucus, Lysimachus,
 4 Cassander. Antigonus autem Eumenem
 mortuum propinquis eius ¹³ sepeliendum tradi-
 dit. hi militari honesto funere, comitante toto
 exercitu, ¹⁴ humaverunt: ossaque eius in ¹⁵ Cap-

9 occasum) obitum, interitum. Proprie sol dicitur
 occidere. ^{10 regium ornatum}) Ornatus est diadema;
 purpura, & si quid aliud: maxime tamen diadema:
 quod cum adscripto nomine ΒΑΣΙΛΕΩΣ in num-
 mis Seleuci, Ptolemaei, Lysimachi & aliorum in an-
 tiquitatibus thesauris licet conspiciere. C. <sup>11 uno pro-
 pugnatore sublato</sup>) Eumene, qui unice pugnabat, ut
 Alexandri liberis regnum integrum servaretur. C.
^{12 huius sceleris}) perfidiae, periurii, parricidii. Etiam si
 enim solus Cassander matrem, uxores & filios Alexan-
 dri iugulavit: ceteros tamen eodem animo fuisse, ipsi
 perfidia & periurio testati sunt, dum domini sui here-
 ditibus praecipuerant, quod vel sanguine suo iisdem
 conservare iuraverant. C. ^{13 sepeliendum tradidit})
 Combustionis morem in Graecis, de quo Alcibiade
 c. 10, 6. diximus, heic notat disertus Plutarchus,
 Antigonus, inquit, corpus amici tradens, ἐπέτεψε καὶ
 ταῖς καὶ τὰ λείψανα συνθέντας εἰς ἀργυρῶν ὑδρίας
 κομίζεῖν ἀπέδοθ' ἡσόμενα τῇ γυναικὶ καὶ τοῖς παισίν. C.
^{14 humaverunt}) humare hic non secus ac praecedens
 verbum sepelire significat cremare vel in cineres redigere,
 ut sic cineres & ossa ex busto in urna asservata sub
 terra condi queant, vel asservari. Consequens poni-
 tur pro antecedente. ^{15 Cappadociam}) regionem Asiae
 pado-

adociam ad matrem atque uxorem liberosque
us ¹⁶ deportanda curarunt.

XIX.

PHOCION.

ARGUMENTVM.

1. Phocion cognomine Bonus, vitae integritate, quam imperiiis, clarior: repudiat munera a rege Philippo. 2. Felix ad LXXX fere annum, senex in invidiam incurrit cum tradendae Antipatro urbis, tum deserti Demosthenis, tum proditi Piraei. 3. Factione populi invalescente exsilio multatur: accusatur proditoris, reducitur ad causam dicendam: 4. nec tamen facultas dicendi datur, sed damnatus ad supplicium auctur, constans & aliorum se exemplo confirmans: sepelitur a servis.

Phocion Atheniensis etsi saepe exercitibus prae- I.
fuit, summosque magistratus cepit, tamen
multo eius notior integritas est vitae, quam rei
militaris labor. Itaque ² huius ³ memoria est

minoris. v. Tab. III. 16 deportanda) de more mittendi ad propinquos cadavera v. Kirchm. de Fun. append. c. 4.

Cap. I. 1 saepe exercitibus praesuit) quinquies & quadragies, idque sine ambitione, quod nunquam in comitia venerat honorem petiturus. Plutarchus f. 745. Ομοθυμῆτα, ὅτι πέντε καὶ τεσσαράκοντα στρατηγίας ἔλαβεν, ἀδὲ ἅπαξ ἀρχαίρεσις παρατυχῶν. C. 2 huius) scil. rei militaris. Sic Cicero nunquam bellica gloria excelluit, etsi cum exercitu praesuit Ciliciae, & ut imperator res gessit in bello. 3 memoria est nulla) nulla vel po-
nulla,

nulla, ⁴ illius autem magna fama: ex quo, ⁵ co-
² gnomine *Bonus* est appellatus. Fuit enim ⁶ per-
 petuo pauper, cum divitissimus esse posset, pro-
 pter frequentes delatos honores ⁸ potestatesque
³ summas, quae ei a populo dabantur. Hic cum
 a Rege Philippo munera magnae pecuniae repu-
 diaret, legatique hortarentur accipere, simulque
 admonerent, si ipse ¹⁰ his facile careret, ¹¹ liberis

tius minor, respectu maximae ex probitate laudis: aut
 nulla temporibus Nepotis, quamquam olim magna, sal-
 tim aliqua fuerat. C. ⁴ illius) sc. integritatis. ⁵ cogno-
 mine *Bonus*) Boni cognomen Graece ο χρηστος Plutarch.
 f. 745. & Aeliano H. Var. 12, 43. Causa placidi & be-
 nigni mores. Valer. Max. 3, 8. ext. 2. *Placidi & mis-
 ricordes, & liberales, omnique suavitate temperati viros
 Phocionis: quos optime profecto consensus omnium BO-
 NITATIS cognomine decorandos censuit.* C. ⁶ perpe-
 tuo pauper) Aelianus H. Var. 2, 43. numerat in pau-
 peribus, qui fuerint optimi Graecorum; Patre etiam
 paupere natus & obscuro, quem quidam fuisse dicunt
Κοιλιόκοποιον, cochlearium artificem. Plut. f. 743. & Ae-
 lian. 12, 43. C. Suidas patrem eius Phocum vocat.
⁷ cum divitissimus esse posset) ita MSS. plerique libri,
 non *ditissimus*: etiam apud Cic. Off. 2, 17. pr. *Mamer-
 co, homini divitissimo.* C. conf. Id. Cic. Divin. 1, 36.
Sic divitior apud eundem & alios. ⁸ potestates) mag-
 stratus & imperia. ⁹ rege Philippo) Alexander M.
 Asia misit Phocioni centum talenta, quae cum recu-
 sasset accipere, optionem dedit, ex quatuor civitati-
 bus Asiae eligendi unam, quod is pariter repudiavit.
Plut. f. 749 sq. De Philippo Amyntae nihil constat in
 hac causa. An Philippus Aristaeus intelligendus
 sit, frater Alexandri, iudicent alii. C. conf. Aelian.
 11, 9. ¹⁰ his facile careret) muneribus oblatis non indi-
 geret, in egestate voluntaria vitam traducturus. ¹¹ liberis

tamen

tamen suis prospiceret, quibus difficile esset in summa paupertate tantam paternam ¹² tueri gloriam: his ille, ¹³ *si mei similes erunt, idem hic*, inquit, ¹⁴ *agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit: sin dissimiles sunt futuri, nolo meis* ¹⁵ *impensis illorum ali augerique* ¹⁶ *luxuriam.*

¹ Idem cum prope ad annum octogesimum prospera pervenisset fortuna, ² extremis temporibus magnum in odium pervenit suorum civium. Primo cum ³ Demade ⁴ de urbe tradenda Antipa-

prospiceret) Plutarchus f. 755. Menyllo praefecto Macedonico tribuit, quod de liberis profertur, cui Phocion responderit, eum non meliorem Alexandro esse, cuius munera ipse repudiasset. Rogante illo, ut liberis saltim suis acciperet, respondisse fertur, *Phoco*, (hoc nomen filio erat) *si resipuerit, sufficient paternae opes: ut vero nunc se gerit, nihil ei satis erit; fuit enim prodigus & luxuriosus, sive ut Plutarchus f. 750. ait, φιλοπότης καὶ ἄτακτος ὑπανίσκος. C. 12 tueri) conservare & propagare. 13 si mei similes erunt) si liberi patrissant, si meos sequuntur mores, vitaeque cultum & rationem frugalem. 14 agellus alet) parvum praedium, tenuis possessio alimenta & sumptus feret necessarios, das land-gütlein. Sic Petron. c. 48; Virg. ecl. 9, 3. 15 impensis) opibus s. pecuniis. 16 luxuriam) Mores filii notat, quos iam ex Plutarcho narravimus. C. Non vult ergo instrumenta suppeditari luxuriae. conf. Ter. Heaut. 1, 2, 33.*

Cap. II. 1 Idem) Ita legit Schoppius Verisim. in 4, 18. Sed Aldus & alii *Eidem*, ut prospera fortuna accipitur in nominativo. 2 extremis temporibus) sc. vitae vel aetatis. 3 Demade) Demades orator Atheniensis, aemulus Demosthenis, quem etiam extemporali facundia superasse fertur; Demosthenes illum lucubratione, Plut. Demosth. f. 850. hunc cum Phocione Antipatro, Macedoniae praefecto, studuisse, ex eo apud eundem Cornel. Nep. O tro

tro consenserat: eiusque consilio ⁵ Demosthenes cum ceteris, qui bene de republica mereri existimabantur, ⁶ populiscito, in exsilium erant expulsi. Neque in eo solum ⁷ offenderat, quod patriae ⁸ male consuluerat, sed etiam, quod amicitiae fidem

Plutarchum f. 755. non obscurum est, quod Antipater dixisse fertur, *duos sibi amicos Athenis esse, Phocionem atque Demadem.* Vtrique autem studium erga Macedonas male cessit. De Phocione notum est: de Demade Plutarchus c. 1. & extremo *Demosth.* refert, ultimo in Macedoniam legatum, supplicium capitis adiisse, quod reperta eius epistola fuerat, qua Perdiccam vel Antigonum ad invadendam Macedoniam instigaverat. C. 4 de urbe tradenda) Post pugnam ad Cranonem Thessaliae, qua Antipater Graecos vicerat, Phocion cum aliis constituendae pacis causa legatus, non aliter impetrare illam potuit, quam sub conditione, ut Athenienses praesidium Macedonicum in Munychiam acciperent, in quam conditionem consensit Phocion, *Plutarch. f. 753. C. 5 Demosthenes cum ceteris expulsi* Syllepsis casuum, pro *Demosthenes & ceteri.* Ita optimi saepe scriptores. Cic. Fam. epist. 14, 7. *me cum similibus nostri rempubl. defensuros.* Sallust. Jug. c. 101. *Bocchus cum peditibus invadunt.* Liv. 25, 60. *dux cum aliquot principibus capiuntur.* Adde infra 22, 1, 5. Hoc autem non est primum Demosthenis exsilium, cum propter causam Harpali (*Curt. 10, 2, 1.*) fugiens carcerem, Aeginam & Troezenam secessit, superstite Alexandro: sed alterum, cum post proelium ad Cranonem non potuit pax fieri cum Antipatro, nisi deditis Demosthene, Hyperide & paucis aliis, qui hoc praesentientes fugam capessiverunt, a populo idcirco damnati, & ab Antipatro, undique ad supplicium conquisiti. *Plutarch sub fin. Demosth. C. 6 populiscito*) ex plebis decreto. v. supra 3, 1, 5. *7 offenderat*) populi offensionem, indignationem & odium sibi conciliaverat. *8 male consul.*) adversus

non praestiterat. namque ⁹ auctus adiutusque a ³ Demosthene, eum, quem tenebat, ¹⁰ adscenderat gradum, cum adversus ¹¹ Charetem eum ¹² subornaret: ab ¹³ eodem in iudiciis, cum ¹⁴ capitis causam diceret, defensus, aliquoties liberatus discesserat. ¹⁵ hunc non solum in periculis non defendit, sed etiam ¹⁶ prodidit. ¹⁷ Conci- ⁴ dit autem maxime uno crimine: quia, cum apud eum ¹⁸ summum esset imperium populi, & ¹⁹ Ni-

commoda reip. steterat. ⁹ auctus &c.) Sed Plutarchus ait, Phocionem sua virtute & nullius ope adiutum pervenisse ad summum imperium. ¹⁰ ascenderat gradum) gradum summae militiae, *στρατηγίας*. C. Hoc omnino fatum fuit I. Caesaris, ut per eos, quos nimium auxerat, destrueretur. v. Vellei. 2, 56, 3. conf. Caes. B. G. 1. 20; Suet. Ner. c. 35; Spartian. Hadriano c. 9. • ¹¹ Charetem) de quo in Chabria c. 3. & Timotheo c. 3. dictum est. C. ¹² subornaret) occulte instrueret. ¹³ eodem) Demosthene. ¹⁴ capitis causam diceret) capitali crimine se purgare vellet. ¹⁵ hunc) Demosthenem suum defensorem. ¹⁶ prodidit) Haec & praecedentia ad cognomen *boni* & ad laudatam supra integritatem minime quadrant. Attamen non tam prodidit, quam paruit necessitati. Post pugnam ad Cranonem missus Phocion in castra ad Antipatrum, ut de pace transigaret, quam ille ex victoris arbitrio, ut necesse erat, accepit, sub conditione dedendi Demosthenis cum paucis aliis, & praesidii in Munychiam recipiendi. Demosthenes autem diffidens suis rebus sibi fuga consuluit. Plutarch. Phoc. p. 753 C. ¹⁷ Conci- dit uno crimine) unicum delictum ei fuit exitiale. ¹⁸ summum esset imperium) *δομιάρχων* praetor: foris *στρατηγός*, dux supremus militiae. C. ¹⁹ Nic. Cassandri) Antipater, cum praesidium imposuisset Munychiae, brevi post moritur, Polysperchonta summum ducem constituens, filium Cassandrum chiliarchum. Cassander imperium occupaturus, Nicanorem

canorem Cassandri praefectum insidiari ²⁰ Piraeo Atheniensium a Dercyllo moneretur: ²¹ idemque postularet, ut ²² provideret, ne *commeatibus* ²³ civitas privaretur, hic, audiente populo, Phocion negavit esse periculum, ²⁴ seque eius rei *obsidem* fore pollicitus est. neque ita multo post ²⁵ Nicanor Piraeo est potitus. ad quem recuperandum cum populus armatus concurrisset, ille non modo neminem ad arma vocavit, sed ne ²⁶ armatis quidem praesse voluit. ²⁷ sine quo Athenae omnino esse non possunt.

Menyllo, praefecto praesidii in Munychia, successorem mittit, antequam mors patris in vulgum exierat. Monitus de hac re Phocion a Dercyllo, Atticae extra urbem praefecto, amicitiae Nicanoris, quam commodis patriae plus dedisse dicitur. *Plutarch. f. 755. C. 20 Piraeo*) portui Athenarum munitissimo, ex quo mare apertum servari poterat. ²¹ idemque) sc. Dercyllus. ²² provideret) caveret Phocion. ²³ civitas privaretur) Si nimirum portus in Macedonum perveniret potestatem, & sic subvehendi facultas deficeret. ²⁴ se eius rei *obsidem* fore) se esse fidei promissorem, eam rem, quam metuerent non futuram. ²⁵ Nicanor Piraeo pot.) Ex Munychia, quod castrum imminet Piraeo, portus oppugnari facile, & capi etiam potuit, ut supra *Thrasymb. c. 2. de situ Munychiae* diximus. *Plutarchus Phoc. f. 756. πρό-
άγων ὁ Νικάνωρ ἐν τῆς Μυνηχίας τὰ ὄπλα, τοῖς
Πειραιᾶ περιτάφρευσε. C. 26 armatis)* imo cum ducere Athenienses vellet, eum sibilis & strepitu exceperunt, ut *Plutarchus* narrat. ²⁷ sine quo) sc. portu Piraeo. *C. conf. supra 2, 6, 1.* Verba haec postrema traieci videntur: ideoque *Courtinus* post recuperandum inseruit. Rectius praecedentem paragraphum integrum postponas aut parenthesi includendum existimes.

Erant eo tempore Athenis duae ¹ factiones: III. quarum una populi ² causam agebat, altera optimatum. ³ In hac erat Phocion & ⁴ Demetrius Phalereus, harum utraque Macedonum patrociniis nitebatur. nam ⁵ populares ⁶ Polysperchonti favebant: optimates cum ⁷ Cassandro sentiebant. Interim a Polysperchonte ⁸ Cassander Macedonia pulsus est. quo facto ⁹ populus superior factus, statim duces adversariae factionis capitis damnatos patria pepulit: ¹⁰ in his Phocionem & Demetrium Phalereum: deque ea re legatos ad Polysperchontem misit, qui ab eo peterent, ut ¹¹ sua decreta confirmaret. Huc eodem ¹² profectus est Phocion. quo ut venit, causam apud ¹³ Philippum regem verbo, re ¹⁴ ipsa quidem apud Polysperchontem iussus est dicere. namque

Cap. III. ¹ factiones) coetus conspirantium. ² causam agebat) partes tuebatur; eratque adeo f. ctio democratica, uti altera aristocratica ³ hac) factione optimatum. ⁴ Demetrius Phalereus) De hoc diximus ad Miltiad. 2. 6. C. 5. populares) qui populo studebant, & opponuntur optimatibus, qui optimatum partibus aderant. ⁶ Polysperchonti) Hic quoque ex claris ducibus Alexandri erat, Curt. 3, 5, 22. amicus Antipatro adeo, ut moriens non filium Cassandrum, sed hunc militiae supremum ducem crearet. Plutarch. p. 755. C. ⁷ sentiebant) alterius factionis erant. ⁸ pop. superior factus) popularis factio praevalescens. ⁹ in his &c.) Plutarchus annumerat Callimedonta & Periclem potentiae populi tum adversatos. ¹⁰ sua decreta conf.) sententiam in exules latam ratam haberet. ¹¹ Philippum) Philippum Aridaeum, fratrem Alexandri Magni, C. 12 re ipsa &c.) erat enim rex Aridaeus

4 is tum regis rebus praeerat. Hic cum ab ¹³ Agnonide accusatus esset, quod Piraeum Nicanori prodidisset: ex ¹⁴ consilii sententia in custodiam coniectus, ¹⁵ Athenas deductus est, ut ibi de eo ¹⁶ legibus fieret iudicium.

IV. Huc ibi perventum est, cum propter aetatem pedibus iam non valeret, ² vehiculoque portaretur, magni ³ concursus sunt facti: cum alii reminiscentes veteris famae, ⁴ aetatis misererentur; plurimi vero ⁵ ira exacererentur, propter prodi-

mentis impos, obnoxius uxori Eurydicae, & Antipatro ante, nunc Polysperchonti. C. *Res ipsa opponitur verbo, ubi aliud simulatum, aliud verum fuit.* ¹³ Agnonide) rhetore Atheniensi, misso, ut Phocionem apud regem accusaret. *Plutarch. p. 7, 7. C.* ¹⁴ consilii sententia) ex sententia ducum & consiliariorum, qui circa regem erant. Ita bonae notae codices: alii *ex consimili sententia*, quos Courtinus sequitur, quia iam prius lata fuerat sententia Athenis: cui haec iudicii regii *consimilis* dicitur. C. ¹⁵ Athenas deductus est) postulantis ita Atheniensium legatis, Agnonide maxime. *Plutarch. c. l.* Nec solum Phocionem, sed etiam τὸς πρὸς τὸν Φωκίωνα vinctos Polysperchon Athenas misit, *Diodor. 18, 66. C.* ¹⁶ legibus &c.) secundum leges civitatis iudicaretur, & vel absolvendus vel damnandus esset, si prius coram magistratu causam capitis dixisset.

Cap. IV. ¹ iam non valeret) infirmus, male affectus ac debilis esset, & incedere non posset. ² vehiculo portaretur) ita solebant quondam damnati non quidem aetatis, sed & ignominiae causa gestari, ut ab omnibus conspici possent. *Ammian. 29, 2.* Ad supplicia sellis gestatoriis ducebantur. ³ concursus) sc. populi. Sic supra 14, 3. 3; *Vellei. 2, 103, 4.* ⁴ aetatis misererentur) senectutis miseria afficerentur. Ita sunt affectus vulgi diversi. v. supra 18, 11, 2; & *Tac. A. 12, 47, 5.* ⁵ ira exacererentur) valde irascerentur

tionis suspicionem Piraei, maximeque, quod
 6 adversus populi commoda in senectute steterat.
 Qua de re ne 7 perorandi quidem ei data est fa- 3
 cultas, & dicendi causam. Inde iudicio, 8 legiti-
 mis quibusdam confectis, damnatus; 9 traditus
 est undecim viris, quibus ad supplicium, 10 mo-
 re Atheniensium publice damnati tradi solent

6 adversus populi commoda steterat) populi potentiae non
 amicus & optimatum favor fuerat, ut Alcibiades 7, 5, 3.
 7 perorandi) bis apologiam orsus est, bis reclamante po-
 pulo turbatus & impeditus, Diod. c. l. C. 8 legitimis qui-
 busd. confectis) qui cum Boeclero virili genere accipi-
 unt, iis legitimi sunt iudices, qui confecti, id est, delegati
 & extra ordinem constituti dicantur. Ceteris legitima
 neutro genere sunt res in iudicio fieri solitae, quibus
 non omnibus, sed quibusdam tantum confectis, hoc est,
 peracta accusatione, nulla defendendi facultate data,
 Phocion damnatus est. Haec interpretatio probabilior
 est. Nam etiam Ciceroni legitima res solennes sunt,
 quae in publicis actibus intermitteri non possunt. Philipp.
 1, 10. Cedo, inquit, illa legitima, quae consules populum iure
 rogaverunt, C. 9 traditus est undecim viris) οἱ ἑνδεκά
 dicebantur. Demosthenes contra Timocratem f. 786.
 ex legibus antiquis de furto: ἡδίκηκότα τὴν παράδοσιν
 αὐτῆ τὴν τοῖς ἑνδεκά --- τίς τῶν ἑνδεκά παραλήψεται
 & f. 790. ἀπαγαγὴν πρὸς τὸς ἑνδεκά εἶναι. & mox de
 nocturno fure, τῆτον ἐξεῖναι καὶ ἀποκτεῖναι, καὶ τρεῖσιν
 διάκοντα καὶ ἀπαγαγεῖν τοῖς ἑνδεκά, ἐν βέλαιτο. Scho-
 lion verum Demosthenis Androtionanam f. 144I. cu-
 stodes carceris interpretatur his verbis διορίσας ἀρχοντας
 ἐκάλεν τὴν ἀρχὴν τῶν δεσμοφυλάκων, αὐτὴ δὲ ἦν τὸν
 ἀρχόντων ἰά ἀνδρῶν, speciatim archontas vocabant magistra-
 tum praefectorum carceris, qui sunt XI. numero. C. 10 mo-
 re Atheniensium) v. Sigon. de Rep. Athen. 4, 3; & Emmii

3 Hic cum ¹¹ ad mortem duceretur, obvius ei fuit ¹² Emphyletus, quo familiariter fuerat usus. Is cum lacrymans dixisset: *o quam indigna perperis Phocion!* huic ille, at ¹³ non inopinata, inquit; hunc enim exitum ¹⁴ plerique clari viri habuerunt Athenienses. In hoc tantum fuit odium multitudinis, ut nemo ausus sit eum liber ¹⁵ sepelire. itaque a servis sepultus est.

Graec. T. 3. p. 50 sq. ¹¹ ad mortem) in carcerem ad supplicium, cicutae haustu subeundum. Diodor. 18, 67. de hoc & sociis εἰς τὸ δεσμοτήριον ἦγον τὸ ἐπὶ θανάτῳ -- διὰ τῆς τῆ κανεῖς πόσεως κατὰ τὸ πατριον ἔθος, τὸν βίον καταλύσαντες. C. 12 Emphyletus) ignotus adeo, ut audacter Lambinus coniecuraverit, nostrum hallucinando proprium nomen scripsisse pro communi εἰμφυλιός τις tribulis aliquis. Nolim ita de diligentissimo scriptore iudicare. C. Quidam Evippum vocant ex Plut. alii Thudippum ex Aelian. 13, 41. alii denique Aristidem ex Senec. ad Helv. c. 13. 13 non inopinata) scil. perperior, i. e. nihil iam mihi accidit praeter opinionem. 14 plerique clari viri) pauciores forsan: qui cicutam in carcere necati, ut Socrates: plures autem, qui quanquam optime meriti, proditoris accusati vel carcere ac multa pecuniaria, vel exilio furorem populi exsatiarunt, ut Miltiades & Themistocles. C. 15 sepelire) quia lex negabat sepulturam damnatis proditoris crimine, ut supra Themistocle extremo notavimus. Diodor. 18, 67. Phocionem & ceteros cum illo damnatos (quos Plutarchus nominat) citra sepulturam extra finem Atticae proiectos esse tradit. ἐρρίθησαν ἄταφον τὸ τῶν τῆς Ἀττικῆς ὄρων. Ultra Eleusinen corpus in pillone portatum crematumque esse, Plutarchus auctor est, qui addit, brevi post poenitentia ductos Athenienses ossa reducta publice extulisse, & ex aere statuam Phocioni ponentes, Agnonidem, causam damnationis, interfecisse.



XX.

TIMOLEON.

ARGUMENTVM.

1. Timoleon & patriam & Siciliam tyrannide liberavit; Nam fratrem sustulit, tyrannum Corinthiorum, licet multi cum matre factum improbarent. 2. Missus auxilio Siceliotis, Dionysium depulsum insula, Corinthum misit, Hicetam vicit, Poenos ad Crimissum fudit, & Mamercum cepit: 3. urbes novis colonis instaurat, & insulae pristina pace restituta, castellisque eversis, imperium deponit, honore tamen & gratia idem manens 4. Senex oculis captus vehiculo in concionem ferebatur, in deos pius, Fortunae sacellum constituit. 5. Accusantium procacitate laetatur, ut argumento libertatis restitutae: mortuus sepelitur magnifice.

Timoleon Corinthius, sine dubio magnus I. ¹ omnium iudicio hic vir exstitit. namque huic uni contigit, quod nescio ² an ulli, ut & patriam, in qua erat natus, oppressam ³ a tyranno liberaret; & a ⁴ Syracusis, quibus auxilio erat missus, ⁵ inveteratam servitutem depelleret: totamque Siciliam multos annos ⁶ bello vexatam, a ⁷ barbarisque oppressam, suo adventu in ⁸ pristi-

Cap. I. ¹ omnium iudicio) Omnibus consentientibus. ² an ulli) scil. praeterea contigerit. Sic 8, 1, 1. ³ a tyranno) fratre Timophane. v. mox num. 13. C. ⁴ Syracusis) urbe nobili Siciliae. ⁵ inveteratam) a tyrannis diutissime usurpatam. ⁶ bello vexatam) tum ab externo bello Carthaginiensium; tum intestino tyrannorum. Justin. 19, 1; 20, 5. Diodor. 15, 73; 16, 66. C. ⁷ barbaris) Carthaginiensibus, qui partem insulae tenebant, quos Romani tandem eiecerunt. C. ⁸ pristinum) scil. num

2 num restitueret. Sed 9 in his rebus 10 non simplici fortuna conflictatus est, & 11 id quod difficilius putatur, 12 multo sapientius tulit secundam, 3 quam adversam fortunam. Nam cum frater eius Timophanes, 13 dux a Corinthiis delectus, tyrannidem per 14 milites mercenarios occupasset, 15 particepsque regni posset esse: tantum 16 absuit 17 a societate sceleris, ut antetulerit suorum civium libertatem fratris salutem: & patriae legibus obtemperare 18 satius duxerit, quam imperare patriae. Hac mente per 19 haruspicem, communem

statum liberum, quem olim habuit. 9 in his rebus) i. e. interea, dum has res gessit. 10 non simplici fortuna) non unam eandemque fortunam habuit, sed variam, bonam & adversam. 11 id quod) eleganter pro simplici quod. Sic & 21, 2, 2. 12 multo sapientius &c.) Accidit plerisque mortalibus, ut inconsideratius in secunda, quam adversa sint fortuna, supra Conone c. 5, 1. In eandem sententiam Diodorus 17, 38. τὸς πλείους ὁρᾷ ἐπὶ τὴν εὐτυχίαν ὡσπερ τι βαρὺ φορτίον φέρει ἀδυνατῶντας C. 13 dux delectus) bello adversus Argivos & Cleonaeos. Plutarch. f. 237. C. 14 milites mercenarios) quadringentos numero, quos civitas Corinthiorum alebat, Plut. c. 1. C. 15 particeps regni) socius tyrannidis, sc. Timoleon simul cum fratre natu maiore esse potuisset. 16 absuit) ita saepe noster. Lambinus in Conone. c. 1, 2. & Horat. Sat. 1, 4. v. 101. contendit solum absuit latinum esse, non absuit. Sed etsi non malum absuit, nec tamen minus bonum absuit, quod aequae MSS. libri exhibent, quod semel memorasse sufficiat. Vide Cicer. Ep. Fam. 2, 1; et 4, 3. & adde Torrent. ad Horat. c. 1. C. 17 a societate sceleris) a participatione eiusdem tyrannidis. 18 satius duxerit) melius esse statuerit. Aliqui hic legunt sanctius. 19 per haruspicem) μάντιν Plutarchus, Sa- que

que affinem, cui soror ²⁰ ex eisdem parentibus nata, nupta erat, fratrem tyrannum interficiendum curavit. Ipse non modo manu non attulit, sed ²¹ ne adspicere quidem fraternum sanguinem voluit. nam ²² dum res conficeretur, procul in ²³ praesidio fuit, ne quis fatelles posset succurrere. Hoc ²⁴ praeclarissimum eius factum ²⁵ non 5 pari modo probatum est omnibus. nonnulli enim laesam ab eo ²⁶ pietatem putabant, & invidia laudem virtutis ²⁷ obterebant. Mater vero post id factum, neque domum ad se filium admisit, neque adspexit, quin eum fratricidam impiumque ²⁸ detestans compellaret. Qui- 6

tyrum vel Orthagoram nomine: cui Aeschylus adiunctus erat, frater uxoris Timophanis. ²⁰ ex eisdem parentibus nata) i. e. germana. conf. 5, 1, 2. ²¹ ne adspicere &c.) ne plus se quam patriam vindicasse videretur, si sua manu caedem committere, aut supplicio oculos pascere voluisset. ²² dum res conficeretur) dum caedes perageretur. C. ²³ praesidio fuit) procul stans cavit & custodivit, ne quis percussores impediret. Plutarchus ait, recessisse paullo, & obvoluto capite stetisse lacrymantem. C. ²⁴ praeclarissimum factum) Ex lege Rhadamanti pluribus Graecorum tyranni interfectio iusta putabatur. v. Grot. I. B. & P. 1, 4, 17. Sed tolerantiae scutum, non gladium subditis sumendum saniores suadent. v. Lips. Pol. 6, 5, 30 sqq. ²⁵ non pari modo &c.) Sic occisus Caesar aliis pessimum, aliis pulcherrimum facinus visum, Tac. A. 1, 3, 7. ²⁶ pietatem) affectum in necessitudines, ut de Regib. c. 1, 4. & Attico 5, 1. &c. 17, 1. C. qui laeserat, mox impius dicitur. ²⁷ obterebant) minuebant, supprimebant. Sic Curt. 8, 1, 23. & 31. ²⁸ detestans compellaret) i. e. detestaretur.

bus rebus ille adeo est commotus, ut nonnunquam ²⁹ vitae finem facere voluerit, atque ex ingratorum hominum conspectu morte decedere.

II. Interim ¹ Dione Syracusis interfecto, ² Dionysius rursus Syracusarum potitus est; cuius adversarii opem a Corinthiis petierunt, ducemque, quo in bello uterentur, postularunt. ³ Huc Timoleon missus, incredibili felicitate Dionysium tota ² Sicilia depulit. cum interficere posset, ⁴ noluit; tutoque ut ⁵ Corinthum perveniret, effecit; quod ⁶ utrorumque Dionysiorum opibus Corinthii saepe adiuti fuerant cuius benignitatis memoriam volebat ⁷ exstare, *eamque praeclaram victoriam ducebat, in qua ⁸ plus esset clementiae, quam cru-*

²⁹ vitae finem facere) inedia se extinguere voluisse ait Plutarchus p. 233. ἀπὸ χρεῶν τεθροῦν. C. Id vero magnanimitati eius non conveniebat.

Cap. II. ¹ Dione interfecto) fraude & simulata Callicratis amicitia. v. 10, 8. & 9. ² Dionysius rursus Syracusarum) decimo exsilii anno militem externum conscripsit, & Nisaeum, qui tum Syracusas tenebat, eiecit. Plutarch. init. Timol. C. ³ Huc) eo, nempe Syracusas. ⁴ noluit) Hunc Tyrannum vita concessa eo gravius visus est ulcisci, quia eum ad maiorem calamitatis sensum reservavit. ⁵ Corinthum perveniret) propter inopiam ibi pueros docuit litteras. Unde adagium est *Dionysius Corinthi*, quo Lacones regi Philippo respondebant apud Plutarchum de Garrulitate. Cic. Ep. Fam. 9, 18. *Dionysius tyrannus. cum Syracusis expulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperuisse* C. conf. Val. Max. 6, 9. ext. 6. ⁶ utrorumque Dion.) pro utriusque *Dionysii*, prioris nempe & junioris. ⁷ exstare) manere, servari. ⁸ plus clementiae) de conservandis victis vid. Off. 1, 11; Sen. de Clementia 1, 21. Tac. A. 12, 19, 31

delita-

delitatis: postremo, ut non solum ⁹ auribus acciperetur, sed etiam oculis cerneretur, quem & ex quanto regno ¹⁰ ad quam fortunam detrussisset. Post Dionysii ¹¹ decessum cum ¹² Hiceta bellavit, ³ qui adversarius fuerat Dionysio; quem non odio tyrannidis dissensisse, sed ¹³ cupiditate, ¹⁴ indicio fuit, quod ipse expulso Dionysio ¹⁵ imperium dimittere noluit. Hoc superato Timoleon ¹⁶ maximas copias Carthaginensium apud ¹⁷ Crinissum flumen fugavit, ac ¹⁸ satis habere coëgit, si liceret Africam obtinere, qui iam complures an-

& c. 37, 3; Lips. Pol. 5. 20, 24 sqq. ⁹ auribus accipere-
tur) per auditum vulgaretur. Sic Cic. Phil. 8, 10; Tac.
H. 1, 1, 4. ¹⁰ ad quam fortunam detrussisset) in quem hu-
mitem statum deiecit, *wie er ihn herab gestürzt.* ¹¹ de-
cessum) non ex vita, sed ex regno. C. ¹² Hiceta) Leon-
tinorum dynasta, *Plutarch. init. Timol. & Diodor 16, 69.*
Graece *Ἰκέτας*: C. ¹³ cupiditate) sc. regnandi, vel ipsam
tyrannidem ad se transferendi. ¹⁴ indicio fuit) inde
iudicari potuit. ¹⁵ imperium dimittere noluit) a domi-
natione discedere recusavit. ¹⁶ maximas copias Cartha-
ginensium) 70 millia. *Plutarch. p. 248.* sive sexies nu-
merosiorum exercitum, quam ipse habebat. *Diodor.*
16, 70. C. ¹⁷ Crinissum) Varie scribitur. *Plutarchus f.*
248. ἦγεν πρὸς τὸν Κριμισσὸν ποταμὸν: Diodorus 19, 2.
ἐπὶ τῷ Κριμισσῷ; Lycophron v. 691. Κριμισσὸς quam
scripturam etiam *Holstenius* probat ad *Steph. Byz.*
p. 174. Dionysius Halicarnass. lib. 1. f. 41. Κριμισσὸς
ἐν γῆ Σικανῶν, quod verum nomen, laudat *Cluverius*
Sicil. Antiq. 2, 2. ubi etiam de situ eius disputatur.
Videtur idem flumen, quod *Virgilio Aen. 5. v. 38.*
Crinissum dicitur: *Fazello de Reb. Sicul. pag. 140.*
Crinissum. C. ¹⁸ satis habere coëgit) eo adigit ipsos,
ut crederent, sufficere.

nos ¹⁹ possessionem Siciliae tenebant. Cepit etiam
²⁰ Mamercum, Italicum ducem; hominem belli-
 cosum & potentem, qui ²¹ tyrannos adiutum in
 Siciliam venerat.

III. Quibus rebus ¹ confectis cum propter diuturni-
 tatem belli non solum regiones, sed etiam ² ur-
 bes desertas videret, conquistavit, quos potuit,
 primum Siculos: deinde ³ Corintho arcessivit co-
 lonos, quod ⁴ ab his initio Syracusae erant condi-
 tae. Civibus veteribus ⁵ sua restituit, novis ⁶ va-
 cuae factas possessiones divisit, urbium moenia dis-
 iecta, fanaque (⁷ deleta) refecit, civitatibus ⁸ le-

¹⁹ possessionem Siciliae tenebant) Siciliam possidebant iure belli & dominii. ²⁰ Mamercum Italicum ducem) Cataniae tyrannum, *Plutarch. p. 250.* forsitan genere Italum. Nam Lucanos contra Syracusanos & Timoleonta concitavit, sed antequam res perficeretur, a suis desertus se Timoleonti dedit, & supplicio ab Syracusanis affectus est, *ibidem p. 252. C.* ²¹ tyrannos adiutum) ut tyrannis assisteret.

Cap. III. ¹ confectis) gestis, peractis. ² urbes desertas) Tanta solitudo erat, ut in foro Syracusano equi pascerentur, & circa moenia venationes essent: cetera oppida, praeter pauca cervis & apris latibula praeberent. *Plutarch. p. 247. C.* ³ Corintho arcessivit colonos) quod exules undique revocati non sufficerent tot vacuis possessionibus. *Plutarch. p. 247. C.* ⁴ ab his) colonis Corintho olim deductis. ⁵ sua) bello amissa. De tali restitutione v. *Grot. l. B. & P. 3, 9. & 10.* ⁶ vacuae factas) vastatas & a possessoribus relictas. ⁷ deleta) Vox deleta a Lambino est: libri plerique *deserta*, quod dure cum *refici* componitur. *Deserta* enim celebrantur, frequentantur, non reficiuntur. *Plin. Epist. 10, 97. extr. prope iam desolata (eadem quae deserta)*

ges libertatemque reddidit: ⁹ ex maximo bello tantum ¹⁰ otium toti insulae conciliavit, ut hic ¹¹ conditor urbium earum, non illi, qui initio ¹² deduxerant, videretur. Arcem Syracusis, quam ³ munierat Dionysius ¹³ ad urbem obsidendam, a fundamentis disiecit: cetera ¹⁴ tyrannidis propugnacula demolitus est, deditque operam, ut quam minime multa vestigia servitutis manerent.

templa coepisse celebrari. Schotti liber neutrum epitheton habet, nec male, Gebhardi iudicio atque Bosii. C. Savano tamen ex MSS. deserta tuetur, quia & 18, 8, 5. *deserta loca dicuntur.* 8 *leges libertatemq.*) haec duo coniunguntur, quia ademptis legibus libertas tollitur, relictis vel redditis illis, servatur. 9 *ex maximo bello*) i. e. rebus post bellum compositis. 10 *otium*) quietem, pacem. Sic Caes. B. C. 1, 5; 2, 36; Val. Max. 1, 7. ext. 6; Tac. A. 15, 6, 2; Iustin. 6, 9, 6. &c. conf. infra 22, 2, 5. 11 *conditor urbium*) quia summa industria restauraverat illas. 12 *deduxerant*) subaudi colonias. Hoc enim proprium verbum est, quibus colonias mitti & constitui significamus. Cic. Phil. 2, 40. *Deduxisti coloniam Casilinum* quo Caesar ante deduxerat. *Consulvisti me per litteras, possesne, ubi colonia esset, eo coloniam novam iure deducere; negavi in eam coloniam, quae esset auspicato deducta,* Sc. C. 13 *ad urbem obsidendam*) quae urbem premat & contumacem regibus populum suis habeat sub ictu, Sen. Thyest. v. 639. 14 *tyrannidis propugnacula*) non Syracusis modo, sed diversis locis per insulam. Diodorus 16, 71. τὰς μὲν κατὰ τῆς νήσου ἀκροπόλεις καὶ τυραννεία κατέσκαψε. C. Eiusmodi instrumenta coercendi subditos dicuntur *frena imposita cervicibus*, Curt. 7, 7, 1; *claustra perdomitorum*, ibid. c. 6, 13; *compedes oppressorum*, Liv. 32, 37; *sedes servitutis*. Tac. Agr. 16, 1.

Cum

4 Cum tantis esset ¹⁵ opibus, ut etiam ¹⁶ invitis imperare posset: tantum autem haberet ¹⁷ amorem omnium Siculorum, ut nullo recusante regnum obtineret: ¹⁸ *maluit se diligi, quam metui.* Itaque ¹⁹ cum primum potuit, imperium deposuit, & ²⁰ privatus Syracusis, quod reliquum vitae
5 fuit, vixit. neque vero id imperite fecit, nam quod ceteri reges imperio ²¹ potuerunt, hic benevolentia tenuit. Nullus honos huic defuit: neque postea Syracusis ²² res ulla gesta est publica, de qua prius sit decretum, quam Timo-
6 leontis sententia cognita. Nullius unquam consilium non modo antelatum, sed ne comparatum quidem est. neque id magis ²³ benevolentia factum est, quam ²⁴ prudentia.

IV. Hic cum ¹ aetate iam provectus esset, sine ullo morbo ² lumina oculorum amisit. quam ³ ca-

¹⁵ opibus) potentia praeditus. ¹⁶ invitis) Syracusanis nolentibus. ¹⁷ amorem) benevolentiam apud omnes. ¹⁸ maluit se diligi &c.) Praeclare & sapienter. nam, quod Cicero dicit, Off. 2, 7. *Omnium rerum nec aptius est quidquam ad opes tuendas, quam diligi, nec alienius, quam timeri.* C. conf. supra 10, 9, 5. ¹⁹ cum primum) *so bald als.* ²⁰ privatus) publico sine munere. ²¹ potuerunt) tenere vel obtinere vi ac potestate. ²² res ulla &c.) Si nulla res maior sine Themistocle gerebatur, 2, 1, 3. ²³ benevolentia) qua eius consiliis favebant Siculi. ²⁴ prudentia) qua Siculis consulebat Timoleon.

Cap. IV. ¹ aetate provectus) senex. ² lumina oculorum) Poetis saepe lumen est oculus: mollior dictio, si vocabulum oculorum accedit. Eadem coniunxit Lucretius 4, 823. *Lumine ne facias oculorum clara creata*
lami

calamitatem ita moderate tulit, ut neque eum querentem quisquam audierit, neque eo minus privatis publicisque ⁴ rebus interfuerit. veniebat autem in ⁵ theatrum, cum ibi concilium populi haberetur, propter ⁶ valetudinem vectus ⁷ iumentis iunctis, atque ita de vehiculo, ⁸ quae videbantur, dicebat: neque hoc illi quisquam tribuebat superbiae. ⁹ nihil enim unquam, neque insolens, neque gloriosum, ¹⁰ ex ore eius exiit: qui quidem, cum suas laudes audiret praedicari, nunquam aliud dixit, quam se in ea re maximas diis gratias ¹¹ agere atque habere, quod cum Siciliam re-

Prospicere ut possimus. C. 3 calamitatem moderate tulit) caecitatem hanc suam aequo animo sustinuit. De aliis caecis vid. Cic. Tusc. 5, 38 sq. & Camer. Hor. Succ. cent. 1. c. 37. *rebus interfuerit)* Multum animo vidit, lumine captus erat, uti Appium Claudium describit Ovid. Fast. 6, 204 conf. Cic. de Senc. 6. & II. 5 *theatrum)* pro curiis apud Graecos erant theatra consultantium. v. Tac. H. 2, 80, 4. cum not. Lipsii, & Bernegg. ad Iustin, 22, 2, 10. *6 valetudinem)* haec vox h. l. corporis infirmitatem notat. Sic de morbo oculorum 23, 4, 3. *7 iumentis iunctis)* binis equis, bigis. De Phocione v. 19, 4. i. Appius Claudius ap. Romanos lectica in senatum ferebatur. *8 quae videbantur)* scil. ei utilia, i. e. quae placebant. *9 nihil neque insolens &c.)* Graecorum more neque multiplicatur pro nihil vel insolens &c. *10 ex ore eius exiit)* Sacris locutionibus persimilis phrasis; nec tamen minus latina. Tullius de clar. Orat c. 76. *quomodo nihil non consideratum exhibat ex ore?* & in Vatin. c. 2. *non putas fas esse, verbum ex ore exire cuiusquam, quod non incundum & honorificum ad aures tuas accidat. C. 11 agere atque habere)* i. e. referre non modo dicto vel facto, sed & animo.

creare

creare constituissent, tum se potissimum ducem esse voluissent: nihil enim rerum humanarum sine deorum ¹² numine agi putabat. Itaque suae domi ¹³ sacellum *αὐτοματίας* constituerat, idque sanctissime colebat.

V. Ad hanc hominis excellentem bonitatem mirabiles accesserunt casus. Nam proelia maxima ¹ natali die suo fecit omnia: quo factum est, ut eius diem natalem, ² festum haberet universa Sicilia. Huic quidam ³ Lamestius, homo petulans & ingratus, ⁴ vadimonium cum vellet imponere,

¹² numine) nutu, cura, providentia, Huc refer sententiam Christi Ioh. 15, 5. ¹³ sacellum *αὐτοματίας*) Vox graeca *casum* quidem significat, a Fortuna alias distinctum apud Aristotelem Phys. 1, 6. Plutarchum de Fato f. 752. hoc autem loco *Fors Fortuna* est, sive eiusmodi dea, quae actiones hominum resque cunctas regat & moderetur. Huic enim Timoleon quidquid successuum habuit, imputavit. Plutarchus f. 253. *ἐπὶ τῆς οἰκίας ἰερόν ἰδρυσάμενος αὐτοματίας ἔδυσσε.*

Cap. V. ¹ natali die) Memorabilia de certorum dierum eventibus collegit Forstner. ad Tac. I. 1. Sic Carolus V. die Matthiae 10. Kal. Febr. quo natus erat, regnum Hispaniae obtinuit, Imperator proclamatus est, & ad Ticinum vicit & cepit Franciscum Galliae regem. ² festum haberet) solenni festivitate celebraret, quod tam felix esset & victoriis nobilitatus. v. Alex. ab Alex. 4, 20. ³ Lamestius) Laphystius Plutarcho f. 253. C. ⁴ vadimonium vellet imponere) cum vellet huic necessitatem imponere dandi vades, qui promitterent se illum certa die in iudicio stuturos: vel cum vellet eum cogere, ut datis vadibus promitteret, se certo die in iudicio adfuturum. Lambin. Adde infra Attic. c. 9. n. 4. C.

quod

quod cum illo se ⁵ lege agere diceret; & complures concurrissent, qui ⁶ procacitatem hominis manibus coercere conarentur: Timoleon oravit ³ omnes, ne id facerent, namque ⁷ id ut Lamestio ceterisque liceret, se *maximos labores summaque adiisse pericula*. Hanc enim ⁸ speciem libertatis esse, si omnibus, quod quisque vellet, legibus experiri liceret. Idem, cum quidam Lamestii similis, nomine Demaenetus, in concione populi, de rebus gestis eius ⁹ detrahere coepisset, ac ¹⁰ nonnulla inveheretur in Timoleonta: dixit, nunc demum se ¹¹ voti esse damnatum, namque haec a diis immortalibus semper precatum, ut talem libertatem restituerent Syracusanis, in qua ¹² cuivis liceret, de quo vellet, ¹³ impune dicere.

5 lege agere) ius suum experiri coram iudice & secundum dictamen legum eum tractare, nach den rechten verfahren. 6 procacitatem) proterviam, petulantiam, improbitatem. 7 id) in ius vocare duces. 8 speciem) specimen, documentum, signum. 9 detrahere) obtrectando imminuere laudem. Sic Cic. fam. 3, 5. & supra 12, 3, 3. 10 nonnulla inveheretur) probra iactaret, maledictis insurgeret. Sic supra 15, 6, 1. 11 voti esse damnatum) compotem factum. Virg. eclog. 5, 80. damnabit quoque votis. Liv. 7, 28. aedem Innoni Monetae vovit: cuius damnatus voti cum victor Romam revertisset. C. 12 cuivis liceret, &c.) Plutarch. p. 254. precatum a diis fuisse, ut possit Syracusanos videre τῆς παρρησίας καὶ τῆς γενόμενης. C. 13 impune) libere; Sine metu poenae. Rara temporum felicitas, ubi sentire, quae velis, & quae sentias, dicere licet. Tac. H. 1, 1, 6.

Hic

Hic cum diem supremum ¹⁴ obiisset, ¹⁵ publice a Syracusanis, ¹⁶ in gymnasio, quod Timoleon-teum appellatur, ¹⁷ tota celebrante Sicilia, sepultus est.

XXI.

DE REGIBVS.

ARGVMENTVM.

1. De ducibus Graecorum haecenus: reges non nomine, ut Spartani, sed potestate clariores fuere Cyrus, Darius, Xerxes, duo Artaxerxes: 2. Macedonici, Philippus & Alexander: Epirensis, Pyrrhus: Siculus, Dionysius: 3. ex Alexandri amicis Antigonus, Demetrius, Lysimachus, Seleucus, Ptolemaeus, civilibus bellis sibi mutuo infesti: de quibus, quod satis dictum est alibi, ad Carthaginienses duces properatur.

¹⁴ obiisset) Diodorus 16, 91. addit *σεατηγῆσας ἐπὶ ἄκτῳ*, octavo imperii anno, dubium relinquens, num solus praefecturae bellicae annos an etiam quietis & otii intelligat. C. ¹⁵ publice) sumtu ducentarum minarum, Plutarch. & Diodor. c. l. facto simul decreto, ut quotannis in honorem Timoleontis ludi equestres, gymnici & musici celebrarentur. C. ¹⁶ in gymnasio) in foro sepulcrum extruxerunt, quod porticibus postea cinctum, & palaestris inaedificatum fuit iuventutis exercendae causa, idque gymnasium *Timoleon-teum* appellatum est. Plutarch. extremo *Timol.* C. ¹⁷ tota celebrante Sicilia) Plutarchus c. l. *Tempus datum est & Syracusanis ad apparandum funus, & vicinis ac peregrinis ad conveniendum, τοῖς περιόικοις ξένοις εἰς τὸ συνέλθειν.* C.

Hi fere fuerunt ¹ Graeciae gentis duces, qui memoria digni videantur, praeter reges namque eos attingere nolimus, quod omnium res gestae ² separatim sunt relatae: neque tamen hi admodum sunt multi. Lacedaemonius autem ² Agesilaus, nomine non potestate fuit rex: sicut ceteri Spartani. Ex his vero, qui ⁴ dominatum imperio tenuerunt, excellentissimi fuerunt (ut nos iudicamus) Persarum ⁵ Cyrus, & ⁶ Darius, Hytaspis filius: quorum ⁷ uterque privatus, virtute regnum est adeptus. Prior horum apud ⁸ Massagetas in proelio cecidit. ⁹ Darius senectute

Cap. I. ¹ Graeciae gentis) Ita plerique libri: pauci Graeciae. Gellius 7, 5. in terra Graeciae. C. Sic supra 7, 4. Graeciae civitas. ² separatim sunt relatae) Lambinus, Courtinus, & Vossius *Hist. lat.* 1, 14. Nepotis ipsius librum, quem de Regibus scripsisset: Bosius aliorum scripta de singulorum rebus gestis intelligit, in cuius sententiam eundem esse censemus. Suos enim libros aliter noster solet indicare. Vide Dione c. 3. n. 2. & Catone extremo. C. ³ nomine non potestate) nomine magis quam imperio, supra 17, 1, 2. ⁴ dominatum imperio tenuerunt) qui non tales Reges fuerunt, ut in libera republica Lacedaemoniorum, sed qui suis absolute imperarunt, ut in monarchia Persarum. Nam *dominatio* & *dominatus* est absolutum imperium in subditos despotica & tyrannica potestas. ⁵ Cyrus) ex Mandane - Astyagis filia & Cambyse Persa natus, qui Medorum regnum adeptus imperium a Medis ad Persas transtulit. ⁶ Darius) hinnitu equi rex creatus. ⁷ uterque privatus) Cyrus quidem propter ignobilem patrem, quamvis regia matre natus erat. C. ⁸ Massagetas) Scythica gens *Massagetae*. Straboni II. pag. 349. πέρσαι τῆς Κασπίης θαλάττης, magis tamen

3 te diem obiit supremum. Tres sunt praeterea eiusdem ¹⁰ generis, Xerxes, & duo Artaxerxes, ¹¹ Macrochir & Mnemon. Xerxi maxime est illustre, quod ¹² maximis post hominum memoriam exercitibus, terra marique bellum intulit ⁴ Graeciae. At Macrochir praecipuam habet ¹³ laudem amplissimae pulcherrimaeque corporis formae: quam incredibili ornavit virtute belli. namque illo Persarum nemo fuit manu fortior. Mnemon autem iustitiae fama floruit. nam cum ¹⁴ matris suae scelere amisisset uxorem, tantum indul- ⁵ sit dolori, ut eum ¹⁵ pietas vinceret. Ex his ¹⁶ duo

orientales, quam Dahae qui ab illo mari incipiunt, *ibidem* p. 253. Melae quoque 1, 2. sunt *super Caspium sinum*, at Ptolemaeo 6, 13. iuxta Ascataneam montem, quem inter Imaum & fontes Jaxartis ponit. C. 9 *Darius*) cum regnasset annos 36. *Herod.* 7, 4. C. 10 *generis*) gentis Persicae reges. 11 *Macrochir & Mnemon*) Artaxerxes *Macrochir*, s. *Longimanus*, Xerxis filius: alter *Mnemon* s. *Memor* cognominatus, filius Darii Nothi. C. *Macrochir* dictus est, quia unam manum habebat altera longiorem: *Mnemon* vero ab excellenti memoria. 12 *maximis exercitibus*) de quibus 2, 2, 4; & 2, 5. 3. 13 *laudem formae*) cui ut maior solito manus non obsuit: ita ipsa forma virtutem & fortitudinem, ut plerumque fit, non laesit. C. *Gratior & pulcro veniens in corpore virtus*, Virg. *Aen.* 5, 344. 14 *matris suae scelere*) Parysatis mater Statiram, filii uxorem, veneno necavit. *Photius Excerpt. ex Ctesiae Persicis.* C. Huic Statirae ille aviculam parte cultri venenati dissectam comedendam dederat. 15 *pietas vinceret*) hoc est, affectus parenti debitus eundem dolorem mitigavit. vid. supra 20, 1, 5. C. Solam matris ancillam sceleris ministram supplicio affectit. 16 *duo eodem nomine*) scil. duo illi Arta-
eodem

eodem nomine, morbo ¹⁷ naturae debitum reddiderunt, ¹⁵ tertius ab Artabano praefecto ferro interfectus est.

Ex Macedonum autem genere ¹ duo multo ceteros ² antecesserunt rerum gestarum gloria: Philippus Amyntae filius & Alexander Magnus horum ³ alter Babylone ⁴ morbo consumtus est, Philippus ⁵ Aegis a Pausania, cum spectatum ludos iret, ⁶ iuxta theatrum occisus est. Unus ⁷ Epirotes Pyrrhus, qui cum populo Rom. bella-

xerxes, quorum prior regnavit 41. annos sine consorte, & 16. cum patre Xerxe: posterior autem regnavit 62. annos, licet Eusebius 40. tantum numeret. ¹⁷ naturae debitum) Tullius Tusc. 1, 39. *Natura dedit usuram vitae, tanquam pecuniae, nulla praestituta die.* Curt. 10, 5, 3. *velut omni vitae debito liberatus fatigata membra reiecit.* C. 18 tertius) Xerxes. Ad Iustinum 3, 1. C.

Cap. II. ¹ duo) sc. reges. ² antecesserunt) superarunt, vel (ut dicitur 8, 1, 3.) praecurrerunt. ³ alter) Alexander Philippi filius. ⁴ morbo consumtus est) morbo ex ebrietate contracto, an veneno interierit, disputatur notatis ad Curtium 10, 10, 14. C. ⁵ Aegis) Aegae Macedoniae oppidum. Diodorus 16, 93. *ἐν Αἰγαῖς τῆς Μακεδονίας* Plin. 4. 10. *Aegen* vocat, ibique regum sepulcra ponit: idem Diodorus in Excerpt. Peiresc. p. 266. (ubi *Aegeae* dicuntur) regiam quoque sedem *ἰσταν τῆς Μακεδονικῆς βασιλείας.* ⁶ iuxta theatrum) ita enim Diodorus 16, 95. Nuptias enim celebrabat filiae Cleopatrae, Iustin. 9, 6. C. conf. de eius morte Aelian. 3, 45; Valer. Maxim. 1, 8. ext. 9; Cic. de Fato c. 3. ⁷ Epirotes) in Epiro regnans sc. celebris fuit.

vit.

vit. is cum ⁸ Argos oppidum oppugnaret in Pe-
² loponneso, ⁹ lapide ictus interiit. Vnus idem Si-
 culus Dionysius prior. nam & ¹⁰ manu fortis, &
¹¹ belli peritus fuit, & id, quod in tyranno non fa-
 cile reperitur, ¹² minime libidinosus, non luxurio-
 sus. non avarus, nullius rei denique cupidus;
 nisi ¹³ singularis perpetuique imperii, ob eamque
 rem crudelis. nam dum id studuit ¹⁴ munire, nul-
 lius pepercit vitae, quem eius insidiatorem puta-
³ ret. Hi ¹⁵ cum virtute tyrannidem sibi peperis-
 set, ¹⁶ magna retinuit felicitate, ¹⁷ maiorque annis

8 Argos oppidum) Livius 31, 7. Argos, inquit, non
 vetere fama magis, quam morte Pyrrhi nobilitatos. C.
 9 lapide ictus) Ovidius in Ibin. 302. Opprimat hostili
 regula tactu manu. C. conf. de Pyrrhi morte P. ut. in
 vita; Poliaen. 8, 68; Iustin. 25, 5, 1; Aur. Vict. Vir.
 illust. c. 35. 10 manu) in. 11 belli) in notitia belli.
 12 minime libid. &c.) Cic. Tusc. 5, 20. De hoc homine
 (Dionysio) a bonis scriptoribus sic scriptum accepimus,
 summam fuisse eius in victis temperantiam, in rebusque
 gerendis virum acrem & industrium, eundem tamen male-
 ficam natura & iniustum. C. 13 singularis imperii) Mo-
 narchiae & Dominatus. Hinc eius vox apud Liv. 24,
 22. Pedibus tractum, non insidentem equo relinquere tyran-
 nidem debere. 14 munire) stabilire & ab omnibus impe-
 rii inimicis tutum reddere. 15 cum virtute tyrannidem
 peperisset) cum industria & simulata virtute dominatum
 occupasset, acquisivisset. 16 magna retinuit felic.) Cum
 tamen apud Curtium 4, 11, 9. facilius sit quaedam vincere,
 quam tueri. conf. supra 4, 11, 9; Iustin. 25, 4, 3; Flor.
 2, 17, 18; Liv. 35, 37. 17 maior annis sexag. natu)
 Libri habent natus, quidam etiam annos unde Bosius
 legit maior annos 60. natus. hoc est, ipso interprete,
 maior quam ante annos 60. natus. Vfus quidem parti-
 sexagin-

sexaginta natu decessit ¹⁸ florente regno. neque in tam multis annis cuiusquam ex sua stirpe ¹⁹ funus vidit, cum ex ²⁰ tribus uxoribus liberos procreasset, multique ei nati essent nepotes.

Fuerunt praeterea multi reges ¹ ex amicis Alex-III. andri Magni, qui post obitum eius imperia ceperunt. In his ² Antigonus, & huius filius ³ Demetrius, Lyfimachus, Seleucus, Ptolemaeus. Ex ² his Antigonus, cum aduersus Seleucum, Lyfima-

culam ante expellit in hac forma; nescio autem an aequae quam ante. Ideoque Lambini coniecturam sequor, natu legentis pro natus, & retineo multorum librorum annis, ut etiam Boeclerus legit. Sic enim Ciceronem formula patronum habet. Acad. Quaest. 4, 19. aliquot annis minorem natu non dubitabo manere. De aetate Dionysii Cicero Tusc. 5, 20, duodequadrageinta annos tyrannus Syracusanorum fuit Dionysius, cum quinque & viginti annos natus dominatum occupauisset. C. 18 florente regno) Tyrannus fuit opulentissimae & beatissimae civitatis, Cic. de N. D. 3, 33. Neque ille violenta morte periit, ut plerique tyranni. ¹⁹ funus vidit) i. e. mortuum habuit in domo sua. ²⁰ tribus uxoribus) Prima erat Hermocratis Syracusii filia, quae mortem sibi conscivit contumeliis affecta ab iis, qui mariti tyrannidem impatienter ferebant. Plutarch. Dione sub init. Ceteras duas uno die duxit, alteram Locrensem, Syracusanam alteram, Hipparini filiam, Dionis sororem. Plutarch. & Cic. Tusc. c. l. & noster Dione c. 1. C.

Cap. III. 1 ex amicis) ex intimis ministris, praefectis, ducibus v. 18, 2, 4. 2 Antigonus) de quo supra 18, 5. 3 Demetrius) Poliorcetes cognominatus, rex Macedoniae fuit: nec ceteri ignoti, primi reges Syriae, Thraciae, Aegypti, post Alexandrum. C.

Cornel. Nep.

P

chura

chumque dimicaret, in ⁴ proelio occisus est. ⁵ Pari leto affectus est Lyfimachus a Seleuco. nam ⁶ societate dissoluta, ⁷ bellum inter se gesserunt. **3** At Demetrius cum ⁸ filiam suam Seleuco in matrimonium dedisset, neque ⁹ eo magis fida inter eos amicitia manere potuisset: ¹⁰ captus bello, ¹¹ in custodia foveri generi periiit morbo. neque ita multo post, ¹² Seleucus a ¹³ Ptolemaeo Cerauno dolo interfectus est. quem ille a patre expulsam Alexandria, a ienarum opam indigentem receperat. ¹⁵ Ipse autem Ptolemaeus, cum vivus filio

⁴ proelio occisus est) proelium descripsit Plutarchus in Demetr. f. 902. Interfecto patre victus Demetrius fugit *συρτόνας*, citato cursu, Ephesum, unde de loco proelii etiam coniectari potest. C. ⁵ Pari leto affectus) eundem in proelio interfectus. Iustin. 17, 1. C. ⁶ societate dissoluta) i. e. postquam amicitia inter hos Alexandri socios non fuit diuturna. ⁷ bellum inter se gesserunt) conflata sunt bella ad internecionem gesta, 18, 3, 1. ⁸ filiam suam) Stratonicen. ⁹ eo magis manere) ideo diutius durare. ¹⁰ captus bello) immo deditio. Desertis enim a suis ad Amanidas portas refugit, ut Caunum iret ad classem: cum vero minus tutum iter esset, suadentibus amicis se Seleuco dedit. Plutarch. f. 313. Iustin. 16, 2, 6. C. ¹¹ in custodia &c.) in vinculis generi sui morbo extinctus est. Nec socer a genero tutus, Ovid. Met. 1, 145. ¹² Seleucus &c.) vid. Iustinus 17, 2, 4. C. ¹³ Ptolemaeo Cerauno) Fuit hic Ptolemaei prioris filius, Ceraunus dictus, quia fuit fulminis instar velox & audax. ¹⁴ quem a patre expulsam) Erat enim Ptolemaei Lagi filius, qui & Soter. Vide Histor. nostram Antiq. p. 33. C. ¹⁵ ipse autem Ptolemaeus &c.) Lagi filius, pater Cerauni. Is filio natu minimo, Ptol. Philadelpho, regnum tradens, officium eidem inter satellites regnum

regnum tradidisset, ¹⁶ ab illo eodem vita privatus dicitur. De quibus quoniam satis dictum putamus, ¹⁷ non incommodum videtur, ¹⁸ non praeterire Hamilcarem & Hannibalem: quos & animi magnitudine & calliditate, omnes in Africa natos praestitisse constat.

XXII.

HAMILCAR.

ARGVMENTVM.

1. Hamilcar extremis temporibus belli Punici I. rem strenue gessit. Erycem defendit, suis, ad Aegates victis, pacem suavit, bellum mox renovaturus, arma Catulo postulanti negavit. 2. Cum pace facta Carthago a mercenariis intestino bello premeretur: hic imperator factus fame, ferro rebelles afflixit, alienata oppida & otium patriae restituit. 3. His compositis in Hispaniam missus Hannibalem secum filium duxit, & formosum Hasdrubalem, cui filiam despondit, ne propter formam consuetudo suspecta esset. 4. Magnis rebus in Hispania gestis & Africa spoliis locupleta, in Vettonibus exstinguitur, prima fax belli Punici II.

lites fecit. v. Iustin. 16, 2, 7 sqq. ¹⁶ ab illo vita privatus) Hoc nemo praeter nostrum dixit. qui propterea videtur Lagidae tribuisse, quod erat Evergetae. Hic enim demum a filio Philopatore interfectus fuit. Iustin. 29, 1, 5. C. ¹⁷ non incommodum) i. e. utilitatem aliquam continere. Sic supra 1, 6, 1. non alienum. ¹⁸ non praeterire) hoc loco inferere vitas horum celeberrimorum Asrorum.

Hamilcar, Hannibalis filius, cognomine Barcas, ² Carthaginienſis, primo ³ Punico bello, ſed ⁴ temporibus extremis, admodum adoleſcentulus in ⁵ Sicilia praeſſe coepit exercitui. Cum ² ante eius adventum & mari & terra ⁶ male res gererentur Carthaginienſium, ipſe ubi adfuit, nunquam hoſti ceſſit, neque ⁷ locum nocendi dedit:

Cap. I. ¹ *Hamilcar Barcas*) Punica nomina ex Oriente petita. Prius regem, ſaltim conſiliarium ſignificat, Phoenicibus *Malca* vel *Milca* dictum: poſterius ex *Barak*, vel *Barka*, fulmen ſonat. C. ² *Carthaginienſis*) Sub primo duce Carthaginienſi de voce hac gentiliſ notamus, ſex ſyllabis ſcribi in pandectis Florentinis & pluribus lapidibus apud Manutium & Gruterum, etiam in columna roſtrata, primi belli Punico temporibus inſcripta; ut taceamus Prisciani regulam lib. 4. p. 633. (ed. Puteſch.) hoc ipſo exemplo illuſtratam, & verſum Ennianum apud Ciceronem pro Balbo c. 22. *Hoſtem qui feriet, mihi erit Carthaginienſis.* Rariores lapides quinque ſyllabis *Carthaginienſis* habent. vide Gruter. 174, 3. & 49, 1. ac Reineſ. 3, 21. Scaligero ad Phallic. carm. 32. *I* eſt epentheſis poetica. Per hoc verbum ſcribi iubent veteres Grammatici, quos Lambinus & Boeclerus ſequuntur: membranae, lapides & nummi *C* habent C. ³ *Punico*) Carthaginienſi, ſeu quod Romani per 24 annos cum Carthaginienſibus gesserunt. *Poeni* enim ſunt Carthaginienſes, inde adiectivum *Punicus*: *oe* mutatur in *u*, ſicut *moenia a munio*. C. ⁴ *temporibus extremis*) ab anno huius belli decimo octavo. Polyb. 1, 56. C. Describunt illud bellum Polyb. Appian. Silius Ital. Liv. Epit. 16 ſqq. Flor. 2, 2; Aur. Viſt. c. 37 ſqq. Eutrop. 2, 3. ⁵ *Sicilia*) inſula in mari mediterraneo. v. Tab. IV. ⁶ *male res gerentur*) Aliquot proeliis iam victi erant a Romanis, multas urbes & opes amiſerant. ⁷ *locum nocendi*) facultas saepe.

saepeque e contrario occasione data ⁸ laceffivit
semperque ⁹ superior discessit. quo facto, cum
paene omnia in Sicilia Poeni ¹⁰ amisissent, ille
¹¹ Erycem sic defendit, ut bellum eo loco gestum
non videretur. Interim Carthaginienfes classe ³
apud infulas ¹² Aegates a ¹³ C. Lutatio consule
Romanorum superati, statuerunt belli finem fa-
cere, ¹⁴ eamque rem arbitrio permiferunt Hamil-
caris. Ille etsi flagrabat bellandi cupiditate, ta-
men ¹⁵ paci serviendum putavit, quod patriam
¹⁶ exhaustam sumtibus, diutius calamitates belli

tem & occasionem sibi suisque aliquod damnum infe-
rendi. ⁸ laceffivit) sc. Romanos oppugnando. Sic Cic.
pro Mil. c. 21. Irritare ferroque laceffere. ⁹ superior
discessit) victor fuit. ¹⁰ amisissent) nempe ante eius
adventum. ¹¹ Erycem) non montem totum, sed oppi-
dum medii montis. Verticem enim & radicem tene-
bant Romani, Polyb. 1, 58. Est autem Eryx mons
post Aetnam altissimus Siciliae inter Drepanum & Pa-
normum, Veneris templo, quod vertici impositum
erat, celeberrimus, Polyb. 1, 55 C. ¹² Aegates) Ita has
insulas vocant Liv. 21, 10. & 41. Mela 2, 7. Silius 1,
59. Florus 2, 2. solus Polybius 1, 44. Aegusas & c. 60.
Aegusam singulariter. Situm notat Mela contra Car-
thaginis finem: Polybius priore loco μεταξὺ Λίλυβαίς
καὶ Καρχηδόνοσ, inter Lilybaeum & Carthaginem; at c. 60.
ἐπλευσε πρὸς τὴν Αἰγυσαν νῆσον, τὴν πρὸ τῆς Λίλυβαίς
κειμένην, quod arguit propinquam admodum Lilybaeo
esse. C. 13 C. Lutatio) de quo Aur. Vict. Vir. ill. c. 41.
¹⁴ eam rem) scil. bellum finiendum. ¹⁵ paci serviendum)
i. e. pacem amplectendam & bello praeferendam esse,
quae pax quibus conditionibus fit facta, docet Polybius
lib. 3. ¹⁶ exhaustam sumtibus) carentem facultatibus
& nervis rerum gerendarum. Sic infra 23, 6, 2.

4 ferre non posse intelligebat: sed ita, ut statim
¹⁷ mente agitaret, si paullum modo ¹⁸ res essent re-
 fectae, bellum renovare, Romanosque armis per-
 sequi, ¹⁹ donicum aut certe vicissent, aut victi
 5 ²⁰ manus dedissent. Hoc consilio pacem conci-
 liavit: ²¹ in qua tanta fuit ferocia, ut cum ²² Ca-
 tulus negaret, se bellum compositurum, nisi ²³ ille

¹⁷ mente agitaret) in animo haberet. Sic agitare simpliciter Iustin. 2, 12, 3; & agitare animo 8, 3, 14, 18 res essent refectae) Vide Agesil. c. 7. n. 1. C. 19 donicum) Antiquis idem quod Donec. Cato de R. R. c. 161. Donicum in semen videris ire. Plaut. Aul. 1, 1. v. 19. donicum ego te iussero. Nec tamen antiquata vox est. Nam etiam Livius apud Charisium lib. 2. p. 178. Ibi manens sedeto, donicum videbis me carpento vehementem domum venisse. C. 20 manus dedissent) Vulgo manus: membranae manus pluraliter, ut etiam boni scriptores plerique. Tullius Attico 16, 3. Sapienter igitur, quod manus dedisti, hoc est, cessisti sententiae Antonii. Caesar B. Gall. 5, 31. Tandem dat Cotta permotus manus: superat sententia Sabini. Horatius Epod. 17 princ. efficaci do manus scientiae, id est, cedo magiae, Lucret. 2, 1040. Iudicio perpende: & si tibi vera videtur, Dede manus: aut, si falsa est, accingere contra. Lactant. lib. 5. ineunte: Timent, ne a nobis revicti, manus dare aliquando, clamante ipsa veritate, cogantur. Idem 3, 28. ex Cic. Consol. hoc affert: Cedo en manum tollo. Ex re militari aut athletica sumta est metaphora: ubi manus sublatae, abiectis armis, signum deditiois sunt. C. 21 in qua tanta fuit ferocia) scil. in pace concilianda tantam adhibuit constantiam, firmitatem & animositatem. 22 Catulus) ita cognominabatur Lutatius Rom. Conf. 23 ille cum suis) per Syllepsin sequitur verbum plurale decederent, ut supra 2, 2.

cum suis, qui Erycem tenuerunt, ²⁴ armis relictis, ⁶ Sicilia decederent: succumbente patria, ipsos periturum se potius dixerit, quam cum tanto ²⁵ flagitio donum rediret. ²⁶ non enim suae esse virtutis, arma a patria accepta adversus hostes, adversariis tradere. Huius pertinaciae ²⁷ cessit Catulus.

At ille, ut Carthaginem venit, multo aliter, **II.** ac sperabat, rempublicam ¹ se habentem cognovit. namque ² diuturnitate externi mali tantum ³ exarsit intestinum bellum, ut nunquam pari periculo fuerit ⁴ Carthago, nisi cum deleta est. Pri-²

²⁴ armis relictis) Haec consuetudo Romanorum erga paciscentes. Caes. 5, 40. sub persona Q. Ciceronis legati sui. Non esse consuetudinem pop. R. ullam accipere ab hoste armato conditionem: si ab armis discedere velint. sperare se, quae petierint, impetraturos. Liv. 38, 8. consulem Fulvium respondisse refert, Aetolos, nisi inermes, de pace agentes non auditurum se C. ²⁵ flagitio) cum infamia & ignominia. Plaut. Epid. 3, 4, 79. flagitio cum maiore post reddas tamen. C. Quantopere abhorreant etiam Barbari ab armis turpiter deponendis, vide ap. Flor. 2, 18, 4. conf. Justin. 33. 2, 3; & 44, 2, 5. ²⁶ non suae esse virtutis) non convenire viro forti. ²⁷ cessit) exemplum hoc docet, in durioribus conditionibus non esse persistendum, ne ad desperationem hostis redigatur.

Cap. II. ¹ se habentem) existentem, constitutam; sc. in statu admodum perturbato. ² diuturnitatem mali) in bello, quod tamdiu extra fines Carthaginensium gerebatur. ³ exarsit) exortum est. Sic Vellei. 2, 48, 1; Tac. H. 2, 38, 2. ⁴ Carthago) urbs totius Africae florentissima, Romae aemula, a Phoenicibus in Libyae littore condita, & tertio Punico bello a Scipione Aemiliano penitus diruta, v. Flor. 2, 15.

mo ⁵ mercenarii milites, qui adversus Romanos fuerant, desciverunt: quorum numerus erat viginti millium. hi totam ⁶ abalienarunt Africam, ³ ipsam Carthaginem ⁷ oppugnarunt. Quibus malis adeo sunt Poeni perterriti, ut ⁸ auxilia etiam a Romanis petiverint, eaque ⁹ impetrarint. Sed ¹⁰ extremo, cum prope iam ad desperationem pervenissent, Hamilcarem ¹¹ imperatorem fecerunt. ⁴ Is non solum hostes a muris Carthaginis removit, cum amplius centum millia facta essent armatorum, sed etiam eo compulit, ut locorum ¹² angustiis clausi, plures fame quam ferro inter-

⁵ mercenarii milites desciverunt) Causa rebellionis ac defectionis, quod propter angustias aerarii illis stipendium, ex superiore, nunc autem composito bello debitum reddi non potuit. Polyb. I, 66, 67. C. ⁶ abalienarunt Africam) ab Carthaginiensibus, sc. Africam Propriam, quae antea sub ipsorum imperio fuerat. C. ⁷ oppugnarunt) hi sunt fructus externorum militum & sociorum. ⁸ auxilia a Romanis petiverint, Appianus Punic. pag. 7. Ρωμαίους ἐς συμμαχίαν αἰς φίλους ἐκάλεσεν. C. ⁹ impetrarint) copias auxiliares non impetrarunt, sed permiserunt tantummodo Romani ξενολογεῖν ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, mercede militem in Italia conducere: miserunt etiam, qui pacem inter partes componerent, quos Afri audire noluerunt, Romanorum se fidei dare, quam sub imperium redire Carthaginiensium, praepotantes, quos autem Romani non receperunt. Appian. c. I. C. ¹⁰ extremo) tandem post aliquot annos. ¹¹ imperatorem fecerunt) ad eum unum belli summam retulerunt, cum antea Hanno simul praeesset. ¹² angustiis clausi) haec est ratio, qua numerosae hostium copiae conficiuntur. v. Flor. 3, 3, 5; Vellei. 2, III, 4; & c. III; Claudian. de laud. Stil. I, 106.

irent,

irent, omnia oppida ¹³ alienata, in his ¹⁴ Utic
atque Hipponem, valentissima totius Africae, re-
stituit patriae. neque eo fuit contentus, sed etiam ⁵
fines imperii ¹⁵ propagavit, tota Africa tantum
¹⁶ otium reddidit, ut nullum in ea bellum videre-
tur multis annis ¹⁷ fuisse.

Rebus his ¹ ex sententia peractis, ² fidenti ani-III
mo atque ³ infesto Romanis, quo facilius causam
bellandi reperiret, effecit, ut ⁴ imperator cum ex-
ercitu in Hispaniam mitteretur, eoque secum
duxit ⁵ filium Hannibalem, annorum novem. Erat ²
praeterea cum eo adolescens illustris, formosus,

¹³ alienata) insensa, rebellantia & aliis subdita.
¹⁴ Uticam atque Hipponem) Africae Propriae oppida
oppida inter Carthaginem & Numidiam ad mare sita.
Nota Utica: Hippo autem non Regius intelligitur,
qui ad Numidiam pertinet: sed Diarrhytus five Za-
rytus, quam Polybius vocat lib. 1. p. 103. Ἰππακρυτῶν
πόλιν, quae cum Utica in rebellione persistebat, cete-
ris oppidis ad Carthaginem reductis. Equi autem pro-
montorium (Ἰππὸ ἀκρῶν) a Scylace p. 48. post Uticam
ponitur. C. ¹⁵ propagavit) dilatavit, amplificavit.
¹⁶ otium) statum in tota Africa quietum. conf. 20, 3, 2.
ubi dicitur: otium conciliavit. ¹⁷ fuisse) gestum esse.
conf. c. 1, 2.

Cap. III. ¹ ex sententia) feliciter & ex voto. ² fidenti
animo) postquam ex successu Libyci belli, quod Livius
21, 1. Africum vocat, alacrior & animosior factus est.
³ infesto Romanis) Liv. 21, 2. ut appareret, maius eum
(Hamilcarem in Hispania) quam quod gereret, agitare in
animo bellum: & si diutius vixisset, Hamilcare duce Poenas
arma Italiae illaturos fuisse, quae Hannibalis ductu intule-
runt. C. ⁴ imperator) ipse iam imp. constitutus. ⁵ fi-
simum) tanquam contubernalem in bello, v. 23, 2, 3.

Hasdrubal : quem ⁶ nonnulli ⁷ diligi turpius, quam par erat, ab Hamilcare, loquebantur. non enim maledici tanto viro deesse poterant. quo factum est, ut a ⁸ praefecto morum Hasdrubal cum eo vetaretur esse. Huic ⁹ ille filiam suam in matrimonium dedit, quod moribus eorum non poterat interdici ¹⁰ focero gener. De hoc ideo mentionem fecimus, quod ¹¹ Hamilcare occiso ille ¹² exercitui praefuit, ¹³ resque magnas gessit : & ¹⁴ princeps largitione vetustos pervertit mores Carthaginensium : eiusdemque post ¹⁵ mortem Hannibal ab exercitu accepit imperium.

6 nonnulli) sc. calumniatores, seu maledici, uti mox vocat. 7 diligi turpius) Liv. c. 1. flore aetatis, uti ferunt, primo Hamilcari conciliatus. C. 8 praefecto morum) qui idem fere Carthagine erat, quod apud Romanos Censor, penes quem ius fuit animadvertendi in mores civium. 9 ille) Hamilcar iustiore sic contubernii & convictus causam quaerens. 10 focero gener) Romano autem more inter utrumque erat summa verecundia, unde Cic. Off. 1, 35. Cum soceris generi non lavantur. 11 Hamilcare occiso) in proelio adversus Vettones, ut c. 4. dicitur. C. 12 ille exercitui praefuit) Liv. 21, 2. Mors Hamilcaris peropportuna & pueritia Hannibalis distulerunt (Poenorum adversus Romanos) bellum. Medius Hasdrubal inter patrem & filium octo ferme annos imperium obtinuit. C. 13 resque magnas gessit) Liv. c. 1. plura consilio quam vi gerens. hospitio regulorum magis, conciliandisque per amicitiam principum novis gentibus, quam bello aut armis rem Carthaginensem auxit. C. 14 princeps largitione (&c.) primus suam, id est, Barcinam factionem corroboravit, indies largitionibus ex populo plures adiungens. C. 15 mortem)

At

At Hamilcar posteaquam ¹ mare transiit, in IV. Hispaniamque venit, magnas res ² secunda gessit fortuna: maximas bellicosissimasque gentes subegit: ³ equis, armis, viris, pecunia, totam locuple-² tavit Africam. Hic cum in Italiam bellum inferre meditaretur, nono anno postquam in Hispaniam venerat, in proelio pugnans adversus ⁴ Vettones ⁵ occisus est. Huius perpetuum odium ³ erga Romanos maxime concitasse videtur ⁶ secundum bellum Punicum. Namque Hannibal,

Autores discrepant. Livius & Appianus Hasdrubalem in venatione, Iustinus & Val. Max. a servo sui domini mortem ulciscente, Polybius nocte a quodam Gallo interfectum scribunt.

Cap. IV. 1 mare transiit) κατὰ τὰς Ηρακλείας σήλας, iuxta Herculis columnas, Polyb. 2, 1. C. 2 secunda) τῆς auxiliatrice. 3 equis, armis, viris) quia ferri materia Hispanis praecipua est, & felices metallorum divitiae: praeterea equorum pernices greges. Iustin. 44, 1, 5 sq. Adde c. 3. C. 4 Vettones) Vettones circa Tagum populus Plin. 4, 22. late habitans inter Durium & Anam. Durio enim determinati ab Asturia Plin. 4, 20. iisque oppida Ptolemaeus 2, 5. tribuit inter Durium & Tagum sita, & vocat Lusitanorum ἀνατολικωτάτης, maxime orientales: ad Anam pariter, praesertim posteriori aevo, pertinuisse, Prudentius hymno Eulaliae v. 186 sq. non obscure dixit, Augustam Emeritam. Anae oppositam urbem appellans claram coloniam Vettoniae. Corripuit O Prudentius: producunt Ptolemaeus, Silius 3, 378; Lucanus 4, 9. Inconstans Strabo, quam ex laudatis testimoniis correxit Casaubonus Adnot. p. 48. C. 5 occisus est) Polybius 2, 1. refert, eum collatis signis in media hostium acie dimicantem strenue occubuisse. 6 sec. bellum Pun.) maxime memorabile omnium, quae un-

7 filius eius, assiduis patris 8 obtestationibus eo est perductus, ut interire, quam Romanos non 9 experiri, mallet.

XXIII.

HANNIBAL.

A R G V M E N T V M.

1. Hannibal omnibus ducibus maior, superaturus Romanos, nisi invidia obstitisset. 2. Reges etiam contra Romanos concitavit, Philippum & Antiochum, cui hereditarium in Romanos odium pro fide facienda narravit. 3. Imperator factus, triennio Hispaniam subegit, Saguntum expugnavit, & relicto in Hispania fratre per Pyrenaeos & Alpes in Italiam copias duxit. 4. Apud Rhodanum, Padum, Trebiam, Trasimenum, & tandem apud Cannas Romanos vincit. 5. Fabio, a quo claudebatur, verba dat: Rufum, Gracchum, Marcellum superat. 6. In patriam revocatus vincitur a Scipione: 7 bellum componitur: Hannibal expraetor, metuens tradi Romanis, ad Antiochum profugit: 8. cui frustra Poenos tentat coniungere. 9. Antiocho fugato Cretensium avaritiam eludit, 10 & Prusiam concitat adversus Romanos: 11 contra Eumenem, Romana amicitia valentem dolo pugnat, serpentes navibus ho-

quam gesta sunt, Liv. 21, 1. 7 filius eius) Val. Max. 9, 3. ext. 3. ait quatuor Hamilcaris filios fuisse, quos catulos leoninos in perniciem Romanorum alere se praedicavit. Sed propter immaturam eorum aetatem Hasdrubal successit & post eum Hannibal. 8 obtestationibus) i. e. per preces & monita cum adiuratione coniuncta. conf. Val. Max 9, 3. ext. 3. 9 experiri) pugnam cum iis tentare, & de imperio cum iis certare. Sic. Virg. Aen. 7, 434.

finem

stium immittens. 11 Repetitus ab Romanis legatis, nec a Prusia defensus, veneno vitam finit: 13 incertum quo anno. Hic tot bellis districtus vir etiam litteris operam dedit & libros scripsit: ipsius autem gesta scripserunt multi.

Hannibal Hamilcaris filius Carthaginensis. Si I. verum est, quod nemo dubitat, ¹ ut populus Romanus omnes gentes virtute superarit: non est inficiandum ² Hannibalem tanto praestitisse ceteros imperatores prudentia, quanto populus Romanus antecedit fortitudine cunctas nationes, nam quotiescunque cum eo congressus est in Italia, semper ³ discessit superior. ⁴ quod nisi domi civium suorum ⁵ invidia debilitatus esset; Ro-

Cap. I. ¹ dubitat, ut) Ut pro quod, notante Lambino & ad Thef. Fabri etiam Buchnero. Nam ita aliquando locuti veteres. Plin. Paneg. c. 8. *An dubium est, ut dare non posset imperium imperator?* Cic. pro S. Rosc. c. 41. *Non est verisimile, ut Chryfogonus horum litteras adamarit.* Varro R. R. 1, 1. *verum dicit, ut hac scripserit in agricultura.* C. ² Hann. praestitisse (&c.) de laude eius v. Liv. 21, 4; & 28, 12. Hannibal ipse maximum Imp. Alexandrum M. Pyrrhum secundum, tertium se ipsam esse dixit apud Liv. 35, 14. In Luciani Dialogis mortuorum p. 246 sqq. de praestantia bellica Alexander, Hannibal & Scipio inter se contendunt. ³ discessit superior) victor fuit Hannibal. Si non aliud; tamen proelium ad Nolam excipiendum est, de quo ita Cicero de Clar. Orat. c. 3. *Ut post Cannensem illam calamitatem primum Marcelli ad Nolam proelio populus se Romanus erexit.* Adde Florum 2, 6, 29. C. ⁴ quod nisi) idem ac: nisi, vel equidem nisi, quod tanquam fulcrum adiunctum est. Sic 18, 8, 2. ⁵ invidia) Iustin. 38, 4, 6. *Hannibalem sexdecim annis Italiae victorem immortatum, & quin ipsam caperet urbem, non Romanorum illi vires*

manos videtur superare potuisse. sed multorum
 3 *obtrectatio devicit unius virtutem.* Hic autem
 velut hereditate relictum 6 *odium paternum erga*
 Romanos 7 *sic confirmavit*, ut prius animam,
 quam id deposuerit: qui quidem cum patria pul-
 sus esset, & 8 *alienarum opum iudigeret*, nun-
 quam destiterit 9 *animo bellare cum Romanis.*

II. Nam ut omittam 1 *Philippum*, quem absens
 hostem reddidit Romanis: omnium his tempo-
 ribus potentissimus rex 2 *Antiochus* fuit. hunc
 tanta cupiditate incendit bellandi, ut 3 *usque a*
 2 *rubro mari* 4 *arma conatus sit inferre Italiae*, ad
 quem cum 5 *legati venissent Romani*, qui de eius
 voluntate explorarent, darentque operam con-
 siliis clandestinis, ut Hannibalem in suspicionem
 regi adducerent, tanquam ab ipsis corruptum

*obstitisse, sed domesticae aemulationis atque invidiae stu-
 dium. C. 6 odium) de simili odio haereditario Vellei.
 1, 1, 2; Tac. An. 16, 28, 2 7 sic confirmavit) adeo im-
 placabile & inexpiabile suscepisse dicendus est. 8 alie-
 narum opum) Antiochi & Prusiae. C. 9 animo) inimi-
 ca mente magis quam corpore, uti est 18, 4, 2.*

Cap. II. 1 *Philippum*) Demetrii Macedonis Regis
 filium; de quo autor per praeteritionis formulam
 nihil vult dicere; de eius bello cum Romanis. v. Iu-
 stin. 29, 2, 7; & 30, 3. & 4 Epit. Liv. 29 & 31. 2 *An-
 tiochus*) cognomine Magnus, Asiae rex, de quo Iustin.
 1. 29 sqq. Flor. 2, 8; Liv. epit. 33. S. Aur. Vict. ir.
 ill. c. 54. 3 *usque a rubro mari*) v. Curtium 8, 9, 14.
 & ibi notata. C. 4 *arma inferre*) bella suscipere ad-
 versus Italiam. 5 *legati*) P. Villius Ephesi convenit
 Hannibalem: P. Sulpitius Pergami aeger substiterat.
 alia

alia atque antea sentire: ⁶ neque id frustra fecissent, idque Hannibal comperisset, seque ab inferioribus consiliis segregari vidisset: ⁷ tempore dato adiit regem, eique, cum multa de fide sua & odio in Romanos commemorasset, hoc adiunxit: pater, inquit, meus Hamilcar ⁸ puerulo me, utpote non amplius novem annos nato, in Hispaniam imperator proficiscens ⁹ Carthagine, Iovi optimo maximo hostias immolavit, quae divina res dum ⁴ conficiebatur, quaesivit a me, vellemne secum castra proficisci? id cum libenter ¹⁰ accepissem atque ab eo petere coepissem, ne dubitaret ducere: tum ille, faciam, inquit, si fidem mihi, quam postulo, dederis, simulque ¹¹ ad aram adduxit, apud

Quidam aiunt Scipionem Africanum quoque Antiochum interfuisse, & Ephesi cum Hannibale conlocum esse. Liv. 35, 13, 14; Appian. Syr. p. 148 ed. Toll. C. Cum illis ipsis legatis primario missis ad Antiochum & responsum eius expectantibus saepius colloquebatur Hannibal, ignarus, quod familiaritate Romana odium sibi apud regem crearet &c. v. Iustin. 31, 4; & Frontin. 1, 8, 7. ⁶ neque id frustra) sc. id iam assecuti apud regem, ut Hannibalem veluti hostem proditoremque suum odisset. v. Liv. 1. c. & Iust. 1. c. ⁷ tempore dato) occasione, ἐν καιρῷ. C. ⁸ puerulo me) puero IX. annorum, Hamilcare c. 3, 1; & Liv. 2, 1. C. Adde Val. Max. 9, 3. ext. 3; Aur. Vict. Vir. ill. c. 42. ⁹ Carthagine) ibi iurasse Hannibalem in Elifae templo media urbe sito, dicit Silius 1, 99. ¹⁰ accepissem) i. e. audivissem. Supra 20, 2, 2 est auribus accipere. ¹¹ ad aram) Ritus iurandi ad aram, quam tenebant vel tangebant. Cic. pro Flacco c. 36. qui si aram tenens iuraret, crederet nemo. Id Livius ait 1, 1. Hannibalem tantis sacris iure iurando adactum esse. Adde supra
quam

quam sacrificare instituerat: eamque ceteris rem-
 tis, tenentem, iurare iussit, nunquam me in amicitia
 5 cum Romanis fore. id ego ¹² iusiurandum patri
 datum usque ad hanc diem ita servavi, ut nemini
 dubium esse debeat, quin reliquo tempore ¹³ eadem
 6 mente *sim* futurus. quare si quid amice de Romanis
 cogitabis; non imprudenter feceris, ¹⁴ si me celaris.
 cum ¹⁵ quidem bellum parabis, te ipsum ¹⁶ frustra-
 beris, si non me in eo ¹⁷ principem posueris.

III. Hac igitur aetate cum patre in Hispaniam pro-
 fectus est, cuius post obitum, Hasdrubale impe-
 ratore, successore, equitatu omni praefuit. ² hoc
 quoque interfecto, exercitus summam imperii ad
 eum detulit. ³ id Carthaginem delatum, publice

Dione c. 8. C. Adde Bernegg. ad Iustin. 24, 2, 8; Tur-
 nebi Advers. 16, 10. & 19; &c. ¹² iusiurandum datum)
 den abgelegten oder geschwornen eid. Sic Plaut. Most.
 5, 1, 36; Ter. Hec. 4, 4, 75. ¹³ eadem mente *sim* fut.)
 eandem sententiam *sim* retenturus. ¹⁴ si me celaris)
 si mihi finas ignota esse consilia tua de gratia cum Ro-
 manis concilianda. ¹⁵ quidem) hoc loco est autem, vero.
 Supra Conone c. 2, 2. de hac notione diximus. C. ¹⁶ fru-
 straberis) decipies, falles; Sic Cic. Acad. 4, 20. ¹⁷ prin-
 cipem posueris) omnibus aliis praefendum statueris.

Cap. III. ¹ successore) in demortui Hamilcaris locum
 constituto. Sic Liv. 2, 8. successus in Lucretii locum Hora-
 tius Pulvillus. Iustin. 22, 1, 12. ut in locum demortui du-
 cis sufficeretur. C. conf. Cic. fam. 5, 10. ² hoc quoque &c.)
 sc. Hasdrubale, de cuius morte supra 22, 3, 3. Tunc
 demum Hannibal ab exercitu accepit imperium, ut
 ibidem dicitur. ³ id delatum) Cum id militum factum
 nuntiaretur, frustra se opposuit Hanno, alterius factio-
 com.

comprobatam est. Sic Hannibal 4 minor quin-
 que & viginti annis natu, imperator factus proximo
 triennio omnes gentes Hispaniae bello sube-
 git. 5 Saguntum, foederatam civitatem, vi expu-
 gnavit. tres exercitus maximos comparavit. Ex 3
 his unum in Africam misit, alterum cum Hasdru-
 bale fratre in Hispania reliquit, tertium in Ita-
 liam secum duxit. 6 saltum Pirenaeum transit.
 7 quacunq[ue] iter fecit, 8 cum omnibus incolis
 confligit. neminem, nisi victum, dimisit. Ad 4
 Alpes posteaquam venit, quae Italiam a Gallia

nis princeps. v. Liv. 21, 3. & 4. 4 minor XXV. annis
 natu) Ita cum Lambino censemus nostrum conveni-
 enter rationi & sententiae Ciceronis dixisse, ut supra de
 Regibus c. 2. n. 3. notatum est. Alii minor XXV. an-
 nis (vel annos) natus C. 5 Saguntum foederatam civ.)
 Liv. 21, 2. Cum Hasdrubale (successore Hamilcaris)
 foedus renovaverat populus Romanus, ut finis utriusque
 imperii esset annis Iberus, Saguntinisque mediis inter im-
 peria duorum populorum libertas servaretur. Saguntus
 autem ultra Iberum sita prope Valentiam & Durium
 flumen. Plin. 3, 3. De foedere cum Romanis apud
 Polybium disputatur 3, 21. sqq. in utramque partem.
 Adde Livium 21, 18. C. Adde Flor. 2, 6, 3 sqq. Val.
 Max. 6, 6. ext. 1. 6 saltum Pyrenaeum) iuga sive mon-
 tes Pyrenaeos, qui Hispanias Galliasque determinant,
 promontoriis in diversa proiectis. Plin. 3, 4; qui etiam
 4, 10. aequae ac noster saltum Pyrenaeum vocat. C.
 7 quacunq[ue] per quamcunq[ue] regionem vel locum.
 Sic. Cic. Verr. 1, 16, 8 cum incolis confligit) Non cum
 omnibus, qua iter fecit. Nam multos etiam metu aut
 pretio pacavit, Liv. 21, 26. Nec aliter Polybius 3, 41.
 Ἀνιβάς παραδόξως τὰς μὲν χεῖμασι πείσας τῶν Κελ-
 τῶν, τὰς δὲ βιασάμενος.

sejungunt, ⁹ quas nemo unquam cum exercitu ante eum, praeter ¹⁰ Herculem Graium, transierat: quo facto is hodie ¹¹ saltus Graius appellatur: ¹² Alpico, conantes prohibere transitu, concidit, loca patefecit, itinera muniit, effecitque, ut ea ¹³ elephanta ornatus ire posset, qua antea unus

⁹ quas nemo cum exercitu) Haec Polybius 3, 48. *ψευδος*, mendacium vocat, quia Galli semel & iterum, ante Hannibal's adventum, cum magnis exercitibus in Italiam per Alpes transierint, & a multis gentibus ipsae Alpes inhabitentur. Similiter Hannibal apud Livium 21, 30. ait, *advenas Italiae cultores has ipsas Alpes ingentibus saepe agminibus cum liberis ac coniugibus, migrantium modo, tuto transmisisse. C. 10 Herculem Graium*) Fabula videtur esse, quae de Herculis exercitu, Alpes transgresso, narrantur. Ipse Livius 5, 34. de Alpibus itineribus differens, *nisi*, inquit, *de Hercule fabulis credere libet. C. 11 saltus Graius*) Plinius 3, 17. *Salassorum Augusta Praetoria, iuxta geminas Alpium fores, Graias atque Poeninas. His Poenos, illis Herculem transisse memorant.* Ita Plinius ex vulgari traditione. Livius autem 21, 38. disputans de Alpium transitu Hannibaliano, negat Poeninas quasdam a Poenis dici, sed *Penninas* potius a Deo Pennino, qui in summo vertice colebatur. Nec verisimile illi est, Hannibali per illas (aut proximas Graias) patuisse transitum; utpote semigermanis gentibus obseptas. Alii ergo non per Salassos, sed per Taurinos iter habuisse credunt, quibus & Livius adsentitur. Penninae autem Alpes sunt summae & septentrionales, inde Graiae, post Salassi, Cottii, Taurini populi magis atque magis vergentes in austrum. C. 12 *Alpico*) sc. incolas in montibus, alii malunt *Alpinos*. ¹³ *elephanta ornatus*) armatus, sive turri & aliis ad proelium necessariis rebus instructus. *Sic ornare classem*, Cic. pro Lege Manili. c. 4. dixit, *ausruesten*: ornata exercitu & pecunia homo

homo inermis vix poterat ¹⁴reperere. hac copias traduxit, in Italiamque ¹⁵pervenit.

¹ Confluxerat apud ² Rhodanum cum P. Cor-IV. nelio Scipione ³ Cos. eumque pepulerat. Cum hoc eodem de ⁴ Clastidio apud ⁵ Padum ⁶ decer-

nia provincia, in Pison. c. 2. C. Adde supra 14, 9, 3; de exercitu Tac. H. 3, 63, 2; de equo Gell. 5, 2; de Asinis Cat. de R. R. c. 10. 14 reperere) manibus pedibusque propter angustias viarum ac montium perreptare. 15 pervenit) quindecim diebus consumptis in Alpium transitu.

Cap. IV. 1 Confluxerat apud Rhod.) Nec Polybius neque Livius quidquam habent de hoc Hannibalis cum Scipione proelio. Ad Rhodani ostia victi Numidae a CCC Romanis, Liv. 21, 29 sed heic Scipio non pulsus est. Galli quidem Romanorum socii fugati c. 28. sed sine Romanis erant, nec Scipio ibidem pulsus. Vitabat enim, antequam in Italiam venisset, pugnam Hannibal cum Romanis; ideoque adversa ripa Rhodani mediterranea Galliae petebat, minus obvium fore Romanum credens. v. Liv. 31. C. 2 Rhodanum) fl. Galliae, die Rhone. 3 Cos.) Consule, ita abbreviatur. 4 Clastidio) Lambino suspecta vox Clastidii, & aliunde forsan inculcata. Si salva, putat legendum non longe a Clastidio. At quomodo proelium apud Ticinum in Transpadana commissum nominari potest a Clastidio, vico vel oppido Cispadanae? Propiora Pado, & nobiliora Placentia & Victumniae, Liv. 21, 57. Quare, quod libri veteres Clastidio tantum habent, sine praepositione: Puteanum sequimur, qui primus De praefixit, ut sensus referatur, de Clastidio, id est, propter Clastidium tanquam horreum Romanorum, pugnatum apud Ticinum fuisse. Livius enim 21, 48. Hannibal ad Clastidium vicum, quo magnum frumenti numerum congesserant Romani, mittit. C. 5 apud Padum) ad Ticinum fluvium, qui ex Verbano

2 nit: faucium inde ac fugatum 7 dimittit. Tertio
idem Scipio cum collega 8 Tiberio Longo apud
9 Trebiam adversus eum venit. cum his 10 ma-
num conferuit: utrosque profligavit. inde per
11 Ligures 12 Apenninum transit, petens 13 Etru-
3 riam. hoc itinere adeo gravi 14 morbo afficitur
oculorum, ut postea nunquam 15 dextero aequè
bene usus sit. qua 16 valetudine cum etiam tum

lacu decurrens, ex adverso Clastidii in Padum effundi-
tur. Forte haud longissime ab ostio pugnatum fuit, ut
Pado aequè noster signare proelium, ac ceteri *Ticino*,
potuerit. C. 6 decernit) confligit, proelium committit, ut
noster Eumene c. 9, 6; & Curt. 3, 2, 1. Vide ibidem
notata. C. 7 dimittit) in manus hostium venisset, nisi
filius periclitantem servasset. v. Rupert. ad Flor. p. 345.
8 Tiberio) Tib. Sempronius dicitur Liv. 21, 52 sqq.
Flor. 2, 6, 12; Aur. Vict. c. 42, 4. 9 Trebiam) amnem
Cispadanum, qui ad Placentiam *Pado* miscetur. C.
10 manum conferuit) i. e. proeliatus est. Sic supra 14,
8, 4; 17, 3, 6. 11 Ligures) populi quondam fuerant
ubi nunc est regio reipublicae Genuensis. 12 Apen-
ninum) montem, qui totam fere Italiam permeat. v.
Tab. IV. 13 Etruriam) regionem Italiae, ad mare in-
ferum sc. Tyrrhenum versam. vid. Tab. IV. *Thurscia*
quoque & *Tyrrhenia* dicta Ital. *Toscana*, cuius hodie
metropolis *Florentia*. 14 morbo oculorum) ob vernam
aeris intemperiem. Liv. 22, 2. 15 dextero aequè bene)
sc. ac antea, vel ac sinistro oculo. Liv. I, c. 3. altero oculo
capitur. Polyb. 3, 79. ἐσσηνδὴν τῆς μίας ὀφθαλμοῦ. Unde
subsecuta proelia & Romanorum clades, Silius 4,
722, appellat amissis numerosa piacula visus. C. Luscus
factus est. v. Iuvenal. 10, 158. Hinc simile oris de-
honestamentum Civilis sibi gloriae duxit, Tac. H.
4, 13, 3. conf. A. 2, 9, 2; & 3, 20, 4. de Decrio;
Gell. 27, 2, de Sertorio & Philippo Mac. 16 valetudine
preme-

premeretur, ¹⁷ lecticaque ferretur, C. Flaminium
 cos. apud ¹⁸ Trasimenum cum exercitu ¹⁹ insidiis
 circumventum ²⁰ occidit neque multo post C.
 Centenium ²¹ proprætores, cum delecta manu
 saltus occupantem. hinc in ²² Apuliam pervenit.
 Ibi obviam ei venerunt duo Consules: C. Terentius
 & L. Paulus Aemilius. Vtriusque exercitus uno ⁴
²³ proelio fugavit: Paulum consulem occidit,
 & aliquot præterea ²⁴ consulares. in his Cn.

se. adversa. Sic 26, 4, 2. valetudine premi est aegro-
 tare. 17 lectica ferretur) Sic Alexander ap. Curt. 7,
 6, 8. Scipio ap. Liv. 24, 42. conf. Val. Max. 2, 8, 2.
 18 Trasimenum) lacum Etruriae prope Perusiam. C.
 19 insidiis circumventum) De his insidiis v. Liv. 22, 4.
 C. 20 occidit) Liv. c. 1. Romanus se circumventum esse
 sensit, & c. 6. Insuper eques consulem lancea transfixit.
 C. Præterea de hac clade v. Flor. 2, 6, 13; Val.
 Max. 1, 6, 6; Cic. de N. D. 2, 3; de Div. 1, 35; Sen.
 de Ira 2, 5; Ovid. Fast. 6, 761. 21 proprætores) ita
 plane codex Ernstianus: vulgo prætores. Sed or-
 dinarios tum honores non gessisse, testis Appianus
 est Hannibaliano p. 551. ubi τινὰ τῶν ἐπιφανῶν ἰδιωτῶν
 appellat. C. conf. Liv. 22, 8. 22 Apuliam) regionem
 Italiae ad mare superum s. Adriaticum, in qua Can-
 nae, ignobilis vicus, iugenti Romanorum clade no-
 bilitatus. 13 proelio) ad Cannas Apuliae vicum C.
 De memorabili hoc proelio v. Liv. 22, 4 sqq. Flor. §.
 13; Vellei 1, 9, 3; Val. Max. 1, 1, 16; 3, 4, 4: 4, 5, 2;
 7, 4. ext. 2; 7, 6, 1; Cic. Off. 3, 32; Front. 2, 2, 7;
 Sil. lib. toto 9. 24 consulares) viros ex habitu consu-
 lari dignitate conspicuos. Tunc tres modii annulo-
 rum aureorum ab occisis collecti. v. Liv. 23, 12; Flor.
 §. 18; Plin. 33, 1.

Servilium Geminum, qui anno superiore fuerat consul.

V. Hac ¹ pugna pugnata, ² Romam profectus nullo resistente; in propinquis ³ urbis montibus moratus est. Cum aliquot ibi dies castra habuisset, & reverteretur ⁴ Capuam: ⁵ Q. Fabius Maximus dictator Rom. in ⁶ agro Falerno se ei

Cap. V. ¹ pugna pugnata) pari modo Cic. pro Muraena c. 16. ex omnibus (Pompeii) pugnis vel acerrima mihi videtur illa, quae cum rege commissa est & summa contentione pugnata. C. Sic & Plaut. Amph. 1, 1, 97. ² Romam profectus) non statim a pugna Cannensi, sed Campaniae prius fomentis & deliciis enervatus. Dubium enim non erat, quin intra quintum a pugna diem epulari in Capitolio potuisset, si eti victoria scivisset Hannibal, quemadmodum sciebat vincere. Flor. 2, 6, 19 sqq. C. Adde Liv. 23, 45; & Val. Max. 9, 1, ext. 1. ³ urbis montibus) ad flumen Anienem. Liv. 26, 10. & 11. C. Ad tertium ab urbe lapidem. v. Liv. 26, 10; Aur. Vict. l. c. Hinc proverbium: Hannibal ad portas, Cic. Phil. 1, 5; & de Fin. 4, 9. ⁴ Capuam) in urbem Campaniae. v. Tab. IV. Hinc dictum est: Capuam Hannibali Cannas fuisse, Flor. §. 21. ⁵ Q. Fab. Max. dictator) aut potius prodicator, ut Livius exponit 22, 8; quia consul, inquit, aberat, a quo uno dici posse videbatur; nec dictatorem populus creare poterat; quod nunquam ante eam diem factum erat, prodictorem populus creavit Q. Fabium Maximum. Ceterum semel monuisse satis sit, nostrum in cladibus & gestis Romanorum ab ordine & temporum ratione nonnunquam discessisse. Fabius enim prodicator fuit ante proelium Cannense. C. ⁶ agro Falerno) Campaniae feracissima vini parte inter Lirim & Vulturum. Florus 2, 6, 28. per Falernos Gauranosque saltus sic maceravit (Fabius) Hannibalem, ut, qui frangi virtute non poterat, mora comminueretur. C. Idem Fabius obie-

obiecit. Hic clausus ⁷ locorum angustiis, noctu ²
 sine ullo detrimento exercitus ⁸ se expedivit. Fa-
 bio callidissimo imperatori ⁹ verba dedit, nam-
 que ¹⁰ obducta nocte, ¹¹ sarmenta in cornibus
¹² iumentorum deligata incendit, eiusque gene-
 ris multitudinem magnam ¹³ dispalatam immisit.
 quo ¹⁴ repentino obiectu viso, tantum terro-
 rem ¹⁵ iniecit exercitui Romanorum, ut egredi
 extra vallum nemo sit ausus. Hanc post rem ³
 gestam non ita multis diebus, M. Minucium Ru-
 fum Magistrum equitum, ¹⁶ pari ac dictatorem

ideo *cunctator* dictus. Flor. *ibid.* & Aur. Vict. c. 43.
⁷ *locorum angustiis*) quas Hannibal non praeviderat, Fa-
 bius autem quatuor millibus militum occupaverat,
 ut ille ἀποδεῖς, *captus & deprehensus* esset inter Fabii
 exercitum, & fauces a Fabianis obsessas. Appian. Han-
 nib. p. 556. ⁸ *se expedivit*) evasit cum copiis salvis at-
 que integris. Sic 18, 5, 3. ⁹ *verba dedit*) *fefellit eum*
 & elusit. Phrasis ideo nata, quia eos, quos fallere
 animus est, verbis saepe circumvenire solemus. ¹⁰ *ob-*
ducta nocte) Poetica haec phrasis est, quae noctem quasi
 velum nobis proponit, quod super totum orbem exten-
 ditur, ne radios suos lumen ei immittat. Sic Curt. 8,
 13, 25. ¹¹ *sarmenta*) Appianus c. l. δᾶρας, *faces*. C.
¹² *iumentorum*) al. *invenorum*. Polybius & Livius 22, 16.
 boves vocant. ¹³ *dispalatam*) *vagantem in agris*. Vide
 supra 6, 1, 2. C. ¹⁴ *repentino obiectu*) subito spectaculo,
 specie ex improvise obiecta. ¹⁵ *iniecit*) concitavit, at-
 tulit. ¹⁶ *pari ac dictatorem imperio*) *Magister equitum*
 alias dictatori parebat. Eutrop. 1, 11. huic autem Minu-
 tio extra ordinem aequalis potestas data fuit. Polyb.
 3, 103. τότε γενέσθαι τὸ μηδέποτε γεγονός, αυτοκρά-
 τορα γὰρ κακείνον κατέστησαν, καὶ δὴ δύο δικτάτορες
 ἐγεγόνευσαν ἐπὶ τὰς αὐτὰς πράξεις. Tunc factum,
 im-

imperio, dolo ¹⁷ productum in proelium, fugavit. Ti. Sempronium Gracchum ¹⁸ iterum consulem, in ¹⁹ Lucanis absens ²⁰ in insidias inductum sustulit. M. Claudium Marcellum ²¹ quin-

quod nunquam antea. Nam & huic (magistro equitum) absolutam potestatem dederunt, atque ita duo dictatores unum bellum administrarunt. Appianus Hannib. p. 555. senatus dictatori magistrum equitum voluit ἴσον ἰχθῆν, parem potestate esse. Male autem cessit haec exaequatio. Nam ipse Minucius re male gesta ad Fabii castra se contulit & plebiscitum, quo aequata potestas fuerat, primus abrogavit. Liv. 22, 30. C. 17 productum in proelium) MSS. productum: vulgo perductum legebatur. Est autem opportuno loco in apertum perlicere, ut armis peti, capi aut caedi possit. Caesar Gall. 3, 100. longius productam, unam (navem) cepit. Dolum & insidias narrat Livius 22, 28. & maiorem cladem Hannibal Romanis intulisset, nisi mature Fabius temerario magistro equitum auxilium misisset, ut confessus fuerit Hannibal, ab se a Fabio victum. Ibidem c. 29. C. 18. Appianus Hannib. pag. 5, 76. ἀνδράποδος. C. 19. Lucanis) sc. regionibus Italiae. vid. Tab. IV. 20 in insidias inductum) per Flavium Lucanum, cui fidem habuit Ti. Gracchus, ut ex castris cum lictoribus prodiret & turma equitum, tanquam cum primoribus Itolorum, quos ille ad Romanos reditum ab Hannibale parare simulaverat, loco a conspectu amoto, collocuturus. Res absente Hannibale per Magonem gesta, qui exanimem consulem exemplo ad Hannibalem misit, ponique cum captis simul fascibus ante tribunal imperatoris iussit. Liv. 25, 16. C. 21 quinquies cons) Non solum quartum, quintum consul dicitur, quod Gellius 10, 1. commendat; verum etiam quater; quinquies. Sic ter consul Plin. 13, 12. quies

quies consulem, ²² apud Venusiam pari modo interfecit. ²³ Longum est enumerare proelia. Quare hoc unum ²⁴ satis erit dictum, ex quo intelligi possit, quantus ille fuerit. Quamdiu ²⁵ in ⁴ Italia fuit, nemo ei in acie ²⁶ restitit, nemo adversus eum post ²⁷ Cannensem pugnam in campo castra posuit.

Hic ¹ invictus patriam defensum revocatus, VI. bellum gessit adversus ² P. Scipionis filium, quem ipse primum ³ apud Rhodanum, iterum apud Padum, tertio apud Trebiam fugaverat. Cum hoc

& 16, 40. Tac. A. 14, 56, 1; & sexies consul Marius, Eutrop. 5, 2, 4. quod contra A. Schottum notamus, qui quintum reponendum putat. ²² apud Venusiam pari modo) Venusia, Horatii poetae patria, in Apulorum & Lucanorum confinio sita; par modus insidias notat a Livio 27, 26 sq. commemoratas, quibus lancea consul confixus fuit. C. ²³ longum est) nimis prolixum & mora molestum. Sic Ter. Andr. 5, 6, 13. ²⁴ satis erit) sufficiet hoc unum dixisse. ²⁵ in Italia fuit) Italiam per annos sexdecim variis cladibus fatigavit, Justin. 44, 5, 6. ²⁶ restitit) eius impetum sustinuit, aut vincendo resistere potuit. ²⁷ Cannensem) apud Cannas in Apulia habitam. v. c. 4, 4.

Cap. VI. ¹ invictus) Sic eundem vocat Cic. de Leg. Agr. c. 35. At certe a Fabio fractus, a Val. Flacco repulsus; a Graccho & Marcello fugatus, &c. v. Aur. Vict. c. 42. ² P. Scipionis filium) qui victo Hannibale subadaque Africa Africanus dictus est. ³ apud Rhodanum &c.) conf. de his pugnis cum Scip. patre & de his locis c. 4, 1. & 2. Sed filius ex Hispania in Africam profectus Carthaginenses iam pluribus proeliis vicerat.

Cornel. Nep.

Q

4 ex-

4 exhaustis iam patriae facultatibus, cupivit 5 in-
 praesentiarum bellum componere, quo valentior
 postea congredetur, in colloquium convenit,
 3^o conditiones non convenerunt. Post id factum
 paucis diebus apud 7 Zamam cum eodem con-
 fluxit: pulsus (8 incredibile dictu) biduo & dua-
 bus noctibus 9 Adrumetum pervenit, quod abest
 4 a Zama circiter 10 millia passuum trecenta. In

4 exhaustis facultatibus) consumptis diurno bello
 opibus. 5 inpraesentiarum) Iac. Perizonio ad Sanctii
 Minervam p. 117. minus placet, me Prolegom. Cur.
 Poster. de analogia vocis inpraesentiarum dubitalse;
 nam ait analogam esse & sexti casus verbum tempore.
 Cedam clarissimo amicissimoque viro, si exemplo vel
 vestigio quodam probatum fuerit, Latinos tempus prae-
 sentiarum, vel etiam tempus praesentiae dixisse, ut prae-
 sens momentum significarent. Ceterum praesidia vo-
 cis inpraesentiarum ipse in Antibarbaro & Curis Poste-
 rioribus ex Catone R. R. c. 144; Fannio apud Priscia-
 num lib. 13; Tacito A. 4, 59, 4; & Apuleio pluribus lo-
 cis, commendavi, C. 6 conditiones non convenerunt)
 i. e. de pacis conditionibus non consensit cum Scipio-
 ne. Sic Liv. 30, 40. Si conditiones convenirent pacis.
 Justin. 30, 3, 13. pax non convenit. 7 Zamam) Zama
 Numidiae urbs mediterranea, arx regni, Sallust. Jug. 56.
 & postea Iubae regia, Hirt. Afr. c. 91. quinque dierum
 itinere ab Carthagine distans, Liv. 30, 29. Pugnam Za-
 mensem describunt Polybius 15, 9 sq. & Livius 30, 32.
 fugam Hannibalis, idem cap. 35. Appianus Pun. p. 40. C.
 8 incredibile dictu) exaggerandi formula. 9 Adrumetum)
 oppidum Byzacii ad mare, ubi partem copiarum ad fru-
 menti custodiam habebat. Appian. p. 41. C. 10 millia
 passuum trecenta) τριάκιστον χιλιάς, tria millia stadia
 Appianus habet c. l. De distantia Carthaginis & Zamae

haec fuga ¹¹ Numidae, qui simul cum eo ex acie excefferant, insidiati sunt ei: quos non solum effugit, sed etiam ¹² ipsos oppressit. Adrumeti reliquos ex fuga collegit. novis ¹³ delectibus paucis diebus multos contraxit.

Cum ¹ in apparando acerrime esset occupatus, VII Carthaginenses bellum cum Romanis composuerunt. Ille nihilo secius exercitui postea praefuit, resque in Africa gessit: itemque Mago frater eius, usque ad ³ P. Sulpicium & C. Aurelium consules, ⁴ His enim magistratibus legati Carthaginenses Romam venerunt, qui senatui populoque Romano gratias agerent, quod cum his pacem fecissent, ob eamque rem ⁵ corona aurea ⁶ eos

supra ex Livio dictum: Adrumetum autem recedit a Carthagine in ortum hibernum. C. ¹¹ Numidae insidiati) Appianus c. l. dicit Brutios Hispanosque equites, fugae suae comites, timuisse, ne se victum Scipioni dederent, ut veniam praeteritorum merentes, victoris gratiam inirent. C. ¹² ipsos oppressit) qui eum opprimere conati sunt. ¹³ delectibus) delectus hic non selectionem militum, sed conquisitionem significat.

Cap. VII. ¹ in apparando) i. e. in eo, ut quaevis necessaria in bello appararet. ² bellum composuerunt) quibus conditionibus, habet Eutropius 3, 12; & plenius Livius 30, 37. C. Haec pax consentiente Hannibale facta, ut apparet ex Livii l. c. ³ P. Sulpicium & C. Aurelium) Hos consules Livius 31, 5. anno V. C. 540. ponit, quo bellum contra Philippum Macedoniae regem initum fuit. C. ⁴ his magistratibus) i. e. cum hi consulatum gererent. ⁵ corona aurea) quod signum victoriae & virtutis erat. Liv. 31, 15 Rhodiorum populus corona aurea virtutis gratia donatus. Curt. 4, 5, II.

donarent, simulque peterent, ut ⁷ *obsides eorum*
³ ⁸ *Fregellis essent, captivique redderentur.* ⁹ *His*
ex senatus consulto responsum est: ¹⁰ *munus eo-*
rum gratum acceptumque esse: obsides, quo loco
rogarent, futuros: captivos non remissuros, quod
Hannibalem, cuius opera susceptum bellum foret,
inimicissimum nomini Romano, & nunc ¹¹ *cum*
⁴ *imperio apud exercitum haberent, itemque fra-*
trem eius ¹² *Magonem.* Hoc responso Carthagini-
 enses cognito, Hannibalem domum Magonem-
 que revocarunt. Hic, ¹³ *ut rediit,* ¹⁴ *praetor factus*

Graeci decernunt ut XII. legarentur ad regem, qui coro-
 nam auream donum victoriae ferrent. C. conf. Curt. 4,
 2, 2; & Iustin. II, 10, 10. cum not. Bernegg. 6 eos)
 sc. Romanos. 7 *obsides*) Obsides centum pacis condi-
 tionibus postulaverat Scipio, suo arbitratu eligendos.
Liv. 30, 37. qui Norbae custodiebantur. Legati Car-
 thaginiensium petunt, ut a Norba, ubi parum com-
 mode essent, alio traducerentur. *Liv. 32, 2. C. 8 Fre-*
gellis) Fregellas Campaniae five novi Latii mediter-
 raneum oppidum. nominatim custodiae obsidum desi-
 gnantur. C. 9 *his*) legatis Carthaginiensium. 10 *mu-*
nus) coronae aureae donum. 11 *cum imperio*) nam
 praefuit exercitui & res publice administravit. vid. n. I.
 12 *Magonem*) Nostro frater Hannibalis superstes est &
 heic, & c. 8. At Livio 30, 19. in Insubria vulneratus,
 & ex vulnere circa Sardiniam mortuus. C. 13 *ut re-*
diit) scil. Carthaginem post sex & triginta annos, quam
 inde parvus cum patre exierat. Oros. 4, 19. 14 *Prae-*
tor factus est) Praetor nostro civilis magistratus est, quia
 ab exercitu revocatus Hannibal praetor fit. quos au-
 tem binos reges vocat, aliis sunt consules, indigeno ser-
 mone *suffetes*, quod ex Ebraeo Schophet (iudex) est.
Livius 30, 7. Senatum suffetes, quod velut consulare
 est,

est, postquam ¹⁵ rex fuerat ¹⁶ anno secundo & vigesimo. Ut enim Romae consules, sic Carthagine quotannis annui bini reges creabantur. In ⁵ eo magistratu pari diligentia ¹⁷ se Hannibal prae-
buit, ac fuerat in bello. namque effecit, ex
novis ve^osigalibus non solum ut esset pecunia,
quae Romanis ¹⁸ ex foedere penderetur, sed etiam
superesset, quae in aerario poneretur. Deinde, ⁶
anno post praeturam, Marco Claudio, Lucio Fu-
rio cons. Romani legati Carthaginem venerunt.
Hos Hannibal ¹⁹ sui exposcendi gratia missos ra-
tus, priusquam his ²⁰ senatus daretur, ²¹ navem
conscendit clam, atque in Syriam ad Antiochum

imperium apud eos erat, vocaverunt. Festus (aut Paulus Diac.) Suffes Consul lingua Poenorum. C. Livio quoque 28, 38. Suffetes summus Poenis est magistratus. Adde Sen. de Tranqu. an. c. 3. & Bernegg. not. ad Iust. 31, 2, 6. βασιλεῖς etiam dixit Aristoteles Polit. 2, 9. 15 rex fuerat) improprie talis, ut apud Lacedaemonios. Rectius Consulem vocat Iustinus l. c. 16 anno) scilicet aetatis suae. 17 se praebuit) fuit, & res domi administrandas gessit, ut praetor. 18 ex foedere penderetur) solveretur, prout Scipio imperaverat. v. Liv. 30, 16. 19 sui exposcendi gratia) ideo, ut poscerent a senatu, ut captivus tradatur, conf. 2, 8, 5. 20 senatus daretur) i. e. dies constitueretur convocatum senatum adeundi mandataque sua exponendi. 21 navem conscendit) Plinius enarrat Livius 33, 47 & 48: Iust. 31, 2. C. Suorum insidiis petitus profugit Tyrum, exceptusque omni genere honorum Antiochiam navigavit. Regem inde profectum Ephesi est consecutus & ab eo velut Deorum munus exceptus est. v. Iust. 31, 3, 5. Quam facere irriferit regis stultitiam v. ap. Gell. 5, 5.

profugit. Hac re palam facta Poeni naves duas, quae eum comprehenderent, si possent consequi, miserunt: bona eius publicarunt: domum ²² a fundamentis disiecerunt, ipsum exulem iudicarunt.

VIII. At Hannibal anno tertio, postquam ¹ domo profugerat, L. Cornelio, Quinto Minucio cons. cum quinque navibus ² Africam accessit, in finibus ³ Cyrenaeorum, si forte Carthaginenses ad bellum, Antiochi spe fiduciaque ⁴ inducere posset: cui iam persuaserat, ut cum exercitibus ⁵ in Italiam proficisceretur. ⁶ Huc Magonem fratrem ² excivit. Id ubi Poeni resciverunt, ⁷ Magonem ea-

²² a fundamentis) i. e. funditus, cons. 20, 3, 3. Sic M. Flacci & Saturnini penates ab imis fundamentis eruti, Val. Max. 6, 3, 1. Notum est Aequimelinum. Liv. 4, 16. v. de hac poena proditorum & seditiosorum Piccarti observ. Dec. 3, 1.

Cap. VIII. ¹ domo) ex patria urbe, Carthagine. ² Africam accessit) Nihil de hoc accessu Livius aut Appianus, quin potius uterque affirmant, ille 34, 60; hic Syr. p. 147. ne ausum quidem de hac re litteras Carthaginem mittere. Alios ergo auctores noster, alios Livius & Appianus secuti sunt. C. ³ Cyrenaeorum) Cyrenae urbs praecipua regionis pentapolitanae in Africa ex opposito Peloponnesi. ⁴ inducere) permoveere per Aristonem Tyrium, quem Carthaginem miserat, ut societatem Antiochi offerret. v. Liv. 34, 60. ⁵ in Italiam) Negabat opprimi Romanos nisi in Italia posse. Iustin. 31, 3, 7. ⁶ Huc) scil. in fines Cyrenaeorum. ⁷ Magonem) Aut verum hoc nomen non est, aut eiusdem nominis duo fuerunt fratres, quorum prior antea occisus, v. 7, 4. & ibi notata.

dem

dem, qua fratrem, poena affecerunt. ⁸ Illi desperatis rebus cum solvissent naves, ac vela ventis dedissent, Hannibal ad Antiochum pervenit. de Magonis interitu duplex memoria prodita est. Namque alii naufragio, alii a servis ipsius interfectum eum, scriptum reliquerunt. Antiochus autem si tam ⁹ in agendo bello parere voluisset consiliis ¹⁰ eius, quam in suscipiendo instituerat, ¹¹ propius ¹² Tiberi quam ¹³ Thermopylis, ¹⁴ de summa imperii dimicasset. quem etsi multa ¹⁵ stulte conari videbat, tamen ¹⁶ nulla

⁸ illi) Hannibal & Mago. ⁹ in agendo bello) gerendo, administrando. Infolens sermo Latino videtur, qui fortasse gerendo legendum putat. Sed salva res nec extra usum Latinorum. Ovid. Art. am. i. v. 182. *bellaque non puero tractat agenda puer.* Gratius Cyneget. v. 334. *Quod nisi & accessus, & agendi tempora belli Noverit.* Eutrop. 2, 5. *bellam cum Samnitibus per annos novem & XL. actum: & 6, 7. Haec duo bella Luculli agebant.* ¹⁰ eius) Hannibalis. ¹¹ propius Tiberi &c.) quippe Hannibalis una atque eadem semper sententia erat, ut in Italia bellum gereretur, Liv. 34, 60. quod cum negligeret Antiochus, Graeciam eligens belli sedem; factum est, ut apud Thermopylas vinceretur. Idem 36, 15 & 18. Flor. 2, 8, 11. C. ¹² Tiberi) fluvio Italiae Romam alluenti. ¹³ Thermopylis) angusta via in Boeotia. v. Tab. II. Ibi in proelio insignis exstitit M. Catonis virtus, de qua praeter Livium Plutarchus in eius vita. ¹⁴ de summa) sc. potestate, i. e. de imperio. ¹⁵ stulte conari) dementi ratione suscipere. Exemplum eius rei vide apud Gellium 5, 5. ¹⁶ nulla def. in re) i. e. ubique constanter Antiocho adhaesit sua opera.

- 3 deseruit in re. Praefuit paucis navibus, quas ex Syria iussus erat in Asiam ducere, hisque adversus ¹⁷ Rhodiorum classem in ¹⁸ Pamphylia mari confligit. ¹⁹ Quo cum multitudine adversariorum ²⁰ sui superarentur: ipse, ²¹ quo cornu rem gessit, fuit superior.
- IX. ¹ Antiocho fugato, verens, ² ne dederetur, quod sine dubio accidisset, ³ si sui fecisset potestatem, ⁴ Cretam ad Gortynios venit, ut ibi, quo se con-
² ferret, consideraret. Vidit autem vir omnium

¹⁷ Rhodiorum) Rhodus insula maris mediterranei Asiam minorem alluentis v. Tab. III. ¹⁸ in Pamphylia mari (Sc.) Pamphilia regio minoris Asiae, huic mari nomen dedit. De hac pugna navali vide Livium 37, 23. C. ¹⁹ quo) in quo proelio. ²⁰ sui) Hannibalis milites. ²¹ quo cornu (Sc.) cornu sinistro Hannibal; dextro Apollonius, unus purpuratorum praeerat. Liv. c. l. C.

Cap. IX. ¹ Antiocho fugato) Ex Asia in Syriam reiectus dicere est solitus: *benigne sibi a populo Rom. esse factum, quod nimis magna procuratione liberatus modicis regni terminis uteretur.* Cic. pro Deiot. c. 13; Val. Max. 4, 1. ext. 9. ² ne dederetur) quia conditionibus pacis, a Romanis datae, etiam haec adiecta erat, *sut Hannibalem, concitatore belli, rex dederet.* Liv. 38, 38. extr. Eutrop. 4, 2. C. ³ si sui fecisset potestatem) wenn er sich hätte fangen lassen. ⁴ Cretam ad Gortynios) Gortyna insulae Cretae urbs, olim cum primis poteas, sita XC. stadiis a mari Africo, Strab. 10. p. 329. - atque ita in mediterraneo. Plin. 4, 12; ut tamen vergat πρὸς νότον, in austrum sive partem insulae anstralem, Scylax peripl. p. 18. Plinius & Scylax tribus syllabis Gortyna scribunt: Stephanus Byzantius duabus Gortyn, & Homerus Iliad. B. v. 646. Οἱ Κνωσσοῦ τ' εἶχον. Γόρτυνά τε τριχίεσσαν. C.

callidissimus, magno ⁵ se fore periculo, nisi quid
⁶ providisset, propter avaritiam ⁷ Cretensum,
⁸ magnam enim secum pecuniam portabat, de ³
 qua sciebat ⁹ exisse famam. Itaque capit tale con-
 siliū: ¹⁰ amphoras complures complet plum-
 bo: ¹¹ summas operit auro & argento. Has ¹² Gor-
 tyniis praesentibus deponit in ¹³ templo Dia-
 nae; simulans, se suas ¹⁴ fortunas illorum fidei
 credere. His in errorem ductis, statuas aeneas,
 quas secum portabat, omnes sua pecunia com-
 plet, easque in ¹⁵ propatulo domi abiicit. Gor-⁴
 tynii templum magna cura custodiant, non tam

^{5 se fore periculo}) sibi infidias futuras. ^{6 providisset})
 cavisset. *Providere* enim, quod membranae habent pro
 vulgato *praevidere*, est cavere, ut in illo Terentii, quae
 si non astu providentur, Andr. 1, 1, 3. Phorm. 1, 4, 5. C.
 Adde Cic. fam. 9, 19. ^{7 Cretensum}) His Cretae incol-
 lis varia obiciuntur vitia; quod sint *perfidii*, mendaces,
 ignavi, rapaces &c. de quibus & Paulus ad Tit. 1, 22.
^{8 magnam pecuniam}) ingens auri & argenti pondus.
 Sic 7, 9, 2. ^{9 exisse famam}) rumorem sparsum esse.
 Sic 17, 2, 1. & in turbam exisse 14, 6, 2. ^{10 amphoras})
 i. e. vasa, duas ansas habentes. ^{11 summas}) summi-
 tatem s. superiorem partem amphorarum intelligit.
^{12 Gortyniis}) civibus orbis Gortynae, in MS. est *prae-*
sentibus principibus, sc. illius urbis, non male. ^{13 tem-}
^{plo Dianae}) Mos pecuniam propter securitatem reli-
 gionis in templis affervare. Supra 3, 3, 1. CCCCLX.
talenta quotannis Delum sunt collata. Cic. de Leg. 2,
 16. *Atheniensis Clisthenes Iunoni Samiae, cum rebus*
imeret suis, filiarum dotes credidit. C. Adde Caes. 13.
 C. 1, 6; 2, 18; 3, 23 & 105. ^{14 fortunas}) opes a for-
 tuna concessas. ^{15 in propatulo}) Propatulum aper-
 tus & incustoditus locus. adde Plin. epist. 1, 8. Cic.

¹⁶ a ceteris, quam ab Hannibale, ne quid ille ¹⁷ inscientibus his, tolleret, ¹⁸ secumque portaret.

X. Sic conservatis suis rebus ¹ Poenus, illis Cre-
tensibus omnibus, ad ² Prusiam in Pontum perve-
nit. apud quem ³ eodem animo fuit erga ⁴ Ita-
liam, neque aliud quidquam egit, quam regem
² armavit & ⁵ exercuit adversus Romanos. Quem
cum videret ⁶ domesticis rebus minus esse robu-
stum (conciliabat ceteros reges), ⁷ adiungebatque
³ bellicosas nationes. ⁸ Dissidebat ab eo ⁹ Perga-

Verr. de Signis c. 49 *Ante aedem Cereris in aperto ac propatulo loco signa duo sunt. C. 16 a ceteris) i. e. ad-
versus ceteros cives, vor den übrigen. 17 inscientibus
his) ignorantibus principibus civitatis. 18 secumque
portaret) ac secum (uti est 18, 12, 4.) auferret. Aliqui
legunt asportaret*

Cap. X. ¹ Poenus) i. e. Carthaginensis Hannibal, no-
men gentile pro proprio per Metonymiam ponitur.
² Prusiam in Pontum) in Bithyniam, regionem Ponto
Euxino adiacentem. Inscriptio vetus de Pinnio, Bi-
thyniae praefide, apud Gruter. f. 454. LEGAT. PRO.
PRAET. PROVINC. PONTI CONSULARI POTES-
TATE. De Bithyniae autem regibus Historiam no-
stram Antiquam, si placet, inspicias. C. De Prusia
autem conf. Val. Max. 3, 7. ext. 6; Justin. 32, 4, 5;
Cic. de Divin. 2, 24. ³ eodem animo) i. e. aequae hostili
ac apud Antiochum. ⁴ Italiam) Romanos Italiam in-
colentes. ⁵ exercuit) Ita meliores libri: alii excitavit.
Est autem exercuit idem, quod longo otio inluctum
bellis, ad exercitum reduxit, eoque firmare insti-
tuit. C. ⁶ domesticis rebus) copiis, quas ipse domi suae,
vel in regno suo habebat; & contra distinguuntur ex-
ternis, quae ab aliis regibus petuntur. ⁷ adiungebat)
sc. ad societatem, vel ad amicitiam, uti additur 7, 5, 6.
⁸ dissideret ab eo) adversabatur Prusiae, *er war mit
ihm uneins.*

menus

menus rex Eumenes, ¹⁰ Romanis amicissimus, bellumque ¹¹ inter eos gerebatur & mari & terra, quo magis cupiebat eum Hannibal opprimi. sed ¹² utrobique Eumenes plus valebat propter ¹³ Romanorum societatem: quem si removisset, faciliora sibi cetera fore arbitrabatur. ad hunc interficiendum ¹⁴ talem iniit rationem. Classe ⁴ paucis diebus erant ¹⁵ decreturi; ¹⁶ superabatur navium multitudine. ¹⁷ dolo erat pugnandum, cum ¹⁸ par non esset armis. Impe-

9 Pergamenus rex Eumenes) Eumenes Attali senioris filius: minoris pater: Philadelphi Attali frater. Horum regnum erat in citeriore Asia, in Lydia maxime & Ionia, regia sedes Pergami. Vide Hist. Antiqu. C. 10 Romanis amicissimus) Socium & commilitonem populi Rom. vocat Florus 2, 20, 2; Φιλορωμαϊόν Plutarchus in Catone. conf. Val. Max. 2, 2, 1. 11 inter eos) sc. Regem Bithynum & Pergamenum. 12 utrobique) & mari & terra. Sic Iust. 20, 2, 8; & 31, 7, 3. 13 Romanorum societatem) Pergameni reges amici & socii Romanorum. Ipse Eumenes apud Livium 36, 53. in senatu dixit, *vetustissima domus nostrae vobiscum amicitia*. Eluxit illa in bello contra Antiochum, ubi Eumenes Romanos egregie adiuvit, etiam amplissimis donis vicissim ab illis donatus fuit, Liv. 38, 39. C. 14 talem iniit rationem) talem modum agendi, tale consilium aggressus est. 15 erant decreturi) Ita Schotti, Gifanii, Savaronis codd. & ed. Ultraiect. amplectuntur, Bosius & Schefferus, vulgo *decertaturi*. Proelii autem notio in verbo *decernere* supra c. 4. fuit explicata. C. 16 superabatur) sc. Ponticus rex & eius amicus Hannibal pauciores naves habebat. 17 dolo erat pugnandum) dolo an virtus, quis in hoste requirat, Verg. Aen. 2, 390. conf. Grot. I. B. & P. 3, 1, 6. 18 par non esset) inferior esset vi armata.

ravit quam plurimas ¹⁹ venenatas serpentes vivas
 5 colligi, easque in vasa fictilia conici. Harum
 cum ²⁰ confecisset magnam multitudinem, die
 ipso, quo facturus erat navale proelium, ²¹ classia-
 rios convocat, hisque praecipit, *omnes ut in unam*
Eumenis regis concurrant navem, ²² *a ceteris tan-*
tum satis habeant se defendere. id facile illos ser-
pentium multitudine consecuturos. ²³ *Rex autem*
qua nave veheretur, ut scirent, se facturum; quem
si aut cepissent, aut interfecissent, ²⁴ *magno his*
pollicetur praemio fore.

XI. Tali cohortatione militum facta, classis ab
 utrisque in proelium deducitur. ¹ quarum acie
 constituta priusquam ² signum pugnae daretur,
 Hannibal, ³ ut palam faceret suis, quo loco Eu-
 menes esset, tabellarium in scapha cum ⁴ caduceo

¹⁹ *venenatas serpentes*) Frontinus, qui hoc inter stra-
 tagemata refert, 4, 7, 10. *vascula viperis plena* appel-
 lat. C. Alii alias feras venenatas fuisse ferunt. *Ser-*
pens alias masculino genere, hoc loco foeminino po-
 nitur. ²⁰ *confecisset*) collegisset, comparasset. ²¹ *claf-*
farios) milites e navibus pugnatorios. ²² *a ceteris*) sc.
 navibus, rege oppresso facile turbandis & perdendis.
²³ *rex autem*) Ordo h. l. talis est: *se autem facturum,*
ut scirent, qua nave veheretur. ²⁴ *magno praemio fore*)
 i. e. magnam se praemium daturum. Ita 4, 4, 6.

Cap. XI. ¹ *quarum*) scil. classium, sive navium in utra-
 que classe. ² *signum pugnae*) sc. navalis, cuius initium
 statim conspecto signo sequebatur. v. Lips. de Mil. Rom.
 4, 13. ³ *ut palam faceret*) ut aperiret, ut manifesta-
 ret, declararet. ⁴ *caduceo*) signo legationis. Nonius
 12, 37. ex Varrone interpretatur *signum pacis*. Formam
 mittit:

mittit: qui ubi ad naves adversariorum pervenit, epistolam ostendens, se regem ⁵ professus est quae-
 rere. Statim ad Eumenem deductus est, quod ²
 nemo ⁶ dubitabat aliquid de pace esse scriptum.
 Tabellarius, ducis nave ⁷ declarata suis, eodem, ³
 unde ierat, se recepit. At Eumenes, ⁸ soluta epi-
 stola, nihil in ea reperit, nisi quod ad irridendum
⁹ eum pertineret. cuius etsi causam mirabatur,
 neque ¹⁰ reperiebatur, tamen proelium statim
 committere non dubitavit. Horum in concursu ⁴
 Bithyni, Hannibalis ¹¹ praecepto, universi navem
 Eumenis adoriuntur: ¹² quorum vim cum rex su-

ita Plinius 29, 3. delineat: *exterae gentes caduceum in
 pacis argumentis circumdata effigie angulum fecerunt, ne-
 que enim cristatos esse in caduceo mos est.* Adde Macrob.
 Sat. 1, 19. Glossarium Philoxeni: *Caduceum (&) hic ca-
 ducens κρηύχιον, ὁ βασάλιστον οἱ πρέσβεις.* Ex hac voce,
 aut potius Siculae & Tarantinae dialecti κρηύχιον, de-
 rivant plerique *caduceum*, R. & D. permutatis. C.
 Defigebatur plerumque in proca navis. v. Scheffer. de
 Mil. navali p. 335. ⁵ *professus est*) palam dixit. ⁶ *du-
 bitabat*) post hoc verbum noster saepe infinitivo usus
 est, pro quo hic dici poterat: *quin aliquid esset scriptum.*
 Sic statim iterum §. 3. ⁷ *declarata suis*) i. e. monstra-
 ta s. palam facta militibus Bithynicis. ⁸ *soluta episto-
 la*) cum vincula, quibus colligata erat, laxasset. conf.
 Salmaf. Specim. confut. Herald. c. 19. ⁹ *eum*) Pote-
 rat dicere *ad irridendum se*. Sic supra c. 9, 4: *ne quid
 ille, inscientibus his. tolleret*, id est, se inscientibus.
 Lambin. C. ¹⁰ *reperiebatur*) sc. causa ulla missae epi-
 stolae. ¹¹ *praecepto*) i. e. secundum id, quod praece-
 perat Hannibal. ¹² *quorum vim*) Bithynorum vehe-
 mentem impetum.

stinere non posset, ¹³ fuga salutem petiit: quam consecutus non esset, nisi ¹⁴ intra sua praesidia se recepisset, quae in proximo littore erant collocata.

5 Reliquae Pergamenae naves cum adversarios ¹⁵ premerent acrius, repente in eas vasa fictilia, de quibus supra ¹⁶ mentionem fecimus, ¹⁷ conici coepta sunt: ¹⁸ quae iacta initio risum pugnantibus excitarunt, neque quare id fieret, poterat intelligi.

6 postquam autem naves completas conspexerunt serpentibus, ¹⁹ nova re perterriti, cum, quid potissimum vitarent, non viderent, ²⁰ puppes avertunt. seque ad sua castra nautica ²¹ retulerunt. Sic Hannibal consilio arma Pergamenorum superavit: neque tum solum sed saepe ²² alias ²³ pedestribus copiis pari prudentia pepulit adversarios.

¹³ fuga salutem petiit) *er hat sich retiriret.* ¹⁴ intra sua praesidia) *ad pedestres copias in littore collocatas, quae persequentes Bithynos & propius accedentes missilibus arcebant. C. Mox §. 6. castra nautica vocat.* ¹⁵ premerent) *urgerent, persequerentur, auf dem halse waren.* Sic 13, 3, 1. ¹⁶ supra) paullo ante e. 10, 4. Haec vasa Iustinus 32, 4, 6. *fictiles lagenas* vocat. ¹⁷ conici coepta sunt) *idem est ac conici coeperunt.* Sic saepe nosier 13, 3, 1; 15, 7, 1. ¹⁸ quae iacta &c.) *cum frangi cernerent Pergameni, ludum iocumque arbitrati riserunt.* ¹⁹ nova re) *singulari hoc strategemate.* ²⁰ puppes) *imo proras avertunt, inquit Lambinus, qui fugiunt. Sed quidni puppes, cum celeriter velent recedere. vid. Gronov. Observ. 4, 25.* ²¹ retulerunt) *receperunt se, ut modo Eumenes, ad sua praesidia.* ²² alias) *alio quoque tempore, & aliis in locis.* ²³ pedestribus) *terrestribus, peditatu & equitatu. conf. 9, 1, 1.*

Quae

Quae dum in Asia geruntur, accidit casu, ut le. XII. gati ¹ Prusiae Romae apud ²L. Quintium Flamini- num consulem coenarent, atque ibi de Hannibale mentione facta, ex his unus diceret, eum in Pru- siae regno esse. Id postero die Flaminius ³ senatui ² detulit. ⁴ Patres conscripti, qui Hannibale ⁵ vivo nunquam se sine insidiis futuros existimabant, le- gatos in Bithyniam miserunt, in his Flamini- num, qui a rege peterent, ne ⁶ inimicissimum ³ suum se- cum haberet, sibi que ut dederet. His Prusias ne- ³ gare ⁷ ausus non est. illud recusavit, ne id a se fieri postularent, quod ⁸ adversus ius hospitii esset:

Cap. XII. ¹ Prusiae) regis Bithyniae. ² L. Quintium Flamini- num) Liv. 39, 51; Plutarchus in Flamini- no p. 380; & Eutropius 4, 4. Titum hunc postea legatum praenomine appellant; adde Aur. Vict. c. 51. Bosius tamen intelligi vult alterum Flamini- num, praenomine Lucium. Cetera Flamini- num, quod plebeiae gentis no- men erat. C. ³ senatui detulit) id est, ad senatum. Nam etiam tertio casui hac notione iungitur Iustinus 1, 5, 2. ⁴ parentibus puerorum querela est regi delata. conf. Idem 9, 6; 7. Et Tac. 13, 43, 1. Nec deerant qui haec iisdem verbis, aut versa in deterius Senecae deferrent. quod con- tra Lambinum notandum, qui legendum putat ad sena- tum. C. ⁴ Patres) Senatores Romani, quorum solen- nis ille titulus est. ut patres vocentur. conf. Liv. 2, 1. ⁵ vivo) so lange Hannibal im leben. Romani eum pro- igue habebant, cui abisset nihil, nisi qui eum exci- taret. v. Plut. in Flamin. c. 37; & Bernegg. in Iustin. 31, 2, 8. ⁶ inimicissimum) maximum inimicum Han- nibalem. Sic Cic. pro Mil. c. 9. Contra intimus est amicus coniunctissimus supra 10, 1, 3. ⁷ ausus non est) propter potentiam Romanorum; quos nec potuit tuto, nec voluit offendere C. ⁸ adv. ius hospitii) quia in- violabiles hospites, utpote artissimo amicitiae genere
ipfi

ipsi si possent, comprehenderent: locum ubi esset, facile inventuros. Hannibal enim uno loco se tenebat in ⁹ castello, quod ei ab rege datum erat muneri: idque sic aedificarat, ut in omnibus partibus aedificii, ¹⁰ exitus haberet, semper verens, ne ⁴ ¹¹ usu eveniret, quod accidit. Huc eum legati Romanorum venissent, ac ¹² multitudine domum eius circumdedit, ¹³ puer ab ianua prospiciens Hannibali dixit, plures praeter consuetudinem

coniuncti. Sic Piso abnuit caedem Neronis apud Tacitum 15, 51, 2. invidiam praetendens, si sacrae mensae diique hospitales caede qualiscunque principis cruentarentur. C. conf. supra 2, 8, 3. ⁹ castello) quod in finibus Nicomediensium, Eutrop. 4, 2. aut in fabuloso loco erat Bithyniae iuxta mare (τόπος θινώδης ἀπὸ θαλάσσης) Plutarch. in Flaminio p. 381. castello, aut proximo vico, nomen Libyssae erat, ibidem: ni id nomen πιδίς, regionis sive campi fuit, Appian. Syr. p. 150. Oraculi inde ambiguitas notatur, qua mortis locum Hannibali praedixisse fertur apud Plutarchum & Appianum: Λίβυσσα κρύψει βάλος, Ἀνίβη δέμας. C. ¹⁰ exitus) ianuas, fores, per quas pateret exitus, si se subducere vellet. ¹¹ usu eveniret) accideret. Usus idem notat, quod experientia. Dicitur alias usu venire, quod notius est: hoc vero usu evenire rarius. ¹² multitudine) i. e. armatis sive militibus a Prusia acceptis. ¹³ puer ab ianua) Pignorius, Dilherrus, aliique haec ita coniungunt, ut ab ianua non a verbo prospicere, sed a voce puer pendeat, sitque puer ab ianua ianitor, sive ut Gellius 12, 10. loquitur, claustritimus, qui claustris ianuae praefllet. Praepositionem itaque eam vim habere, quam habet in formulis a pedibus, ab epistolis, a manu, a bauto vel expresso servi vel simili vocabulo: Alii haec verba simpliciter cum prospiciens componunt. C.

armatos ¹⁴ apparere, qui imperavit eis, ut omnes fores aedificii circumiret, ac propere sibi renuntiaret, num eodem modo undique ¹⁵ obsideretur. Puer cum celeriter, ¹⁶ quid esset, renunciasset, ⁵ ¹⁷ omnesque exitus occupatas ostendisset: sensit id non fortuito factum, sed ¹⁸ se peti, neque sibi diutius vitam esse retinendam, quam ne ¹⁹ alieno arbitrio dimitteret, memor pristinarum virtutum, ²⁰ venenum, quod semper ²¹ secum habere consueverat, sumsit.

Sic vir fortissimus, multis variisque ¹ perfun- XIII.
ctus laboribus, ² anno ³ acquievit septuagesimo.

¹⁴ apparere) conspiciendos esse, adesse. ¹⁵ obsideretur) an omnes exitus ab armatis custodirentur, ut elabi non posset. ¹⁶ quid esset) quomodo se res haberet, quidque ageretur. ¹⁷ omnes exitus occupatos) obseptos. Lege Livium 39, 51. C. ¹⁸ se peti) sibi paratum iam esse exitium: man gehe auf ihn loss. Sic. 2, 2, 6. ¹⁹ alieno arbitrio) P. Syrus: *Bis emori est alterius arbitrio mori.* Hanc contumeliam omni cruciatu acerbiorum putarunt viri fortes. De Sexto Pompeio v. Flor. 4, 8, 4. Adde Vellei. 2, 22. de Q. Catulo. ²⁰ venenum sumsit) Livius c. l. *exsecratus in caput regnumque Prusiae, & hospites deos, violatae ab eo fidei testes, invocans, poculum exhausit.* C. conf. Val. Max. 9, 2. ext. 2. ²¹ secum) sub annuli gemma servasse dicitur. Alias opiniones de morte eius refert Plutarchus.

Cap. XIII. ¹ perfunctus) defatigatus in Italia, domi & in exilio, nachdem er viel Arbeit überstanden. ² anno septuagesimo) LXV. pro LXX. reponendum esse Bosius suspicatur. Si enim aetas eius ab anno nono in Hispania & Italia transacta cum consulibus a pace inita usque ad obitum committitur, numerus annorum emer-

Qui

Quibus consulibus interierit, non convenit. nam
 4 Atticus Marco Claudio Marcello, Q. Fabio La-
 beone Cos. 5 mortuum in annali suo scriptum re-
 liquit. At Polybius L. Aemilio Paulo & Cn. Bae-
 bio Tamphilo; Sulpicius autem, P. Cornelio
 2 Cethego, M. Baebio 6 Tamphilo. Atque hic tan-
 tus vir tantisque bellis 7 districtus, nonnihil tem-
 poris tribuit 8 litteris. namque aliquot eius libri
 sunt, 9 Graeco sermone confecti. in his ad Rho-
 dios de 10 Cn. Manlii Vulsonis in Asia rebus ge-
 3 stis. 11 Huius bella gesta multi 12 memoriae pro-
 diderunt: sed ex his duo, qui cum eo in castris
 fuerunt simulque vixerunt, quamdiu fortuna

git, qui minor est septuagenario. C. 3 acquievit) post
 laboriosam vitam exspiravit. Sic Val. Max. 9, 12. exi. 1.
 exoptata securitate acquievit. C. 4 Atticus) Pomponius
 Atticus inter alia studia etiam historiarum conditor.
 Cic. ad eundem 12, 23. quibus consulibus Carneades,
 & ea legatio Romam venerit, scriptum est in tuo annali,
 & in Orat. c. 34. laborem nobis Attici nostri levavit la-
 bor, qui annorum septingentorum memoriam uno libro
 colligavit. C. 5 mortuum) adeoque A. V. C. 571. Insi-
 gnis hic annus trium toto orbe maximorum imperatorum
 mortibus fuit; sc. Hannibalis, Philopoemenis & Scip.
 Africani. Iust. 32, 4, 9. 6 Tamphilo) sc. Cos. qui omnes
 annorum immediate sequentium consules fuerunt,
 ut ex Cassiodori Chronicis patet. 7 districtus) diversis
 locis occupatus. 8 litteris) studiis. Dio Cassius in
 Excerpt. Peiresc. p. 592. de Hannibale, in multa Phoe-
 nicia & Graeca doctrina exercebatur. 9 Graeco sermone con-
 fecti) graece scripti. 10 Cn. Manlii Vulsonis) qui Gallo-
 graeciam post bellum Antiochium domuerat. Liv. 38,
 12 & 20 sq. C. Adde Aur. Vict. Vir. ill. c. 55. 11 huius)
 Hannibalis. 12 memoriae prodiderunt) conscripserunt.

passa est, ¹³ Silenus, & ¹⁴ Sosilus Lacedaemonius. Atque hoc Sosilio Hannibal litterarum Graecarum ¹⁵ usus est doctore. Sed nunc tempus est huius libri facere finem, & ¹⁶ Romanorum explicare imperatores; quo facilius ¹⁷ collatis utrorumque factis, qui viri praeferendi sint, posset iudicari. 4

XXIV.

M. PORCIUS CATO.

Ex libro posteriore Cornelii Nepotis.

ARGUMENTVM.

1. Cato adolescens in Sabinis versatus, dein Romam deductus in foro esse coepit. Militiam secutus Marcelli

¹³ Silenus) vulgo Philanius, ignoto nomine, Vossius Hist. Graec. 1, 17. Philinus Agrigentinus genere, scriptor belli Punici primi, teste Polybio 1, 14. & 15; & Diodoro eclog. lib. 23. & 24. Sed quia non aequae constat, Hannibalis res eundem persecutum esse, Bosius mavult, Silenus, de quo Cicero de Divin. 1, 24. ait: *is diligentissime res Hannibalis persecutus est.* C. Meminit eiusdem Liv. 26, 49. v. Voss. Hist. Gr. p. 413.

¹⁴ Sosilus Lacedaemonius) Sosilus quidem res Hannibalis scripsit, incertum autem, an fuerit Lacedaemonius. Diodorus Sic. eclog. lib. 26. Σώσιλος ὁ Ἴλιος τὰ περὶ Ἀνίβαλ ἔγραψε ἐν βιβλίοις 7. Sosilus Hannibalis res libris 7 scripsit. Hunc plebeium & sine iudicio scriptorem censet Polybius 3, 20. C. ¹⁵ usus est doctore) habuit hunc praeceptorem Graecae linguae. ¹⁶ Romanorum Imperatores) Hic liber παράλληλος, ex quo Catonis vita non tam transumpta quam excerpta est, hodie non exstat. De Attico vero peculiare opus est. ¹⁷ collatis &c.) comparatione instituta inter Graecorum & Romanorum facta.

in Sicilia; Neronis in Italia, fortiter apud Senam pugnavit. Inde quaestor, aedilis, praetor, Etruriam Romanam adduxit. 2. Consul Hispaniam sortitus est, unde frustra illuc Africanus voluit depellere: censura graviter functus, per omnem aetatem inimicitias reipublicae causa suscepit: 3. Bonus agricola, iuris consultus, imperator, orator, quamlibet senior litterarum studia arripuerat. Scripsit orationes & historias, quibus originem & bella P. R. nec non miranda Italiae & Galliae persecutus est. Plura de illo Nepos libro singulari.

I. **C**ato ortus ¹ municipio ² Tusculo, adolescentulus, priusquam ³ honoribus operam daret, versatus est in ⁴ Sabinis, quod ibi ⁵ heredium a

* Ex libro posteriore) Haec in Gebhardi & Boecleri posteriore apparent, an ex MSS. sumpta, incertum: hoc autem certissimum ex fine Hannibalis, illo duce clausum fuisse priorem librum de exteris imperatoribus. C.

Cap. I. ¹ municipio) urbe iuri Romano subiecta. ² Tusculo) oppido Latii v. Gell. 16, 13. Tullius Planciana c. 8. Tusculum antiquissimum municipium vocat. Ibidem, nam quando vides, Tusculanum aliquem de M. Catone, illo in omni virtute principe, gloriari? Interpretes Ciceronis Val. Max. 3, 4. Nomen suum, inquit, Tusculi ignobile, Romae nobilissimum Cato reddidit. C. Adde Vellei. 2, 128, 2. cum not. Boecl. ³ honoribus operam daret) eo allaboraret, ut honores consequeretur. ⁴ Sabinis) populis mediae Italiae. v. Tab. IV. Gens ponitur pro regione. Sic in Lucanis 23, 5, 3 in Hirpinis Vellei. 2, 68, 3. ⁵ heredium) Festus Pompeius, Heredum, inquit, praedium parvulum. Varro R. st. 1, 10. Antiquus noster ante bellum Punicum pendebat quina ingera, quod a Romulo primum divisa diceban-

patre

patre relictum habebat. Hortatu ⁶ L. Valerii ² Flacci, quem in consulatu ⁷ censuraque habuit collegam, ut M. ⁸ Perpenna Censorinus narrare solitus est, Romam demigravit: ⁹ in foroque esse coepit. ¹⁰ Primum stipendium meruit annorum ¹¹ decem septemque. Q. Fabio Maximo, M. Claudio Marcello Coss. ¹² tribunus militum in Sicilia fuit. Inde ut rediit, ¹³ castra secutus est ¹⁴ C. Claudii Neronis, magnique eius opera aesti-

virum: quae quod heredem sequerentur, heredum appellarunt. C. 6 L. Valerii Flacci) Plutarchus in Catone post initium Hic (Valerius Flaccus) habebat praedia vicina Catonianis, unde amicitia & occasio deducendi Romam. C. De eo conf. Liv. 39, 41. 7 censuraque) magistratu morum censorum. 8 Perpenna) Rectius Perpenna. v. Freinsh. not. ad Flor. 2, 20, 6. Sic & pro Censorinus legunt Censorius; & Schottus e membr. eruit Consobrinus. 9 in foro esse) causas agere coram iudiciis. 10 Primum stipendium meruit) Prima vice in exercitu militavit. Auni militiae a Romanis numero stipendiorum signabantur. v. Tac. A. 1, 36, 4. 11 decem septemque) Tubero historicus apud Gellium 10, 28. de Servio Tullio: inde ab anno septimo decimo, quod idoneus iam esse reip. arbitraretur, milites scripsisse. Haec ergo militaris aetas. Bello Punico II. inopia iuniorum in militiam allesti, qui nondum militari aetate essent. Unde tribuni pl. ad populum ferebant, ut, qui minores septem & decem annis sacramento dixissent, iis perinde stipendia procederent, ac si septem & decem annorum, aut maiores, milites facti essent, Livius 25, 5. C. 12 tribunus militum) Duo genera tribunorum: equestris post quina stipendia annua fiebant: plebei post dena. Lips. Mil. Rom. 1, 2. ex Polyb. 6, 17. C. 13 castra secutus est) miles eius fuit, er ist mit zu felde gezogen. 14 C. Claudii Neronis) qui cum Livio Salinatore Hasdrumata

mata est in proelio ¹⁵ apud Senam, quo cecidit
 3 Hasdrubal frater Hannibalis. ¹⁶ Quaestor obtigit
 P. Cornelio Scipioni Africano, consuli: cum quo
 non pro ¹⁷ sortis necessitudine vixit. namque ab
 eo perpetua ¹⁸ dissensit vita. ¹⁹ Aedilis pl. factus

balem oppressit. ¹⁵ apud Senam) supra Senam Galli-
 cam ad Metaurum flumen. Liv. 27, 46. Ad Senam ca-
 stra alterius consulis erant, & quingentos inde ferme pas-
 sus Hasdrubal aberat. Inde Ciceroni de clar. orat. c. 18.
 proelium Senense dicitur. quos (inquit) ludos Salinator
 Senensi proelio voverat. Rursus Livius c. 1. dux (itineris)
 per nota vada Metaurum flumen tranavit; - - Hasdrubal
 ripa fluminis signa ferre iubet, Horat. Od. 4, 4, 37. Quid
 debeas, o Roma, Neronibus, Testis Metaurum flumen, &
 Hasdrubal Devictus. C. ¹⁶ quaestor) sc. aerarii, schatz-
 oder rent meister. Tales quaestores consulibus & prae-
 toribus exeuntibus in bellum & provincias additi. v.
 Sigon. de ant. iur. prov. 2, 3. ¹⁷ sortis necessitudine)
 Sorte, quae sancta erat, quaestores legebantur, quem
 quisque praetorem aut proconsulem in provinciam
 sequeretur. Vnde summa inter quaestorem & prae-
 sulem necessitudo, tanquam inter divinitus coniunctos.
 Cic. Divin. in Verr. c. 19. Sic a maioribus nostris acce-
 pimus, praetorem quaestori suo parentis loco esse oportere:
 nullum neque iustioverem, neque gravioverem causam necessitudi-
 nis posse reperiri, quam coniunctionem sortis, quam provin-
 ciae, quam officii, quam publicam muneris societatem. Idem
 Epist. Fam. 13, 10. Cum ad te tuus quaestor M. Varro pro-
 ficisceretur, commendatione egere eum non putabam. Sa-
 tis enim commendatum tibi eum arbitrabar ab ipso more ma-
 iorum, qui, ut te non fugit, hanc quaesturae coniunctionem
 liberorum necessitudini proximam voluit esse C. ¹⁸ dissen-
 sit) Origo dissensionis ex quaestura, quia parcu-
 Cato: Scipio liberalis, ubi otium esset, in ludorum

est cum C. Helvio. ²⁰ Praetor ²¹ provinciam obti- 4
nuit ²² Sardiniam, ex qua quaestor superiore tem-
pore ²³ ex Africa decedens, Q. Ennium poetam
²⁴ deduxerat: quod non minoris existimamus,
²⁵ triumphum.

• Consulatum gessit cum L. Valerio Flacco, II.

conviviorum apparatus, Catonique dixisse fertur, se
non egere *ταμὴν λίαν ἀκριβῆς*, quaestore nimis accura-
to: contra Cato illum accusabat *ὡς ἔστρατηγῶντα*.
ἀλλὰ πανηγυρίζοντα, quasi non exercitum duceret, sed fe-
stos dies ageret, Plutarch. A. 338. C. 19 Aeditis pl.) alii
erant aediles plebis s. plebei, alii curules, alii cerea-
les. Illi curatores erant urbis, annonae, ludorum-
que solennium. ²⁰ praetor) penes quem omnis pu-
blici privatiue iuris erat potestas, a Romanis autem
tot instituti praetores, quot subactae erant provinciae.
²¹ provinciam obtinuit) sorte puta, ut ineunte c. 2. di-
citur. C. ²² Sardiniam) inf. maris mediterranei. v.
Tab. IV. ²³ ex Africa &c.) In Africa Scipionis quae-
stor fuerat M. Cato. Decedens ex illa provincia, &
in Sardiniam itinere delatus, poetam Ennium, qui
ibi militaverat, (v. Sil. Ital. 12, 391.) offendit, & Ro-
mam secum deduxit, quod initium elegantiorum lit-
terarum Romanis fuit, eiusque rei gloria, non minor
quam triumpho, in nostrum Catonem redundavit. Non
autem Sardinienfis fuit Ennius, sed *Radius homo*, teste
Cicerone pro Arch. c. 10. sive ut Silius ait lib. 12, 394.
Miserunt Calabri. Rudiae genere vetustae. C. De eodem
conf. Ovid. Trist. 2, 423; Stat. Sylv. 2, 7, 75; Gell. 17, 17:
²⁴ deduxerat) comitem sibi adiunxerat & ab eo senex
Graecam linguam didicit. v. infra c. 3, 2. ²⁵ trium-
phum) triumpho comparatur & antefertur Ennii de-
ductio. Sic apud Cic. in Bruto c. 72. Illata Romae
eloquentiae copia triumphis praefertur.

¹ sorte

¹ sorte provinciam nactus Hispaniam citeriorem, exque ea ² triumphum deportavit. Tbi cum diutius moraretur, P. Scipio Africanus consul ³ iterum, cuius in priore consulatu quaestor fuerat, voluit eum de provincia depellere, & ipse ⁴ ei succedere. ⁵ neque hoc per senatum efficere potuit, cum quidem Scipio in civitate ⁶ principatum obtineret: quod tum non potentia, sed ⁷ iure respubl. administrabatur. Qua ex re iratus ⁸ con-

Cap. II. *1 sorte provinciam nactus*) Sorte obtinebant provinciae, nominibus praetorum in urnam coniectis. Caesar B. Civ. 1, 30. *Africam sorte Tubero obtinere debebat.* De eodem Tullius pro Ligar. c. 7. *Tuberonis fors coniecta est ex SC. cum ipse non adesset.* Talis sortitio provinciarum describitur a Livio 34, 43. & passim alibi. C. *2 triumphum deportavit*) triumphasse eum testatur Appianus in Ibericis, & Plut. in Catone; scil. domitis Celtiberis. vid. Liv. 34, 46. *3 iterum*) secundum. Sic 23, 5, 3. *4 ei succedere*) loco eius Hispanicam provinciam administrare. *5 neque efficere potuit*) At successisse ei Scipionem Magnum, Plutarchus tradit f. 342: nihil autem de successione Livius habet, sed tantummodo praetores in Hispaniam, utpote in qua debellatum esset, missos fuisse, & in ulteriorem quidem P. Cornelium Scipionem Nasicam, Africani patruelem: in citeriorem Sex. Digitium. Liv. 34, 43. C. *6 principatum obtineret*) Nam semel iterumque censes diversi illum principem senatus legerant. Liv. 34, 44. C. Nihilominus Senatum hic obstitisse, autor ostendere voluit. *7 iure*) sed civilis discordiae temporibus *ius vi obrutum potentiorque habitus prior*, ut notat Velleius 2, 3, 3. *8 consulatu peracto*) altero eiusdem Scipionis consulatu. Vulgo legitur *senatu peracto*, quod non cohaeret cum iis, quae sequuntur, *privatus in urbe mansit.* Pighius autem *consulatu iussit*

sulatu

sulatu peracto, privatus ⁹ in urbe mansit. At ²
 Cato, censor cum eodem Flacco factus, severe
 praefuit ¹⁰ ei potestati. Nam & in ¹¹ complures
 nobiles ¹² animadvertit, & multas res novas ¹³ in
 edictum addidit, qua re luxuria reprimeretur,
 quae iam tum incipiebat ¹⁴ pullulare. Circiter an- ³
 nos ¹⁵ octoginta usque ad extremam aetatem, ab
 adolescentia reip. caussa suscipere ¹⁶ inimicitias
 non destitit. ¹⁷ a multis tentatus, non modo nul-

substitui, quod valde probat Courtinus. Aut plenius
 legam ex Bosii coniectura: *qua ex re iratus senatui, con-*
sulatu peracto, privatus in urbe mansit. C. 9 in urbe man-
sit) aliquamdiu, donec in voluntarium exsilium deces-
sit Liternium. v. Liv. 38, 5. S. Aur. Vict. c. 49; Gell.
4, 18; Sen. epist. 86. 10 ei potestati) quae officio cen-
soris competit. 11 complures) Septem Senatu movit,
& in hls nobilitate & honoribus insignem L. Quintium
Flaminium consularem, quod in Gallia ad scorti spe-
culum captivum iugulari iussisset. v. Liv. 39, 42.
Aur. Vict. c. 47; Val. Max. 2, 9, 2 C. Hinc Censorius
cognominatus est Cato. 12 animadvertit) haec propria
vox de censoris munere. 13 in edictum addidit) ut per
senatum Rom. firmarentur & publicarentur edicta no-
va. 14 pullulare) in germine erat luxuria belli Punici
secundi temporibus: post tertium, i. e. deleta Cartha-
gine, in segetem excrevit. Viam enim luxuriae ape-
ravit posterior Scipio, sicut prior potentiae. Vellei. Pa-
terc. 2, 1. C. 15 octoginta) Pighius ita supplendum pu-
tat: Vixit & usque &c) Aur. Vict. l. c. Octogenarius Gal-
ham accusavit: post octoginta annos filium genuit. Conf.
Plin. 7, 13. 16 inimicitias) nunquam viro iusto expave-
scendas v. Tac. A. 3, 55. 10; 4, 8, 2; 6, 15, 5; & Vellei. 2,
11, 6. 17 a multis tentatus) Aur. Vict. l. c. ipse (Cato)
quadrages quater accusatus, gloriose absolutus. Plutarchus
habet quinquages. Tentare itaque est aggredi, petere,
Cornel. Nep. R lum

lum detrimentum existimationis fecit, sed, quoad vixit, ¹⁸ virtutum laude crevit.

III. In omnibus rebus singulari fuit prudentia & industria. Nam & ¹ agricola solers, & ² reipubl. peritus, & iuris consultus, & magnus imperator, & ³ probabilis orator, & cupidissimus ⁴ litterarum ² fuit. Quarum studium & si ⁵ senior arripuerat, tamen tantum in eis progressum fecit, ut ⁶ non facile reperire possis, neque de Graecis, neque de ³ Italicis rebus, quod ei fuerit incognitum. Ab adolescentia ⁷ confecit orationes. Senex scribere historias instituit, quarum sunt libri septem. Primus continet res gestas Regum pop. Rom. se-

accusationibus .puta C. ¹⁸ virtutum laude crevit) ob virtutes praeclarior factus est & illustrior.

Cap. III. *agricola solers*) quod ex libro eius de Re Rustica manifestum est. Nam *urbanas rusticasque res pariter callebat*. Liv. 39, 40. C. ² reipubl. peritus) ut *numinum politicum decet*. ³ probabilis) qui *apud omnes inveniuntur*, cuiusque oratio fidem apud omnes invenit. Quid *probabile* dicatur Ciceroni vid. in eius Part. Orat. c. 6. & 9. conf. Quintil. 8, 13. ⁴ litterarum) Graecae imprimis linguae & historiae. ⁵ senior arripuerat) Ipse apud Ciceronem de Senect. c. 8. *Solonem versibus gloriantem videmus, qui se quotidie aliquid addiscentem senem fieri dicit: ut ego feci, qui Graecas litteras senex didici*. C. conf. ibid. c. 1; & Acad. Qu. 4, 2; Aur. Vist. c. 47; Val. Max. 8, 7, 1; Plin. 7, 30. ⁶ non facile quod incognitum) i. e. omnia ei fuerunt nota satis & perspecta. ⁷ confecit orationes) Centum quinquaginta eius orationes Ciceronis aevo exstabant, plures autem omnino scripserat, quae inveniri non poterant. Cic. de clar. Orat. c. 17. C. Harum & reliquorum operum fragmenta collegit Auf. Popma & notis illustravit.

eundus & tertius unde quaeque civitas orta sit Italica: Ob quam rem omnes ⁸ Origines videntur appellasse. In quarto autem bellum ⁹ Punicum primum: in quinto ¹⁰ secundum. Atque haec omnia ¹¹ capitulatim sunt dicta. Reliquaque bella pari modo ¹² persecutus est, usque ad praeturam ¹³ Ser. Galbae, qui diripuit ¹⁴ Lusitanos. Atque horum bellorum duces non nominavit, sed

⁸ Origines) Cicero de Originibus c. 1. *Origines eius quem florem aut quod lumen eloquentiae non habent? Cave ergo, deformem soetum Annii Viterbiensis pro Catonis Originibus habeas, quo profecto nihil inficitius est, nihil indignius Catone. Vid. Cur. Posteriores nostras p. 401. C. v. Voss. de Hist. Gr. 1, 5. 9 Punicum) cum Poenis ab Romanis gestum; de quo & Florus 2, 2. 10 secundum) bellum Punicum scil. est vel describitur. conf. Flor. 2, 6. 11 capitulatim) id est, summam, per capita, sive, ut Plinius minor explicat, lib. 6. epist. 22; *carptim & κατὰ κεφάλαια*. Vfus & Plinius maior 2, 12. *Nunc inquit, confessa de iisdem breviter atque capitulatim attingam C. 12 persecutus est)* absolvit, exaravit. ¹³ Ser. Galbae, qui diripuit Lus.) hanc historiam illustrat Cicero de Clar. Orat. c. 23. *elegantiam in Laelio, vim (ait) in Galba fuisse. Quae quidem vis tum maxime cognita est, cum, Lusitanis a Ser. Galba praetore contra interpositam fidem interfectis, T. Libone tribuno pl. populum incitante, & rogationem in Galbam, privilegii similem, ferente, summa senectute M. Cato legem suadens in Galbam multa dixit, quam orationem in origines suas retulit. Galba tamen iudicium evasit misericordia populi commota propter suos & C. Galli liberos, quos populo ostendebat, fletu & orbitate miserabiles. De eloquentia huius Galbae ibidem Cicero c. 21. 22. & 33. C. Adde Liv. epit. 49. 14 Lusitanos)**

sine nominibus ¹⁵ res notavit. In iisdem exposuit, quae in Italia ¹⁶ Hispaniisque viderentur admiranda. In quibus multa industria & diligentia ¹⁷ comparet, multa ¹⁸ doctrina. Huius de vita & moribus plura ¹⁹ in eo libro persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus, rogatu Titi Pomponii Attici. Quare ²⁰ studiosos Catonis ad illud volumen delegamus.

XXV.

T. POMPONII ATTICI VITA
EX CORNELIO NEPOTE.

A R G V M E N T V M.

1. Atticus genere clarus, & optimo parente usus, puer condiscipulos antecellit & ingenio & studio. 2. Patre orbatus in periculum incidit Sulpicii affinitate: Cinnano tumultu Athenas se studiorum causa confert: Marium pecunia sublevat, rebus suis eo translatis, carus

die Portugiesen, incolas regionum occidentalium in Hispania. vid. Tab. I. ¹⁵ res notavit) facta exposuit suppressis ducum nominibus. ¹⁶ Hispaniis) ita in plurali dicimus, quia in ulteriorem & citeriorem dividebatur Hispania. Sic Gallias dicimus, quia in cis & transalpinam, & haec iterum in alias partes: sic Polonia, quia in minorem & maiorem dividitur. ¹⁷ comparet) cognoscitur, deprehenditur. ¹⁸ doctrina) eruditionis apparatus. ¹⁹ in eo libro) qui interiit cum multis aliis. Ex eo existimatur desumptum, quod est apud Gellium II, 28. ²⁰ studiosos Catonis) illos, quibus grata est notitia vitae Catoniana.

est Atheniensibus. 3. qui honores ei publice habent, quos ille parce admisit. Fortuna dedit patriam dominam prudentia studiorum sedem optimam. 4. Sullae quoque carus ob humanitatem & doctrinam, quem tamen sequi abnuit: Atheniensibus (aeque ac amicis) officia praestat, qui illum Romam remigrantem lacrimis persequuntur. 5. Asperitatem Caecilii fert, quare heres illius factus: Ciceronis & Hortensii copula. 6. Semper optimarum partium: honores non petiit, iustus, abstinens, ut neminem in provinciam sequeretur. 7. Bello Caesariano usus vacatione aetatis. Pompeianos amicos opibus iuvat: nec Pompeium offendit quiete nullo ei beneficio obstrictus: neque Caesarem, cui haec quies fuit gratissima. 8. M. Bruto, occiso Caesare amicus, etiam abiecto & fugienti: 9. nec Antonio hosti iudicato inimicus salva Ciceronis & Bruti amicitia. Fulviae in periculis praesens. 10. Ut rediit Antoninus, decessit de foro, timens proscriptionem, sed & hanc procellam evasit. 11. Proscriptis promisit villam Epiroticam: utriusque fortunae ex aequo amicus. 12. Socer Vipsanii, conciliatore Antonio, qua affinitate solum usus in deprecandis amicorum periculis. 13. Bonus pater familias, usus familia mediocri, sed perita & docta; elegans, non sumtuosus. 14. nunquam sine lectione coenatus, utramque fortunam aequaliter ferens; sine villis sumtuosis. 15. Verax, in amicorum negotiis laboriosus: 16. humanissimus, Ciceroni familiarior, quam frater Quintus, uti ex epistolis constat: 17. in matrem & sororem pius, vita philosophus, non sola doctrina: 18. peritus antiquitatis & genealogiae: nec ignarus poetices: 19. Morum elegantia Octaviani Caesaris affinitatem consecutus, 20. & antea familiaritatem, mutuis testatam litteris, non collisus dissensu illius ab Antonio. 21. Senex morbo oppressus valedicit amicis, suamque moriendi voluntatem manifestat, 22. quibus frustra ab consilio dehortantibus, die quinto moritur, & sine pompa, comitantibus omnibus bonis, iuxta viam Appiam sepelitur.

1. **P**omponius Atticus, ¹ ab origine ultima stirpis Romanae generatus, perpetuo a maioribus ² acceptam ² equestrem obtinuit dignitatem. Patre ³ usus est ³ diligente, ⁴ indulgente, & tum ⁵ ut erant tempora, ⁶ diti, imprimisque studioso litterarum. Hic, prout ipse amabat ⁷ litteras, omnibus doctrinis, quibus puerilis aetas ⁸ impertiri debet, ³ filium erudit. Erat autem in puero, praeter ⁹ docilitatem ingenii, summa suavitas oris ac vocis. ut non solum celeriter arripere, quae tradebantur, sed etiam excellenter ¹⁰ pronuntiaret. Qua ex re, in pueritia, nobilis inter ¹¹ aequales

Cap. I. ¹ ab origine ultima stirpis Romanae) ab origine prima. Sic Virg. Aen. 7, 49. in sanguinis ultimus auctor, conf. Liv. 40, 6. Regiam autem stirpem videtur intelligere, quia a Pomponio Numae filio, Pomponii derivari credebantur. Plutarch. in Numa f. 73. Barthio Advers. 42. extremo regiae pro Romanae magis placet. C. ² equestrem dignitatem) i. e. ordinem, qui medius erat inter Patritios & plebeios, conf. Plin. 33, 1. Ornamenta huius ordinis & insignia erant, equus publice datus & annulus aureus. ³ diligente) sc. in educando filio. ⁴ indulgente) i. e. benigno. Sic in bonam partem apud Tac. Agr. 4, 3. Indulgentia matris de sedula cura circa educationem. ⁵ ut erant tempora) pro statu & conditione illorum temporum. ⁶ diti) opibus instructo. dis contractum ex dives. ⁷ litteras) eruditionem & disciplinas liberales. ⁸ impertiri) i. e. innutriti. Idem verbum vide ap. Tac. A. 14, 16, 3; & c. 21, 6. ⁹ docilitatem) promptitudinem in discendo, felicem naturam & memoriam. ¹⁰ pronuntiaret) de elegantia pronuntiationis. vid. Voss. Inst. Or. 6, 8. conf. infra c. 4. ¹¹ aequales) coetaneos, qui eiusdem cum illo erant aetatis. ¹² fere-

¹² ferebatur, elariusque ¹³ exsplendefcebat, quam generosi condiscipuli ¹⁴ animo aequo ferre possent. Itaque ¹⁵ incitabat omnes studio suo: quo in ⁴ numero fuerunt ¹⁶ L. Torquatus, C. ¹⁷ Marius C. filius, M. Cicero: quos ¹⁸ consuetudine sua sic sibi devinxit, ut nemo iis perpetuo fuerit ¹⁹ carior.

Pater mature decessit. ipse adolescentulus, II. propter affinitatem ¹ P. Sulpicii, qui tribunus pleb. interfectus est, ² non expers fuit illius periculi. Namque Anicia Pomponii consobrina nupserat ³ M. Servio, fratri P. Sulpicii. Ita ²

¹² ferebatur) ab omnibus commendabatur, extollebatur. ¹³ exsplendefcebat) splendidius radios ingenii spargebat. Sic Suet. Tit. c. 3. ¹⁴ animo aequo) i. e. sine aemulatione & invidia. ¹⁵ incitabat omnes) Vellei 1, 17, 6. Alit aemulatio ingenii; & nunc invidia, nunc admiratio incitationem accendit. ¹⁶ L. Torquatus) orator a Tullio de Clar. Orat. c. 68 & 76. laudatus. Petiit civili bello in Africa cum Scipione Hirt. Afr. c. 96. C. Adde Gell. 9, 13, 27. C. ¹⁷ Marius C. filius) Marii septies consulis filius a Sullanis ad Praeneste, quo consul confugerat, interemptus. Vell. Paterc. 2, 27. C. ¹⁸ consuetudine) vivendi modo & familiari conversatione. ¹⁹ carior) quam Atticus.

Cap. II. ¹ P. Sulpicii) Ille tribunus pl. erat, qui legem tulit, qua Sullae imperium abrogaretur, Mario autem decerneretur bellum Mithridaticum. Expulsus cum Mario a Sulla, & in Laurentinis paludibus iugulatus. Vellei, 2, 18 & 19; Flor. 3, 21, 6; Cic. Catil. 3, 10. C. conf. Liv. Epit. 77. ² non expers &c.) particeps factus est periculi, dum postea in omnes Sulpicii cognatos saevitum est. ³ M. Servio) Singulari privilegio gens Sulpicia usa gemino praenomine, Servii communi, dein proprio alio, ut Marci, Lucii, Quinti, Pu-

que interfecto P. Sulpicio, posteaquam vidit,
 4 Cinnano tumultu civitatem esse perturbatam,
 neque 5 sibi dari facultatem 6 pro dignitate viven-
 di, quin 7 alterutram partem offenderet; 8 dis-
 sociatis animis civium, cum 9 alii Sullanis, alii Cin-
 nanis faverent partibus: idoneum tempus ratus
 10 studiis obsequendi suis, 11 Athenas se contulit,
 neque eo secius adolescentem 12 Marium, hostem
 3 iudicatum, iuvit opibus suis, 13 cuius fugam pecu-
 nia sublevavit. At ne illa 14 peregrinatio detri-
 mentum aliquod afferret 15 rei familiari, 16 eo-
 dem magnam partem 17 fortunarum traiecit sua-

blii, Caii. Id observavit Fulvius Ursinus de Famil.
 Rom. f. 268. & nostro Servio Sulpitio Praenomen
 Marci restituit C. 4 Cinnano) Cinna consul a collega
 Octavio pulsus, cum Mario, ex Africa reduce, Ro-
 mam invadens in Sullanos saevit. Flor. c. l. Vellei. 2,
 20 seq. C. Florus etiam 4, 2, 2. Cinnanam rabiem vo-
 cat. 5 sibi dari facultatem) se non habere commodam
 occasionem. 6 pro dignitate) sc. equestri, ut equitem
 Romanum honeste viventem decet. 7 alterutram par-
 tem) vel Cinnam vel Sullam, utrumque autorem par-
 tium. 8 dissociatis) discordibus. conf. Flor. 3, 21; &
 Liv. Epit. 83. 9 alii Sullanis &c.) alii Sullam seque-
 rentur, alii Cinnam. 10 studiis obsequendi) litteris in-
 serviendi, seinem studieren nachzugehen. 11 Athenas)
 in urbem eximiam Atticae, celeberrimam bonarum
 artium sedem. vid. Tab. II. 12 Marium, hostem indi-
 catum) cum Sulla circumactis legionibus ex Cam-
 pania Romam reverteretur. Flor. 3, 21, 8. C. 13 cu-
 ius fugam) i. e. quem expulsam & fugientem; er ist
 seiner flucht mit gelde beförderlich gewesen. 14 pere-
 grinatio) cum domo abisset Atticus. 15 rei familiari)
dem hauswesen. 16 eodem) in urbem Athenarum.
 17 fortunarum) pecuniarum, & rerum mobilium pretio-
 rum

rum. Hic ita vixit, ut universis Atheniensibus merito esset carissimus. Nam ¹⁸ praeter gratiam, ⁴ quae iam in adolescentulo magna erat, saepe suis opibus ¹⁹ inopiam eorum publicam levavit. Quum enim ²⁰ versuram facere publice necesse esset, neque eius ²¹ conditionem aequam haberent: semper ²² se interposuit. atque ita, ut neque ²³ usuram unquam ab iis acceperit, neque longius quam ²⁴ dictum esset, eos ²⁵ debere passus sit. Quod ⁵

farum, quae inter bona *nae* numerantur. 18 praeter gratiam (C) Gratia aliorum erga nos favor & benevolentia, sive id, quo grati & iucundi sumus aliis. Sic gratia valere apud quem, supra 9, 2, 1; & gratiosus, Cic. Epist. Fam. 2, 6. & alibi, qui valet eiusmodi gratia. C. 19 inopiam levavit) subvenit suis opibus Atheniensibus, quos inopes fecerant bella aliaque incommoda. 20 versuram facere) creditorem mutare, ut ex pecunia, quae a novo sumitur pari vel maiori foenore, satisfiat creditori veteri. Donatus in Ter. Phorm. 5, 2, 15. versuram facere dicitur, qui aes alienum ex aere alieno solvit. Ita Sen. Benef. 5, 8. domi versura fit: & Terentius c. l. versuram solvis, hoc est, creditorem mutas, *dischuld mit geborgtem gelde bezahlen, ein loch zu was anzure machen*. Saepe nihil aliud est quam mutuum sumere, *aufborgen*. v Salmaf. de usuris c. 7. p. 100 sqq. 21 conditionem aequam haberent) tolerabilem pactionem consequi possent, cum foeneratores essent iniquiores, *einen billigen vergleich der interessen wegen treffen konnten*. 22 se interposuit) *er hat sich ins mittel geschlagen*; gratis pecuniam subministravit. 23 usuram) mercedem pro usu pecuniae mutuo datae alias solvi solitam. 24 dictum) conventum & promissum esse. 25 debere) sc. debitum, ut alicubi additur, tempus aeris solvendi stricte observabat.

utrumque erat iis salutare. Nam neque ²⁶ indulgendo ²⁷ inveterascere eorum ²⁸ aes alienum patiebatur, neque multiplicandis usuris crescere.

6 Auxit hoc ²⁹ officium alia quoque liberalitate. Nam universos frumento donavit ita ut singulis septem modii tritici darentur: qui modus mensurae ³⁰ medimnus Athenis appellatur.

III. Hic autem sic se gerebat, ut ¹ communis infimis, ² par principibus videretur. Quo factum est, ut huic omnes honores, quos possent, publice ³ haberent, ⁴ civemque facere studerent. ⁵ quo

²⁶ indulgendo) prolongando vel prorogando & veniam dando. ²⁷ inveterascere) vetus fieri, quo sensu vox accipitur Cic. de rep. 3. ap. August. 22, 6; Caes. B. G. 1, 44; & 2, 1; Tac. A. 11, 25, 10. ²⁸ aes alienum) pecuniam mutuo acceptam. ²⁹ officium) humanitatis per opes & operam praestitam. ³⁰ medimnus) Suidas μέδιμνος μέτρον ἐστὶ ξηγαῖν - - ἐ μωδίων, medimnus est aridorum mensura, modiorum sex. Phavorinus autem μόδιοι ἑπτὰ & Bosius lectionem septem modii, etiam ex MSS. libris tuetur. C. Vid. Waserus de Antiq. Mens. 2, 7, 3.

Cap. III. ¹ communis infimis) comis, non elatus, non superbus. C. C. Fam. epist. 4, 9. eum (Popeium) magis communem censemus in victoria futurum fuisse. Idem pro lege Man. c. 14. facilitatem vocat. qui dignitate, inquit, principibus excellit, facilitate par infimis esse videtur. Historiae Augustae scriptoribus idem civilis est, ut Eutropio passim, vide indicem. C. ² principibus) priorem locum in republica tenentibus. ³ haberent) exhiberent, declararent. ⁴ civem facere) inter cives recipere; qui honos tantum propter praeclara in rep. merita exhibitus. v. Meursii Fort. Att. c. 5. ⁵ quo beneficii noluit) Ergo Cicero ad cognomen Attici respicebene-

beneficio ille uti noluit. quod nonnulli ita interpretantur, ⁶ amitti civitatem Romanam ⁷ alia adscita. Quamdiui adfuit, ⁸ ne qua sibi statua ² poneretur, restitit: absens prohibere non potuit. itaque aliquot ⁹ ipsi & Phidiae, locis sanctissimis posuerunt. ¹⁰ Hunc enim in omni procuratione reipubl. ¹¹ actorem auctoremque habebant. Igitur ³ primum illud munus fortunae, quod ¹² in ea

re videtur, quando epist. 2, 1. ait, *civis ille tuus Demosthenes. C. 6 amitti civitatem*) ius civitatis, Cic. pro Caecin. c. 34. *cum ex nostro iure duarum civitatum nemo esse possit, tum amittitur haec civitas, cum is receptus est in aliam.* Adde pro Balbo c. 12. extr. C. 7 *Alia adscita*) assumpta, acquisita. 8 *ne qua statua restitit*) i. e. prohibuit, impedivit, ne aliquam statuam ponerent Athenienses. 9 *ipsi & Phidiae*) locus vexatus. Piliae alii legunt, quod nomen est uxoris Attici, sed post forsau ductae, quam Athenis discefferat, cuius nuptiis se adfuisse testatur Cicero ad Quint. fr. 2, 3. Rongerius Var. Lect. 2, 8. *Pnyce & Poecile, quae sanctissima sint loca Athenis.* Sed plerique libri *Phidiae*, vi ille nomen, tyrannicidae puta, de quo Plutarchus lib. *Non posse suaviter viv. sec. Epicur. f. 1097.* Consule etiam de hoc loco Lips. Elect. 1, 14; Barth. Advers. 43, 2. C. 10 *Hunc*) Hunc Phidiam: ita Manutius & Bosius. C. Alii ad Atticum referunt. 11 *actorem auctoremque*) actor est, qui ipse rem administrat & curat; auctor, qui agenda reperit, & suadet, modumque rei gerendae ostendit. Cic. pro Sext. c. 28. *Dux & auctor & actor illarum rerum fuit.* 12 *in ea urbe &c.*) sc. Romae, quam extollit. Sic Tac. A. 1, 47, 1 *vocat caput rerum*; A. 3, 47, 2. *urbem, unde in omnia regimen*: Cic. de Orat. 1, 23. *domicilium imperii atque gloriae*, Flor. 1, 7, 8. *imperii sedem caputque terrarum*; conf. Id. 1, 13, 18.

potissimum urbe natus est, in qua domicilium orbis terrarum esset imperii, ut eandem & patriam haberet & ¹³ dominam. Hoc specimen prudentiae quod cum in eam civitatem se contulisset, ¹⁴ quae antiquitate, humanitate, ¹⁵ doctrina ¹⁶ praestaret omnes, unus ante alios fuerit clarissimus.

IV. Huc ¹ ex Asia Sulla decedens cum venisset, quamdiu ibi fuit, ² secum habuit Pomponium, ³ captus adolescentis & humanitate & doctrina. Sic enim ⁴ Graece loquebatur, ut ⁶ Athenis na-

¹³ dominam) unde *Romani rerum domini*. Virg. Aen. 1, 282. ¹⁴ quae antiquitate) Cic. pro Flacco c. 26. de Athenis: quae (urbs) vetustate ea est, ut ipsa ex sese suos cives genuisse dicatur: & eorum eadem terra parens altrix, patria dicatur. Athenienses enim credebantur esse *ἀυτόχθονες*. Iustin. 2, 6, 4. non advenae, sed eodem nati solo, quod incolunt; &c. C. ¹⁵ doctrina) Hinc Cic. de Orat. 1, 4. vocat omnium doctrinarum inventrices Athenas &c. Iustin. 2, 6, 6. Litterae certe ac facundia & hic civilis ordo disciplinae veluti templum Athenas habent. vid. Cic. Off. 1, 1; & Athenas Atticas Meursii. ¹⁶ praestaret omnes) alias civitates omnes longe post se relinqueret.

Cap. IV. ¹ ex Asia Sulla decedens) ex bello Mithridatico, ut in Italiam contra Marium iret, revertens. C. ² secum habuit) in convictu & conversatione. ³ captus &c.) motus & delectatus iisdem duobus ornamentis, quibus Athenae dicuntur celebres fuisse, & quibus adolescens favorem sibi conciliabat & fortunam. ⁴ Graece loquebatur) Ad eundem modum de Blaesilla Hieronymus epist. 25, 1. ad Paullum: Si Graece loquentem audisset, Latine eam nescire putares: si in Romanum sonum se lingua verterat, nihil omnino peregrini sermo redolebat. C. Adde de Antonio Plin. epist. 4, 3.

tus videretur. Tanta autem suavitas erat sermonis Latini, ut appareret, in eo ⁶ nativum quendam leporem esse, non adscitum. Idem ⁷ poemata pronuntiabat & graece & atine, sic, ⁸ ut supra nihil posset. Quibus rebus factum est, ut ² Sulla nusquam eum ab se dimitteret, cuperetque secum deducere. ⁴ cui cum persuadere tentaret, ⁹ *noli, oro te, inquit Pomponius, adversum eos me velle ducere, cum quibus ne contra te arma ferrem, Italiam reliqui.* At Sulla, adolescentis ¹⁰ officio collaudato, omnia munera ei, quae Athenis acceperat, proficiscens ¹¹ iussit deferri. Hic complures annos moratus, cum & ¹² rei familiari tantum operae daret, quantum non indiligens deberet paterfamilias, & omnia reliqua tempora aut ¹³ litteris aut Atheniensium ¹⁴ reipubl.

⁵ Athenis natus) hinc Attici nomen accepit; & Cic. eum vocat Graecum, epist. Att. 4, 4. conf. Id. de Senect. c. 1; & supra 2, 10, 1. ⁶ nativum leporem) Sic Petron. c. 2. *pulcritudo naturalis, qua exsurgit pudica oratio.* Gell. 10, 3. *nativa suavitas, quae non est affectata.* ⁷ poemata) non sua, sed aliorum, quia leviter poeticen attigisse dicitur c. 18, 5. ⁸ ut supra nihil) similiter Cic. ad Att. 13, 19; Ter. Eun. 3, 1, 37. In MSS. quibusdam legitur: *nihil posset addi.* ⁹ noli) construe sic: *oro te, noli velle ducere me adversus eos, cum quibus nolui contra te pugnare, Italiamque reliqui.* ¹⁰ officio) pietatis suae erga cives. ¹¹ iussit) imperavit. nam Athenas a Mithridatis ducibus & copiis occupatas victor ceperat. vid. Plut. in Sulla. ¹² rei familiari) tuendae atque augendae. ¹³ litteris) studiis philosophicis, historicis, &c.) ¹⁴ reipubl.) scil. cognoscendae, procurandae, adiuvandae.

tribueret, nihilominus amicis ¹⁵ urbana officia
 4 praestitit. Nam & ad ¹⁶ comitia eorum ¹⁷ ventitavit,
 & si qua res maior acta est, non defuit, sicut Ciceroni in omnibus eius periculis singulari fidem praebuit: cui ¹⁸ ex patria fugienti
¹⁹ L L S. ducenta & quinquaginta millia donavit.
 5 ²⁰ Tranquillatis autem rebus Romanis, remigravit Romam, ut opinor, L. Cotta & L. Torquato Coss. ²¹ quem diem sic uniuersa civitas Atheniensium ²² profecuta est, ut ²³ lacrymis desiderii futuri dolorem indicaret.

¹⁵ urbana officia) qualia obveniunt in iudiciis & causis urbanis: e. g. defensio rei, subministratio boni consilii. &c. Sic Suet. Aug. c. 53. *Officia cum multis mutuo exercuit.* E. Martial. Epigr. 1, 56. *Vivat & urbanis albus in officiis.* conf. supra 1, 2, 3. ¹⁶ comitia eorum) Comitia amicorum sunt, in quibus agitur de amicorum dignitatibus, ad quae ventitabat, ut petitionem amicorum commendatione iuaret. C. ¹⁷ ventitavit) assidue venit. ¹⁸ ex patria fugienti) Ciceroni Chrylogonum, Syllae libertum & ipsum Syllam fugienti, quos oratione pro S. Roscio offenderat. Hanc spontaneam fugam fuisse; non exsilium a Clodio imperatum, contextus indicat. C. ¹⁹ L L S.) Sestertii figura in antiquis monumentis erat: HS. HS. & LLS. duarum librarum & semissis Charactere. vid. Eduard. Brenard. de mens. & ponderib. p. 162. Sestertius autem quarta pars denarii: denarius fere octava nummi nostri imperialis, quem vulgo Thalerum vocant. Ergo ducenta & quinquaginta millia Manutio sunt 7500. scutorum. C. ²⁰ tranquillatis rebus) compositis dissidiis civilibus. ²¹ quem diem) quo scil. Atticus remigravit. Per metonymiam adiuncti pro subiecto idem est, ac si dixisset: quem discedentem. ²² profecuta) affecto suo quasi comitata est. ²³ lacrymis) in separationibus huiusmodi facile promanantibus. v. Pricaeus ad Act. 20, 37, & 38.

Habe-

Habebat ¹ avunculum Q. Caecilium, equitem V. Rom. familiarem L. Luculli, divitem, ² difficillima natura. cuius sic ³ asperitatem veritus est, ut quem nemo ⁴ ferre posset, huius sine offensione ad summam senectutem retinuerit benevolentiam. quo facto, tulit ⁵ pietatis fructum. Caecilius enim moriens, ⁶ testamento adoptavit eum, heredemque fecit ex ⁷ dodrante. ex qua hereditate accepit circiter ⁸ centies SSL. Erat nupta ³ soror Attici ⁹ Q. Tullio Ciceroni; easque nuptias M. Cicero conciliarat; cum quo ¹⁰ a condiscipulatu vivebat conjunctissime, multo etiam familiaris, quam cum Quinto, ut iudicari possit, quo MS.

fere

¹ Cap. V. ¹ avunculum) Huius meminit Cic. ad Att. 1, 1; & 2, 19; simulque eius testamenti 3, 20. ² difficillima) austera, aspera, ut noster se statim explicat, fuit ergo *δύσκολος* morosus, qualis Demea repraesentatur a Terentio. ³ asperitatem veritus est) severitatis excessum reverenter coluit & obsequio suo mitigavit. ⁴ ferre) cum illo sine offensa vivere, mores eius austeros tolerare. ⁵ pietatis fructum) reverentiae exhibitae praemium. ⁶ testamento adoptavit) de adoptione hac testamentaria, vid. Val. Max. 7, 8, 5. Hinc & Caecilii nomen Attico tribuit Cicero ad Att. 3, 20; & Suet. Tib. c. 7. ⁷ dodrante) partibus tribus quartis bonorum. ex massa igitur divisa in duodecim partes Atticus accepit tres quartas, i. e. novem. ⁸ centies SSL) subaudi: centena millia aut secundum Gronov. de Pec. Vet. 1, 1; & in Addendis p. 8. ⁹ centenum pondus argenti: Conficiuntur inde trecenta millia scutorum, sive Philippicorum ducenta quinquaginta millia. ⁹ Q. Tull. Cic.) M. Tull. Ciceronis fratri. ¹⁰ a condiscipulatu) quem puerum in ludo cognoverat, infra 10, 3. De isto amore conf. Quintil. 1, 2; Plin. ep. 6, 8.

plus

plus in amicitia valere ¹¹ similitudinem morum
 4 quam affinitatem. Utebatur autem intime Q. Hortensio, qui iis temporibus ¹² principatum eloquentiae tenebat, ut intelligi non posset, uter ¹³ eum plus diligeret, Cicero an Hortensius: & id, quod erat difficillimum, efficiebat, ut inter quos tantae laudis esset aemulatio, nulla intercederet obrectatio, essetque talium virorum ¹⁴ copula.

VI. In republ. ita versatus est, ut semper optimarum partium & ¹ esset & existimaretur, neque tamen se civilibus ² fluctibus committeret, quod non magis eos in sua ³ potestate existi esse,

II similitudinem morum) v. Prov. 18, 24; Cic. Off. 1, 11 & de Amic. 14, & 20. ¹² principatum eloquentiae) Hortensius Ciceroni aut par aut proximus eloquentia: unde aemulatio, sine tamen calumnia. Laudes eius Cicero praedicat principio de Clar. Oratoribus. Xiphilinus initio excerptorum, de Hortensio: πλείστον τῶν κατ' αὐτὸν ἀνδρῶπων μετὰ γε τὸν Κικέρωνα ἠδυνήθη, inter suae aetatis homines plurimum (in foro) post Ciceronem valuit. C. ¹³ eum) Atticum, cuius familiarem, Hortensium etiam Cicero appellat ad Att. 2, 25; & 4, 3. ¹⁴ copula) Atticus intercessit veluti Medius, inter aemulos; veluti conciliator, & male cohaerentis pignus concordiae, uti Iulium, Pompeii & Caesaris copulam vocat Velleius 2, 47, 2.

Cap. VI. ¹ esset) fautor & sectator, qui cum bonis faceret, & a bonis viris nunquam dissentiret. ² fluctibus) periculorum turbis; procellas vocat c. 10, 6, conf. Hor. 1, 14. Sic Cic. ad Att. 2, 7. republ. navi, damna naufragiis comparat; neque infrequens est collatio bellorum civilium cum tempestate maritima, v. Quintil. 8, 6. ³ potestate) libertate & arbitrio.

qui

qui se ⁴ iis dedissent, quam qui maritimis ⁵ iactarentur. ⁶ Honores non petiit, cum ei paterent ² propter vel gratiam vel dignitatem: quod ⁷ neque peti more maiorum, neque cupi possent conferuatis legibus, ⁸ in tam effusis ambitus largitionibus, neque geri ⁹ e republ. sine periculo, corruptis civitatis moribus. ¹⁰ Ad hastam publicam nunquam accessit. Nullius rei ¹¹ neque praes, neque ³ manceps factus est. Neminem neque suo nomi-

⁴ iis dedissent) discordiis civium se immiscuissent. ⁵ iactarentur) *ic. fluctibus*, uti plenius reperitur in aliquo MS. ⁶ Honores non petiit) privatam vitam praefereus, ut Minutius Macrinus Plin. epist. 1, 14. conf. Tac. Ann. 2, 34, 1; Cic. Off. 1, 21. & fam. 1, 9; Sen. epist. 39. ⁷ neque peti (&c.) de corrupto istorum temporum statu v. Cic. Att. 4, 6. Sallust. Jug. c. 8; Horat. sat. 2, 3; Lucan. 1, 178 sqq. ⁸ in tam effusis largitionibus) ubi tam effuse i. e. immodice patronis largiebantur ii, qui magistratum aliquem ambiebant. ⁹ e republ.) secundum commodum reipublicae. ¹⁰ ad hastam publicam) signum venditionis, praesertim praedae bellicae, unde *hasta*. Heic locus notatur, quo bona proscriptorum vendebantur, ad quem non accesserunt, quibus displicebat funestus proscribendi modus. Cic. Phil. 2, 26. *Hasta posita pro aede Iovis Statoris, bona Cn. Pompeii Magni voci acerbissimae subiecta praekonis. Expectantibus omnibus, quisnam esset tam impius, tam demens, tam diis hominibusque hostis, qui ad illud scelus sectionis auderet accedere: inventus est nemo praeter Antonium.* C. ¹¹ neque praes, neque manceps) Manceps, qui a populo aliquid emit aut conducit, dictus a signo manus sublatae, quo se auctorem profitebatur. Festus. Praes pariter conductor publicorum, qui populo se obligat. Idem. C.

ne,

4 ne, neque ¹² subscribens, accusavit. ¹³ In ius
de sua re nunquam iit: ¹⁴ iudicium nullum ha-
buit. Multerum consulum praetorumque prae-
fecturas delatas sic accepit, ut neminem in ¹⁵ pro-
vinciam sit secutus: ¹⁶ honore fuerit conten-
tus, rei familiaris despexerit ¹⁷ fructum. Qui ne
¹⁸ cum Q. quidem Cicerone voluerit ire in
¹⁹ Asiam, cum apud eum ²⁰ legati locum obtine-
5 re posset. ²¹ Non enim decere se arbitrabatur
cum praeturam gerere noluisset, asseclam esse

¹² *subscribens*) subscriptione sua ulterius accusatio-
nem confirmans. v. Sigon. de Iudic. 2, 9. ¹³ *in ius nun-
quam iit*) lites forenses vitavit prorsus, neque iudicis
opem quaesivit unquam, iniuriam ferens aequo, quieto & placabili animo, conf. c. 11, 5. certe ubi lis nulla,
ibi vita beatior. v. Martial. epigr. 10, 47. ¹⁴ *iudicium*)
sc. privatum, ut lites privatim ortas componeret ut
iudex. ¹⁵ *provinc.*) In regna Romanis bello acquisita,
quae *provinciae* dicebantur, mittebantur Praetores quos
nos hodie *Pro-Reges* (*Vice-Re*) vocamus. Hos non-
nunquam comitari solebant nobiles iuvenes, ut in ma-
gistratu versari discerent. Sed nec hoc fecit Atticus,
nec ipsos etiam magistratus accepit. ¹⁶ *honore*) sc.
oblatis muneris a consulibus & praetoribus. ¹⁷ *fructum*)
auctum, ut Barthius legit, vel commodum ex praefe-
cturis quaerendum. ¹⁸ *cum Q. Cicerone*) sororis suae
marito. ¹⁹ *Asiam*) Asia tum erat provincia praetoria:
bello autem instante consularis. Vide H. Noris Cen-
taph. Pis. p. 206. C. ²⁰ *legati locum*) dignitatem & gra-
dum. Legati autem coniuncti erant praetoribus in pro-
vincias proficiscentibus, *General-Lieutenants*. v. Sigon.
de ant. iure prov. 2, 2. ²¹ *non decere &c.*) ne sic,
quod dici solet, ab equis ad asinos transcendere vide-
retur. v. Cic. Att. 1, 4.

praeto-

praetoris, qua in re non solum ²² dignitati serviebat, sed etiam ²³ tranquillitati, cum ²⁴ suspiciones quoque vitaret criminum. quo fiebat, ut eius ²⁵ observantia omnibus esset carior, cum eam ²⁶ officio, non timori, neque spei tribui viderent.

Incidit Caesarianum civile bellum, cum habe- VII. ret annos circiter sexaginta. usus est ¹ aetatis vacatione, ² neque se quoquam movit ex urbe. Quae ² amicis suis opus fuerant ³ ad Pompeium proficiscentibus, omnia ex sua re familiari dedit. Ipsum Pompeium ⁴ coniunctum ⁵ non offendit. Nullum enim ab eo habebat ⁶ ornamentum, ut ceteri, qui per eum aut honores, aut divitias ceperant: quo-

²² dignitati serviebat) consulebat suae existimationi, *er sahe auf Respect.* ²³ tranquillitati) ut sine litibus atque odio viveret. ²⁴ suspiciones vitaret) hoc commune gentium praeceptum, & divinum i Theff. 5, 22. ²⁵ observantia) cauta circumspectio. ²⁶ officio) aequitati, famae & tranquillitati.

Cap. VII. ¹ aetatis vacatione) quia erat sexagenarius. Quintil. Declam. 306. *Est praecipuum ius senectutis, quoniam non una subit omnis aetas non perpetuo senatorem citat consul: est sua legationibus requies cum hos habueris annos, iam non militabis.* C. conf. supra 13, 3, 2. ² neque se quoquam &c.) potius se quietum domi continuit; nusquam profectus est, nec pedem Roma extulit. ³ ad Pompeium) in Graeciam scil. (v. Cic. fam. 7, 14. ⁴ coniunctum) propinquum affinitate familiae Caeciliae, ex qua mater Attici, & Corneliae, ex qua uxor Pompeii. ⁵ non offendit) castra Pompeiana non sequens. ⁶ ornamentum) dignitatem, honorem, divitias, beneficium. Sed ex sententia P. Syri: *Beneficium accipere, libertatem vendere est.*

rum partim ⁷ invitissimi castra sunt secuti, partim summa cum ⁸ eius offensione, domi remanserunt. Attici autem ⁹ quies tantopere Caesari fuit grata, ut victor cum ¹⁰ privatis ¹¹ pecunias per epistolas imperaret, huic non solum molestus non fuerit, sed etiam sororis & Q. Ciceronis filium ex Pompeii castris ¹² concesserit. Sic vetere instituto vitae effugit nova pericula.

VIII. Secutum est illud ¹ occiso Caesare, cum republ. penes Brutos videretur esse, & Cassium, ac tota ² civitas se ² ad eum convertisse videretur: sic M. Bruto ³ usus est, ut nullo ille ⁴ adolescens ⁵ ae-

⁷ invitissimi) ut Cicero, qui fam. 6, 6. scribit, *susceptum bellum est, quiescente me: depulsum Italia, manente me, quoad potuit. Sed valuit apud me plus pudor meus, quam timor. Veritus sum deesse Pompeii saluti cum ille aliquando non defuisset meae. C. 8 eius offensione)* Pro hostibus se habere, qui extra castra sua essent, dixerat; at Caesar pro amicis, qui in hostium castris non essent. ⁹ quies) quod abstineret armis, quodque neutrarum esset partium. ¹⁰ privatis) bellici muneris expertibus & domi quietis. ¹¹ pecunias imperaret) exigeret iure potestatis, *contribution anschrieb.* ¹² concesserit) captum dimiserit & reddiderit. Aliqui legunt: *sororis filium & Q. Ciceronem.*

Cap. VIII. ¹ occiso) tribus & viginti vulneribus in curia a Bruto & Cassio. v. Flor. 4, 2, 93; Vellei. 2, 56. ² ad eum) M. Brutum, de quo & Cic. Att. 14, 20. *Resp. pendet a Bruto, ab ipso servabitur.* ³ usus est) sc. amico vel familiari) h. e. habuit eum amicum. ⁴ adolescens) M. Brutus praetor, adeoque quadragenarius. Nam ² 17. ad 47. annum adolescentia antiquitus pertingebat. v. Manutii Comment. ad Cic. fam. 2, 1.

quali

quali familiaris, quam hoc sene: neque solum cum ⁶ principem consilii haberet, sed etiam in convictu. Excogitatum est a quibusdam, ut pri- ³ vatum aerarium, ⁷ Caesaris interfecto-ribus ab equitibus Rom. constitueretur. Id facile effici posse arbitrati sunt, si & ⁸ principes illius ordinis pecunias contulissent. Itaque ⁹ appellatus est a C. Flavio Bruti familiari Atticus, ut eius ¹⁰ rei princeps esse vellet. At ille, qui officia amicis ⁴ praestanda sine factione existimaret, semperque ¹² a talibus se consiliis removisset, respondit: ¹³ si quid Brutus de suis facultatibus uti voluisset, usurum quantum eae paterentur, se neque cum quoquam de ea re collocuturum neque ¹⁴ coiturum. Sic ille ¹⁵ consensionis globus, huius unius dissensione disiectus est. Neque multo post ¹⁶ superior esse ⁵

5 aequali) Vide Arist. c. 1, 1. C. 6 principem consilii) primarium consiliarium: vel cuius consilii praecipue usus est. 7 Caesaris interfecto-ribus) M. & D. Brutis & Cassio, conf. Vellei. 2, 58, 3. 8 principes ordinis) praecipui equestris dignitatis. 9 appellatus) amica compellatione monitus est. 10 rei princeps) conficiendi aerarii primus collator. 11 sine factione) absque tali conspiratione, ut se adversis Antonio partibus, quarum dux erat Brutus, miscere cogeretur. 12 a talibus consiliis) quibus nempe aliorum civium interitus quaeretur. 13 si quid uti) utor cum quarto casu olim usitatum. v. Sospiter l. 5. p. 257. 14 coiturum) concilium habiturum aut societatem initurum. 15 consensionis globus) societas s. coetus pro tyrannicidis consentientium. Sallust. Jug. c. 85. globus nobilitatis. Curt. 10, 7, 1. armatorum globus C. conf. Vellei. 2, 58, 1. 16 superior) victor inter reliquos Romanum Imperium affectantes. coepit

coepit Antonius: ita ut Brutus & Cassius, provinciarum, quae iis ¹⁷ dicis causa datae erant a consulis, ¹⁸ desperatis rebus, in exsilium proficiscerentur. Atticus, qui pecuniam simul cum ceteris conferre noluerat ¹⁹ florenti illi parti, ²⁰ abiecto Bruto Italiaque cedenti ²¹ L L S. centum millia muneris misit. eidem in ²² Epiro absens, ²³ trecenta iussit dari: neque eo magis ²⁴ potenti adulatus est Antonio, neque ²⁵ desperatos reliquit.

IX. Secutum est bellum gestum apud ¹ Mutinam. In quo si tantum eum prudentem dicam, minus quam debeam, praedicem, cum ille potius divinus

¹⁷ dicis causa) simulanter, non ex animo, sed ut per speciem provinciarum a rep. removerentur. Vfus hac formula & Cicero ad Att. 1, 18. *habet dicis causa promulgatum illud idem de Clodia*. In Verrem 4, 24: *ut aliquid illis nummorum dicis causa daret*. Alii legunt *necis causa*. Minus bene, C. 18 *desperatis rebus*) cum desperassent, se provincias, Cretam & Lybiam retenturos esse. ¹⁹ florenti illi parti) Bruto & Cassio, cum adhuc florent post caedem Caesaris. ²⁰ abiecto) commutata iam fortuna spreto & prostrato. ²¹ L L S. centum millia) faciunt haec sestertia scutatorum tria millia, s. 2500. philippicos. conf. c. 4, 4. ²² Epiro) regione Graeciae. v. Tab. II. ²³ trecenta) sc. millia sestertiorum. ²⁴ potenti Antonio) qui antea hostis iudicatus iam receptus erat a M. Lepido & tandem reconciliatus Octavio. v. Flor. 4, 4; Vellei. 2, 64; Suet. Aug. pr. ²⁵ desperatos) omni spe destitutos in exilio Brutos & Cassium.

Cap. IX. 1 *Mutinam*) urbem Italiae in parte Cispadana. *Modenam* hodie vocant. vid. Tab. IV. de bello Mutinensi, cuius causa fuit testamentum Caesaris, vid. Flor. 4, 4.

fuerit:

fuerit: si ² divinatio appellanda est perpetua naturalis bonitas, quae nullis casibus ³ neque agitur, neque minuitur. ⁴ Hostis Antonius iudicatus ² Italia cesserat, spes restituendi nulla erat. non solum ⁵ eius inimici, qui tum erant potentissimi & plurimi, sed etiam amici adversariis eius ⁶ se dabant, & in eo laedendo se aliquam consecuturos sperabant commoditatem: eius familiares insequabantur, uxorem ⁷ Fulviam omnibus rebus spoliare cupiebant, liberos etiam extinguere parabant. Atticus, cum Ciceronis intima ³ familiaritate uteretur, amicissimus esset Bruto: non modo nihil iis ⁸ indulgit ad Antonium violandum, sed e contrario familiares eius ex urbe profugientes, quantum potuit, ⁹ texit: quibus rebus indiguerunt, adiuvit. P. vero ¹⁰ Volumnio ⁴ ea tribuit, ut plura a parente ¹¹ proficisci non

² divinatio) praesensio & scientia rerum futurarum. C. Sed hoc loco potius divina indoles & natura. ³ neque agitur neque min.) quae sibi semper constat & in eadem vitae ratione perseverat. Talem tenacem propositi virum describit Horatius Od. 3, 3, 1 sqq. ⁴ Hostis Ant. iud.) quod Cicero Philippicis orationibus periecerat. Causam huius iudicii affert Phil. 2. C. ⁵ eius inimici) inter hos acerrimus fuit Cicero. ⁶ se dabant) accedebant, eorum partes sequebantur. ⁷ Fulviam) quae ut vindicaret iniuriam eo anno caput Ciceronis conspuens mortuum atrocibus verbis, linguam acubus compunxit. v. Dio I, 47. ⁸ indulgit) concessit, permisit. ⁹ texit) defendit, tutos & illaesos dimisit. ¹⁰ Volumnio) is praefectus fabrum erat inter familiarissimos Antonii, v. Cic. fam. 7, 33; & 9, 26.

potue-

potuerint. Ipsi autem Fulviae, cum ¹² litibus distineretur, magnisque ¹³ terroribus vexaretur, tanta diligentia officium suum praestitit, ut nullum illa ¹⁴ stiterit vadimonium sine Attico,
 5 hic ¹⁵ sponsor omnium rerum fuerit. Quin etiam, cum illa fundum secunda fortuna emisset ¹⁶ in diem, neque post calamitatem ¹⁷ versuram facere potuisset: ille se interposuit, pecuniamque ¹⁸ sine foenore, sineque ulla ¹⁹ stipulatione ei ²⁰ credidit, maximum existimans quaestum, memorem gratumque cognosci; simulque aperire,
 22 *se non fortunae, sed hominibus solere esse amicum.* Quae cum faciebat, nemo eum ²² temporis causa facere poterat existimare. Nemini enim in opinionem veniebat, Antonium rerum poti-

II proficisci) provenire; & in eum ex liberalitate conferri. ¹² litibus distineretur) multas lites haberet, quibus huc atque illuc distrahebatur. ¹³ terroribus) ob pericula ab inimicis in iudicio & alibi occurrentia. ¹⁴ stiterit vadimonium) in iudicio comparere voluerit absente Attico, v. supra 20, 5, 2. ¹⁵ sponsor fuerit) *der für sie caviret, bürge worden.* ¹⁶ in diem) ut pecuniam pro eo agro certo & constituto die solveret. ¹⁷ versuram facere) pecuniam mutuo accipere; ac alio solve- re, vide supra c. 2, 4. ¹⁸ sine foenore) usura, qua etiam Athenis carebat in sua adolescentia, v. supra c. 2, 4. ¹⁹ stipulatione) solenni promissionis ritu. ²⁰ credidit) mutuo dedit. ²¹ se non fortunae &c) non cum fortuna animum suum immutatum esse erga Antonium. Alias quo se fortuna, eodem etiam favor hominum inclinat. Iustin, 5, 1, II. conf. Tac. H. 1, 15, 7. ²² temporis causa) temporibus & fortunae servientem, sequendo partes potentiores, aut expectando remunerationem. C.

turum,

turum. Sed sensim is ²³ a nonnullis optimatibus reprehendebatur, quod parum odisse ²⁴ malos ciues videretur.

Ille autem ¹ sui iudicii, potius quid se facere **X.**
² par esset, intuebatur, quam quid alii laudaturi forent. ³ **Conversa subito fortuna est.** Ut Antonius rediit in Italiam, ⁴ nemo non magno in periculo Atticum futurum putarat, propter intimam familiaritatem ⁵ Ciceronis & Bruti. Itaque ² ad adventum ⁶ imperatorum ⁷ de foro decesserat, timens ⁸ proscriptionem: latebatque apud P. Volturnium, cui, ut ostendimus paullo ante, ⁹ opem tulerat: (tanta varietas iis temporibus fuit fortunae, ut ¹⁰ modo hi, modo illi in summo essent

²³ a nonnullis &c.) Antonii inimicis: Cicerone, Bruto, aliisque claneulum arguebatur. ²⁴ malos ciues) Antonium, ut ex Philippicis Ciceronis liquet. C.

Cap. X, ¹ sui iudicii) sc. vir, qui proprii iudicii normam sequeretur, non tantopere attendens, quid alii iudicent. Sic Suet. Tib. c. 18. *arbitrii sui, contentusque se uno.* ² par) iustum, aequum & in conscientia excusabile. ³ *conversa fortuna est*) status rerum alius secutus est, & felicitas florentem antea partem deseruit. Ideo globo insistens & mobilis fortuna pingitur. ⁴ nemo non) i. e. quilibet. ⁵ Ciceronis) Ciceroni enim infensissimus erat Antonius. C. ⁶ imperatorum) Antonii, Lepidi, Octavii, qui triumviratum inierant, simul imperatores exercituum. C. ⁷ de foro decesserat) publicis in foro actionibus denegabat suam praesentiam, conf. 24, 1, 1. ⁸ proscriptionem) a Sulla inventam pessimo exemplo, imitatus est Antonius. Florus 4, 6, 3. *redit Sullana proscriptio. Exitus foedi, truces, miserabiles toto terrarum orbe fugientium.* C. conf. Liv. epit. 120; Vellei 2, 66, 1. ⁹ opem tulerat) non secus ac parens. v. c. 9, 4, 10. modo
Cornel. Nep. S aut

aut ¹¹ fastigio, aut periculo) habebatque secum Q. Gellium Canium, ¹² aequalem, simillimumque ³ sui. Hoc quoque fit Attici bonitatis ¹³ exemplum, quod cum eo, quem ¹⁴ puerum in ludo cognoverat, adeo coniuncte vixit, ut ad ⁴ extremam aetatem amicitia eorum ¹⁵ creverit. Antonius autem etsi tanto odio ¹⁶ ferebatur in Ciceronem, ut non solum ei, sed omnibus etiam eius amicis esset inimicus, eosque vellet ¹⁷ proscribere; multis hortantibus tamen, Attici memor fuit ¹⁸ officii, & ei, cum requisisset, ubinam esset, sua manu scripsit, *ne timeret, ¹⁹ statimque ad se veniret, se eum, & Gellium Canium de proscriptorum numero ²⁰ exemisse.* Ac, ne quod ²¹ in periculum incideret, ²² quod noctu fiebat, ²³ praesidium ei misit.

hi modo illi) Sic Cic. de Nat. D. 1, 18. modo hoc modo illud. 11 fastigio) sc. fortunae ac potentiae. 12 aequalem, simillimum) aetate aequalem, moribus simillimum. 13 exemplum) signum, testimonium. 14 puerum in ludo cognoverat) cum condiscipulo in ludo non militari sed litterario notitiam & amicitiam habuerat. conf. supra c. 5, 3. 15 creverit) incrementa ceperit. Ter. And. 3, 3, 8. Amicitia incepta a parvis cum aetate accrevit simul. 16 ferebatur) incitabatur, impellebatur. 17 proscribere) i. e. bona eorum hastae subiicere & capita crudeli supplicio destinare. Vide ob Ciceronem proscriptum iunctivam Velleii 2, 66. 18 officii) beneficii erga familiares suos & uxorem Fulviam. 19 statimque) & ut statim &c.) Sic supra 23, 12, 2. post ne ex codice Boecleri sibi que dederet. 20 exemisse) in damnatorum numerum non retulisse, uti dicitur c. 12, 4. 21 in periculum incideret) cum nonnulli passim in urbe interficerentur. vid. Flor. 3, 21, 25; Sallust. Cat. c. 51. & de funestis nuptiis Parisiensibus Thuanus l. 52. 22 quod noctu fiebat) quia Sic

Sic Atticus in summo timore non solum sibi, sed 5
etiam ei, quem carissimum habebat, ²⁴praesidio
fuit. Neque enim suae solum a quoquam auxi-
lium petiit salutis, sed ²⁵coniunctim: ut appareret,
²⁶nullam seiunctam sibi ab eo velle esse fortunam.
²⁷Quod si gubernator ²⁸praecipua laude fertur, 6
qui navem ex ²⁹hieme marique scopuloso servat;
cur non singularis eius existimetur prudentia, qui
ex tot, tamque gravibus ³⁰procellis civilibus, ad
incolumitatem pervenit?

Quibus ex malis ut se ¹emerfit, ²nihil aliud XI.
egit, quam ut plurimis, quibus rebus posset, es-

venire debebat tempore nocturno. ²³praesidium) scil.
militare. ²⁴praesidio fuit) protectionem & securitatem
nactus est. ²⁵coniunctim) i. e. simul pro Gellio inter-
cessit, non separatim suam vitam commendans. ²⁶nullam
seiunctam &c.) i. e. eandem fortunam se cum
amico habere. ²⁷Quod si gubernator &c.) Plin. 9, 26.
Nequaquam par gubernatoris est virtus cum placido &
cum turbato mari vehitur: tunc admirante nullo illauda-
tus, inglorius subit portum: at cum stridunt funes, cur-
vatur arbor, gubernacula gemunt, tunc ille clarus & diis
maris proximus. conf. Senecae ad Marc. c. 6. ²⁸praeci-
pua laude fertur) praecipue laudatur, commendatur.
²⁹hieme) gravi tempestate, conf. Serv. ad Virg. Aen. 1,
129. ³⁰procellis civilibus) turbis & discordiis, quae su-
pra c. 6, 1. cum fluctibus comparantur.

Cap. XI. ¹emerfit) Metaphora desumpta ab iis, qui
in undis natant, quando in periculo submergendi sunt.
Hi, quando salvi ac sospites evadunt, emergere & emer-
gere se dicuntur. v. Voss. de Anal. 3, 4; & Barth. Ad-
vers. 49, 13. ²nihil aliud &c.) eleganter q. d. studium
suis fuit praecipuum, ut multos iuvaret.

set auxilio. Cum proscriptos ³ praemiis imperatorum vulgus conquireret, nemo in ⁴ Epirum venit, cui res ulla defuerit. nemini non ibi perpetuo manendi potestas facta est. Quin etiam post ⁵ proelium Philippense, interitumque C. Cassii & M. Bruti, L. Iulium Mocillam ⁷ praetorium & eius filium, Aulumque Torquatum, ceterosque ⁸ pari fortuna percussos, instituerit tueri: atque ex Epiro his ⁹ omnia ¹⁰ Samothraciam supportari iusserit. Difficile enim est omnia ¹¹ persequi, & non necessaria. Illud unum intelligi volumus: illius liberalitatem, neque ¹² temporariam, neque ⁴ ¹³ callidam fuisse. Id ex ipsis rebus ac temporibus

³ praemiis) iis, qui inquirerent, promissis. ⁴ Epirum) quia praedia in Epiro circa Buthrotum habebat Atticus. Vid. Tab. II. C. ⁵ nemini non &c.) i. e. cuilibet eo in loco subsistere licuit. ⁶ proelium Philippense) in quo Cassius & Brutus Caesaris interfectores, casu potius, quam adversariorum virtute superati, sibi vim intulerunt. Nomen praebent *Philippi*, urbs Macedoniae in Thraciae finibus, ultra Strymonem; non ficta quaedam urbs Thessaliae, ut veteres novique scriptores errarunt. Vid. praefat. Geograph. nostrae. C. conf. Vellei. 2, 70, 1; Flor. 4, 7. ⁷ praetorium) quae praetura defunctus fuerat. ⁸ pari fortuna percussos) eadem calamitate pressos & iam in angustiis constitutos. ⁹ omnia supportari) necessaria quae essent, advehere. ¹⁰ Samothraciam) insulam Thraciae in extremo Aegaei C. ¹¹ persequi &c.) enarrare etiam multo leviora. ¹² temporariam) quae captat felices & temporis caussa largitur, quamdiu sperat fore rerum secundarum cursum. Sic *temporarium ingenium*, Curt. 4, 5, II. C. *temporaria amicitia*, Sen. ep. 9. conf. supra c. 9. ¹³ callidam) quae cum fraude donat, insidiandi caussa.

bus iudicari potest: quod non ¹⁴ florentibus se ¹⁵ venditavit, sed afflictis semper ¹⁶ succurrit. qui quidem Serviliam, Bruti matrem, non minus post mortem eius, quam ¹⁷ florentem coluerit. Sic liberalitate utens, nullas inimicitias gessit: ⁵ quo neque laedebat quemquam, neque si quam iniuriam acceperat, malebat ulcisci, quam ¹⁸ oblivisci; Idem immortalis memoria ¹⁹ praecepta retinebat beneficia: ²⁰ quae autem ipse tribue- rat, tamdiu meminerat, quoad ille gratus erat, qui acceperat. Itaque hic fecit, ut vere dictum ⁶ videatur: ²¹ *Sui cuique mores fingunt fortunam.* Neque tamen prius ille fortunam, quam ²² se ipse finxit: qui cavet, ne qua in re iure ²³ plesteretur.

¹⁴ florentibus) in prospera fortuna existentibus. conf. Tac. A. 4, 68, 5. ¹⁵ venditavit) ultro obtulit, ingessit cum ostentatione beneficentiae. ¹⁶ succurrit) auxilium & opem praestitit. Sic miseris succurrere, Virg. Aen. 1, 634. ¹⁷ florentem) filio Bruto superstite salvam. ¹⁸ ob- livisci) Similis laus Epaminondae supra 15, 17, 1; Au- gusti Sen. de clem. 1, 11; Ulyssis Cic. Off. 1, 31. conf. supra 18, 6, 2. ¹⁹ praecepta) quae ipse ab aliis antea ac- cepit. Sic praecipiens Curt. 9, 6, 2. ²⁰ quae ipse tribue- rat) sc. beneficia, i. e. cum aliis beneficisset. ²¹ sui cuique mores) sumtum ex Plauti Trin. 2, 2, 84. Sapiens ipse fingit fortunam sibi. Usus etiam est Cicero Para- doxo 5. C. Sic Appius in Sallust. 1. de rep. ord. Fa- brum esse suae quemque fortunae, & Colum. 1, 3. De- mentis est ipsum sibi malam facere fortunam. ²² se ipse finxit) suos ipse mores formavit; rectam vivendi ra- tionem, quam felicitas comitatur, instituit. ²³ pleste- retur) neglecti officii damnaretur.

XII. His igitur rebus effecit, ut ¹ M. Vipsanius Agrippa, intima familiaritate coniunctus adolescenti ² Caesari, cum propter suam ³ gratiam & Caesaris prudentiam, ⁴ nullius conditionis non haberet potestatem, potissimum ⁵ eius diligeret affinitatem ⁶ praeoptaretque equitis Romani filiam generosam nuptiis, atque ⁷ harum nuptiarum conciliator fuit (non est enim celandum) M. Antonius ⁸ triumvir reipubl. constituen-

Cap. XII. ¹ M. Vipsanius Agrippa) gener Attici; post Augusti Caesaris C. Laudat eum Velleius 2, 79, 1. ² Caesari) Octavio Augusto magnus adiutor ad gubernandam fortunam, dicente Velleio 2, 127, 1. ³ gratiam) suavitatem morum. Sic supra c. 2, 4. ⁴ nullius conditionis non) i. e. cuiusvis matrimonii ineundi. conf. Curt. 4, 11, 13; Justin. 11, 7. 8. ⁵ eius affinitatem) coniunctionem cum Attico per matrimonium cum eius filia. ⁶ praeoptaret &c.) magis cuperet Atticam quam coniugium cum illustrioribus foeminis. Cic. Att. 6, 5. Atticulam vocat. ⁷ harum nuptiarum) cum Attici filia, quae prima eius uxor fuit; altera deinde Marcella Octaviae filia; & tertia denique Iulia Augusti Caesaris. v. Vellei. 2, 96, 1. ⁸ triumvir) M. Antonius, M. Lepidus, & Octavius Caesar triumviratus societatem in insula aenonis Labinii post Mutinense bellum inierunt, specioso titulo, ut rempublicam, bello civili collapsam, constituerent & refirmerent. Epit. Liv. 120. Caesar pacem cum M. Antonio & Lepido fecit ita, ut Tres viri reipub. constituendae per quinquennium essent ipse & Lepidus & Antonius. Nec solum per quinquennium, sed hoc exacto tempore εαυτοῖς τὴν ἡγεμονίαν ἐς ἄλλα ἔτη πέντε ἐπέτευσαν in aliud sibi quinquennium principatum prorogaverunt, ut Dio Cassius extremo 48. notavit. Suet. Aug. c. 27. Triumviratum reipl. constituendae per decem annos administravit. Ut taceam nummos Antonii & dae;

dae: cuius gratia cum augere possessiones posset
 suas, tantum abfuit ⁹ cupiditate pecuniae, ut
 nulla in reusus sit ¹⁰ ea, nisi in ¹¹ deprecandis ami-
 corum aut periculis, aut incommodis. Quod ³
 quidem ¹² sub ipsa proscriptione ¹³ perillustre fuit.
 Nam cum L. Saufei, equitis Romani, aequalis
 sui, (qui cum eo complures annos studio ductus
¹⁴ Philosophiae ¹⁵ habitabat, habebatque in Italia
 pretiosas possessiones,) ¹⁶ triumviri bona vendi-
 dissent, ¹⁷ consuetudine ea, qua tum res gereban-
 tur: Attici labore atque industria factum, ut
 eodem nuntio Saufei fieret certior, se patri-
 monium ¹⁸ amifisse & ¹⁹ recuperasse. Idem ²⁰ L. 4

Octavii his notis insignitos M. ANTONIVS IMP. AVG.
 III VIR. R. P. C. h. e. Imperator, Augur, Triumvir
 Reip. constituendae & IMP. CAESAR DIVI F. III VIR.
 ITER, R. P. C. Vide Oconem & alios. C. 9 a cupiditate pecu-
 niae) ab avaritia. 10 ea) gratia nempe Antonii. 11 depre-
 candis) per preces apud Antonium amovendis. 12 sub
 ipsa proscriptione) eo ipso tempore, cum maxime pro-
 scriptorum bona essent venalia. 13 perillustre fuit) cla-
 rissime conspici potuit. 14 philosophiae) & quidem
 Epicureae, cui & Atticus addictus fuit, si Manutio ad
 hunc locum & ad Cit. Att. 5. 9. credere licet. 15 ha-
 bitabat) quod vulgo Athenis interferunt, invitis anti-
 quis libris, id a solo Lambino est. C. 16 triumviri)
 Augustus, Lepidus & Antonius. 17 consuetudine & c.)
 rectius dixisset: vi dominationis & tyrannide illius
 seculi, de qua iam mitius loqui voluit Autor. 18 ami-
 fisse) per venditionem imperatam a triumviris. 19 re-
 cuperasse) per intercessionem Attici. 20 Jul. Calidum)
 Calidum plures, etiam Vossius de poet. Lat. vocant:
 Calidum Bosius, ne duo gentilia nomina Iulius & Ca-
 lidius in uno concurrant. C.

Iulium Calidum, quem post ²¹ Lucretii Catullique mortem, multo elegantissimum poetam, ²² nostram tulisse aetatem vere videor posse ²³ contendere, neque minus virum bonum: optimisque artibus eruditum, post proscriptionem equitum, propter magnas eius ²⁴ Africanas possessiones, in proscriptorum numerum a P. Volturnio, ²⁵ praefecto fabrum Antonii, absentem relatum ²⁶ expedivit. Quod ²⁷ in praesenti utrum ei laboriosius, an gloriosius fuerit, difficile fuit iudicare: quod in ²⁸ eorum periculis, non secus absentes, quam praesentes amicos ²⁹ Attico esse curae cognitum est.

²¹ Lucretii Catullique) Ille poeta & philosophus Epicureus scripsit de rerum natura libros sex; Alter poeta elegans, sed mordax & lascivus. ²² nostram tulisse aetatem) nostris temporibus fuisse. ²³ contendere) asserere, evincere. ²⁴ Africanas possessiones) bona vel praedia, quae in Africa possidebat. ²⁵ praefecto fabrum) Militare officium, isque praefectus fabrum dicebatur: qui fabris ad opera & machinas necessariis praepositus erat, ut curator exactorque. Sicut vero hic dicitur praefectus fabrum Antonii: ita noster Corn. Nepos in fragmento apud Plin. 36, 6. habet praefectum fabrum. C. Caesaris in Gallia: & Caesar epistola ad Oppium, quae octavae lib. 9. ad Attic. subiecta est, duo praefecti fabrum Pompeii in meam potestatem venerunt. Adde Lips. Poliorc. 3, 6; & Harduin. ad Plin. c. 1. C. ²⁶ expedivit) a periculo, quod iam ipsi imminebat, liberavit. Metaphora ab iis desumpta, qui in pedicas incidunt, qui pedibus suis solutis, expediri dicuntur. ²⁷ in praesenti) sc. tempore. Sic supra 7, 4, 2. In praesens, Cic. ad Brut. ep. 15; Horat. 2. Od. 16, 26. ²⁸ eorum) Sausaeii & Calidi & aliorum amicorum, de quibus in genere loquitur hic & n. 2. ²⁹ Attico esse curae) Atticum protegere & conservare.

Neque

Neque vero minus ille vir, bonus ¹ paterfamili- XIII.
 as habitus est, quam civis. Nam cum esset pe-
 cuniosus, nemo illo ² minus fuit emax, minus
³ aedificator. Neque tamen non in primis ⁴ be-
 ne habitavit, omnibusque ⁵ optimis rebus usus
 est. Nam domum habuit ⁶ in colle Quirinali
⁷ Tamphilanam, ab ⁸ avunculo hereditate reli-
 ctam; cuius amoenitas non ⁹ aedificio, sed silva
 constabat. Ipsum enim ¹⁰ tectum antiquitus
 constitutum, plus ¹¹ salis, quam sumtus habebat:

Cap. XIII. 1 paterfamilias) qui familiam & rem do-
 mesticam bene administrat. Sic ex publica Attici vita
 ad privatam transit Nepos. 2 minus emax) Sen. epist.
 94. *Emas, non quod opus est, sed quod necesse est.* C.
 Sic Cato R. R. c. 2. *Patremfamilias vendacem, non ema-
 cem esse oportet.* Et Cic. *Pa.* ad. 6, 3. *Non esse emacem ve-
 stigal est.* 3 aedificator) Etenim insanum aedificandi
 studium illo saeculo Romanos vexabat, ut fere pauca in-
 gera aratro regiae moles relinquerent, Horat. *Od.* 2, 15, 1.
 adde Senec. epist. 84, 90, 100. &c. C. conf. Cic. *Off.* 1, 39.
Parcus in aedificando fuit Traianus, Plin. *Paneg.* c. 57.
 4 bene habitavit) optimum habuit domicilium. 5 opti-
 mis rebus) i. e. domesticis & ad privatum cultum perti-
 nentibus. 6 in colle Quirinali) in valle quidam libri.
 Aedes Attici P. Victor in regione 6 statim post tem-
 plum Quirini ponit. C Colles, unde Roma septicollis,
 sunt Palatinus, Capitolinus s. Tarpeius, Aventinus, Es-
 quilinus, Caelius, Viminalis & Quirinalis. 7 Tamphi-
 lanam) Sic dictam a quodam Tamphilo Rom. 8 avun-
 culo) Q. Caecilio, de quo supra c. 5, 1. 9 aedificio) i. e.
 eius structura. 10 tectum) i. e. totum aedificium, syn-
 ecdochice. 11 salis) antiqui decoris, pulcritudinis.
 Rarum hoc est de rebus, sed de oratione frequentius
 adhibetur; qualia exempla etiam in *Seneca* occurrunt.

in quo nihil commutavit, nisi quod vetustate
 3 ¹² coactus est. Vfus est ¹³ familia, si utilitate iu-
 dicandum est, optima: si forma, vix mediocri.
 namque in ea erant ¹⁴ pueri litteratissimi, ¹⁵ ana-
 gnostae optimi, & plurimi ¹⁶ librarii, ut ne
 4 ¹⁷ pedisequus quidem quisquam esset, qui non
¹⁸ utrumque horum pulchre facere posset. Pari
 modo artifices ceteri, quod cultus domesticus de-
 siderat, ¹⁹ apprime boni; neque tamen horum
 quemquam, nisi ²⁰ domi natum, domique ²¹ fa-
 ctum habuit: quod est signum non solum ²² con-
 tinentiae, sed etiam ²³ diligentiae. Nam & non
 intemperanter concupiscere, quod a plurimis ²⁴ vi-

12 coactus est) sc. reparare, ne corrueret. 13 familia) statu oeconomico. 14 pueri litteratissimi) litteris huma-
 nioribus imbuti, quibus varie utebantur Romani in
 studiis suis & in bibliotheca tractanda. Huc pertinet
 ironia Ciceronis de rusticanis S. Roscii servis, oratione
 pro filio eius c. 41. Cum Chryfogono sunt; ita credo; lit-
 teris eorum & urbanitate Chryfogonus ducitur. C. & ana-
 gnostae optimi) lectores, quorum munus erat tam in
 feriis studiis, quam inter epulas domino clare & ex-
 pedite praelegere. Exemplum habes apud Plinium 3.
 epist. V. C. 16 librarii) amanuenses & servi, quorum
 opera utebantur in exscribendis libris. Propria ho-
 rum nomina non pauca ex epistolis ad Atticam colle-
 git Schottus, indeque repetiit Bosius. C. 17 pedise-
 quus) infimus etiam inter pueros vel servos. 18 utrum-
 que) sc. & anagnostae & librarii officium. 19 apprime
 boni) i. e. optimi sc. fuerunt. 20 domi natum) i. e.
 indigenam non alienam. 21 factum) i. e. instructum,
 praeparatum & efformatum in moribus & artibus.
 22 continentiae) qua omnem luxum evitavit. 23 dili-
 gentiae) quam in formanda familia adhibuit. 24 vi-
 deas) sc. fieri, ut concupiscant.

deas,

deas, continentis debet duci: & potius ²⁵ diligentia, quam pretio, parare non mediocris est industriae. ²⁶ Elegans, non magnificus, splendidus, non ²⁷ sumtuosus; omni diligentia munditiam, non ²⁸ affluentiam affectabat. supellex modica, non multa, ut ²⁹ in neutram partem conspici posset. Nec hoc praeteribo, quanquam ⁶ nonnullis leve visum iri putem. cum inprimis lautus esset eques Rom. & non parum liberaliter domum suam omnium ³⁰ ordinum homines invitaret, scimus nou amplius, quam ³¹ terna millia aeris, ³² peraeque in singulos menses, ex ³³ ephemeride

²⁵ diligentia, quam pretio, parare) conficere, quam emere. ²⁶ elegans non magn. &c.) Continua quadam oppositione ostendit Nepos, cultum & mundum quidem ornatiorem & necessarium, sed non nimium & inutilem ab Attico fuisse probatum. ²⁷ sumptuosus) magnos sumptus faciens adeoque prodigus. ²⁸ affluentiam) ubertatem excedentem. Ita ex MSS. melius esse apparet, quam si legas affluentem sc. munditiam. ²⁹ in neutram part. &c.) neque ob excessum neque ob defectum notandus fuit Atticus. Sic de domo sua & se ipso Ovid. Trist. 2, 113. Et neque divitiis neque paupertate notanda est; Unde fit in neutrum conspiciendus eques. ³⁰ ordinem) ordinis senatorii, equestris & plebei. ³¹ terna millia aeris) Mille aeris habent sestertios 250, denarios 62, hoc est, non integros Vallenses octo. Nec triplum horum suffecisse videtur Attico ad expensum mensuram. Quare Manutius mavult deleri aeris & nummum subaudiri: Hotomannus tricena pro terna substituit. C. ³² peraeque) aequaliter, persimiliter, *einmahl wie das andere*. ³³ ephemeride) diario s. commentario quotidianarum expensarum. Etiam aliarum rerum ephemerides erant. Cic. pro Quintio c. 18. *discedens, in memoriam rediit Quintius, quo die Roma in Galliam meride*

meride eum ³⁴ expensum sumptui ferre solitum.
² Atque hoc ³⁵ non auditum, sed cognitum praedicamus. Saepe enim propter familiaritatem domesticis rebus interfuimus.
 XIV. Nemo in convivio eius aliud ¹ acroama audit, quam ² anagnosten: quod nos quidem iucundissimum arbitramur. Neque unquam sine aliqua ³ lectione apud eum coenatum est: ut non minus animo, quam ventre convivae delectarentur. Namque eos ⁴ vocabat, quorum mores ⁵ a suis non abhorrent. Cum tanta pecuniae facta esset ⁶ accessio, nihil de quotidiano cultu mutavit, nihil de vitae consuetudine: tantaque usus est ⁷ moderatione, ut neque ⁸ in sestertio vicies,

profectus sit; ad ephemeridem revertitur: invenitur dies profectiois. C. 34 expensum sumptui ferre) tanquam id, quod expenditur & erogatur, inter sumptus referre. 35 non auditum &c.) Nam pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem, Plaut. Truc. 2, 6, 8.

Cap. XIV. 1 acroama) id quod aures animosque delectat. Attici ritum Plinius in epist. explanat. 1, 15. Heus tu promittis ad coenam, nec venis. - - Audisses comoedum, vel lectorem, vel lyristen, vel quae mea liberalitas, omnes. & 6, 31. Adhibebamur quotidie coena: erat modica, si principem cogitas: interdum ἀγκόματα audiebamus. C. 2 anagnosten) i. e. lectorem. v. supra c. 13, 3. 3 lectione) sc. libri cuiusdam. Hinc & Quaestiones Symposiacae Plutarchi. v. Meursii Auctar. Philol. c. 4. 4 vocabat) invitabat ad convivium. Vocare proprium eius rei verbum esse. v. Taubm. ad Plaut. Men. 3, 8, 11; & Stich. 1, 3, 29. 5 a suis non abhorrent) cum suis convenirent. 6 accessio) adiectio ex avunculi testamento, v. c. 5, 2. 7 moderatione) s. rei familiaris. Similis fuit Agesilai 17, 7, 3 sq. 8 in sestertio vicies) in viginti sestertium milliquod

quod a patre acceperat, parum se splendide gesserit: neque in ⁹sestertio centies ¹⁰affluentius vixerit, quam instituerat, ¹¹parique fastigio steterit in utraque fortuna. Nullos habuit hortos, nullam ³suburbanam, aut ¹²maritimam sumtuosam villam, neque in Italia, praeter ¹³Ardeatinum & Numentanum, rusticum praedium: omnisque eius pecuniae reditus constabat in ¹⁴Epiroticis, & ¹⁵urbanis possessionibus. Ex quo cognosci potest, eum *usum pecuniae* ¹⁶*non magnitudine, sed ratione metiri solitum.*

Mendacium ¹neque dicebat, neque pati poterat. Itaque ²eius comitas non sine severitate erat, neque gravitas sine facilitate: ut difficile esset in-

bus sibi a patre relictis. *Sestertium* enim mille sestertii. C. 9 *sestertio centies*) de eadem summa conf. supra c. 5, 2. ¹⁰*affluentius*) largius & lautius. ¹¹*pari fastigio steterit*) aequale vitae temperamentum observavit, neque deiectus adversa neque elatus secunda sorte. ¹²*maritimam sumtuosam villam*) qualem describit Plinius 2. epist. 17; & Salsolius Cat. 12. appellat *villas in urbium modum exaedificatas*. Plena harum fuit maritima ora Campaniae atque Latii. C. 13 *Ardeatinum & Numentanum*) Ardea & Numentum Latii notissima oppida. C. 14 *Epiroticis*) bonis in Epiro, Graeciae provincia iacentibus. ¹⁵*urbanis*) quas habebat in urbe. ¹⁶*non magnitudine sed ratione &c.*) non copiam respexit, sed prudentem dispensationem. Sic de se Cic. pro domo c. 58. *Fortunae numerum non tam facultatem unquam & copiam extendendam putavi, quam & utendo rationem & in carendo patientiam.*

Cap. XV ¹*neque dicebat &c.*) Nam viri boni est ne mentiatur. v. Gell. 11, 11; & supra 15, 3, 11. ²*eius comitas &c.*) Sic Cic. de Leg. 3, 1. Attico societatem gravitatis cum humanitate tribuit; *Facilitatem & severitatem*

tellectu, utrum eum amici magis ³ vererentur, quam amarent. Quidquid rogabatur, religiose promittebat: quod ⁴ non liberalis sed levis arbitrabatur, polliceri quod praestare non posset. ² Idem in ⁵ nitendo quod semel ⁶ admisisset, tanta erat cura, ut non mandatam, sed suam rem videretur agere. Nunquam suscepti negotii eum peractum est. Suam enim ⁷ existimationem in ea re ³ agi putabat: qua nihil habebat carius. Quo fiebat, ut omnia M. & Q. Ciceronum, ⁸ Catonis, Hortensii, ⁹ Auli Torquati, multorum praeterea equitum Rom. negotia procuraret. Ex quo iudicari poterat, ¹⁰ non inertia sed iudicio fugisse reipublicae procuracionem.

XVI. ¹ Humanitatis vero nullum afferre maius testimonium possum, quam quod adolescens idem

Tacitus Agricolae c. 9, 4. conf. A. 2, 72, 3. & c. 50, 1; Vellei 2, 116, 3. ³ vererentur) suspicerent & venererentur. v. c. 5, 1. ⁴ non liberalis sed levis) sc. viri istud esse. Sic Philippus ap. Iustio. 9, 8, 8. Perseus ap. Liv. 42, 5. conf. Ter. Andr. 4, 1, 5; & Heaut. 4, 5, 33. ⁵ nitendo) annitendo, operam dando, ut aliquid fiat. ⁶ admisisset) in se recepisset; in promissis concessisset roganti. ⁷ existimationem agi) dignitatis & famae suae rationem in eo consistere, dass seine reputation drauf stunde. ⁸ Catonis) alii Marci Catonis, eius sc. qui describitur a Velleio 2, 35, 2. Rutgerius legit: Catonis, Marii, &c. quia C. Marius filius inter intimos Attici fuit. v. c. 1, 4. ⁹ Auli Torquati) ad quem Ciceronis epistolae exstant lib. 6. Alius est Lucius Torquatus, de quo ad c. 1. diximus. C. ¹⁰ non inertia sed iudicio) non ob imperitiam & ignaviam, sed ob graves causas.

Cap. XVI. ¹ Humanitatis testimonium) argumentum conversationis incundae cum cuiuslibet aetatis viris.

feni

seni ²Sullae fuerit iucundissimus, senex adolescenti ³M. Bruto: cum aequalibus autem suis, Q. Hortensio & M. Cicerone sic vixerit, ut iudicari difficile sit, ⁴cui aetati fuerit aptissimus. quanquam ²eum praecipue dilexit Cicero, ut ne frater quidem ei Quintus ⁵carior fuerit aut familiarior. ⁶Ei ³rei sunt indicio, ⁷praeter eos libros, in quibus de eo facit mentionem, qui in vulgus iam sunt editi, sexdecim volumina ⁸epistolarum, ⁹ab consulatu eius usque ad extremum tempus, ad Atticum missarum: quae qui legat, non multum desideret historiam contextam illorum temporum. Sic enim omnia de ¹⁰studiis principum vitiis ducum, mutationibus reipubl. perscripta sunt, ut ¹¹nihil in iis non appareat: & facile existimari possit, ¹²prudentiam quodammodo esse ¹³divinationem.

² Sullae) de quo supra c. 4. 1. ³ M. Bruto) de quo paullo ante c. 8, 2. ⁴ cui aetati) quibus viris huius vel illius aetatis. ⁵ carior &c.) Cicero tamen ipse secundas illi a fratre in amando tribuendas esse statuit ad Att. 1, 17. ⁶ ei rei sunt indicio) i. e. indicant. ⁷ praeter libros) & maxime istos tres de Legg. in quibus secum colloquentem inducit Atticum. ⁸ epistolarum &c.) Hae nomen Attici perire non sinunt, &c. v. Sen. epist. 21. Et harum egregia hoc loco Nepotis est commendatio. ⁹ ab consulatu) Ab ante C. Sic & Liv. 26, 13. extr. *positio corpus ab cruciatu vindicabit.* Idem 23, 1. *ab cedentibus* ed. Gronovii, ubi Grut. a cedentibus. Ceterum prioris epist. 9. lib. 1. ante consulatum scriptae sunt. ¹⁰ studiis principum, vitiis ducum) in bello civili Caesariano per Principes Pompeium & Caesarem videtur notare: per duces horum sectatores primarios. C. ¹¹ nihil non appareat) omnia inveniantur & cognoscantur. ¹² prudentiam) sc. Ciceronis in rebus politicis. ¹³ divinationem) nem.

nem. Non enim Cicero ea solum, quae vivo se acciderunt, ¹⁴ futura praedixit: sed etiam, quae nunc usu veniunt, ¹⁵ cecinit ut vates.

XVII. De ¹ pietate autem Attici quid plura commemorem? cum hoc ipsum vere gloriantem audierim in funere matris suae, quam ² extulit ³ annorum nonaginta, cum ⁴ esset septem & sexaginta, se ⁵ nunquam cum matre in gratiam redisse, nunquam cum sorore fuisse ⁶ in similitate, quam ² prope ⁷ aequalem habebat. Quod est signum, aut nullam unquam inter eos querimoniam intercessisse, aut hunc ea fuisse in suos ⁸ indulgentia, ut quos amare deberet, irasci eis nefas duceret. ³ Neque id fecit natura solum, quanquam ⁹ omnes

eadem tribuitur Attico c. 9, 1; & Themistocli c. 1, 4. ¹⁴ futura praedixit) vide eius epistolam ad Caecinnam 6, 6. Pompeius in fuga idem confessus est, Cicero-
nem plus vidisse: se sperasse meliora. conf. Philipp. 2, 15. C. Idem Phil. 2, 5. praedixit M. Antonio, quod eum P. Clodii fatum, sicuti C. Curionem, maneat. ¹⁵ cecinit) Vox haec est propria de oraculis, vatibus, poetis.

Cap. XVII. (¹ pietate) officio liberorum erga parentes. ² extulit) sc. ad sepulturam. Sic infra c. 22, 4. conf. 3, 3, 2. ³ annorum) sc. matronam. ⁴ esset) ipse Atticus. ⁵ nunquam in gratiam redisse) consequens ponitur pro antecedente h. e. eam se nunquam offendisse; vel ut verbis utamur ex inscriptione apud Gruter p. 795. n. 6. cum illa vixisse se sine controversia ulla. ⁶ in similitate) in discordia vel inimicitis. ⁷ aequalem) eiusdem aetatis vel coevam. ⁸ indulgentia) benignitate, facilitate. conf. supra c. 1, 2. ⁹ omnes ei paremus) Cic. in Cat. Mai c. 2. In hoc sumus sapientes, quod naturam optimam ducem tanquam deum sequimur, eique paremus. Sen. de vita beata c. 3. Ad naturae legem exem-
ei

ei paremus, sed etiam ¹⁰ doctrina nam & principum philosophorum ita percepta habuit ¹¹ praecepta, ut iis ¹² ad vitam agendam, non ad ¹³ ostentationem uteretur.

Moris etiam maiorum summus imitator fuit, XVIII. ¹ antiquitatisque amator: quam adeo diligenter habuit cognitam, ut eam totam in eo volumine exp^o fuerit, quo magistratus ² ornavit. Nulla ² enim lex, neque pax, neque bellum, neque res illustris est populi Romani, quae non ³ in eo ⁴ suo tempore sit notata: & quod difficillimum fuit

plumque formari, sapientia est. Beata ergo vita, conveniens naturae suae. C. ¹⁰ doctrina) ex doctrina, qua imbutus erat. Doctrina vim promovet instam, rectique cultus pectora roborant, Hor. Od. 4, 4, 33. ¹¹ praecepta) sc. virtutum & axiomatum practitorum. ¹² ad vitam agendam) Hic finis philosophiae, ut magistra sit vitae. v. Nepotis querelam ex Lactant. 3, 15. in Fragm. n. 10. De ea Seneca ep. 14. vitam disponit, actionem regit. ¹³ ostentationem) Epistetus apud Gellium 17, 19. dixit: plerosque, qui philosophari viderentur, philosophos esse ἀνευ τῆς πράξεως, μέχρι τῶ λέγειν. De quo hominum genere vere Hieronymus epist. 23. ad Iulianum: philosophus gloriae animal, & popularis aurae vile mancipium. C.

Cap. XVIII. ¹ antiquitatis amator) historiarum & rituum veterum studiosus, quem antiquarium vocant. ² ornavit) id est elogiis honoravit. Vossius, Barthius, alii, malunt ordinavit, hoc est digessit, ordine disposuit, quia sequatur, quae non in eo suo tempore sit notata. Annaium vero librum intelligit, de quo plura extremo Hannibale dicta sunt. C. v. Voss. de Hist. Lat. I, II. ³ in eo) sc. volumine vel libro, quo, ut Cicero c. 34. testatur, annorum septingentorum memoriam colligavit. ⁴ suo tempore) secundum ordinem
sic

sic familiarum originem ⁵ subtexuit, ut ex eo clarorum virorum ⁶ propagines possimus cognoscere. Fecit hoc idem separatim in aliis libris; ut M. Bruti rogatu ⁷ Iuniam familiam ⁸ a stirpe ad hanc ætatem, ordine enumeraverit, notans, qui, a quo ortus, quos honores, quibusque temporibus cepisset: pari modo ⁹ Marcelli Claudii, ¹⁰ de Marcellorum: Scipionis Cornelii, & Fabii Maximi, de Corneliorum & Fabiorum, & Aemiliorum quoque: \ quibus libris nihil potest esse dulcius iis, qui aliquam cupiditatem habent notitiæ clarorum virorum. ¹¹ Attigit quoque poëticen: credimus, ne eius expers esset suavitatis. Namque versibus, ¹² qui honore rerumque gestarum amplitudine ceteros Romani populi præstiterunt, exposuit: ita, ut sub singulorum ¹³ imaginibus, facta magistratusque eorum, non amplius ¹⁴ quaternis

temporum, quibus res acciderunt. ⁵ subtexuit) simul adiecit, inseruit. ⁶ propagines) genealogicas deductiones. ⁷ Iuniam familiam) Est gens una ex nobilissimis, quæ a Troianis & Aenea deducuntur, ex qua amicus ille Attici M. Brutus fuit, qui a L. Iunio Bruto, cuius meminit Livius 1, 56. originem ducebat. ⁸ a stirpe) a prima origine. ⁹ Marc. Claudii) sc. rogatu, quod hic & postea repetendum est. ¹⁰ de Marcellorum) subaudi hic & postea: familia scripsit. ¹¹ Attigit poëticen) Nonnihil operæ in studio poetico posuit. ¹² qui præstiterunt) i. e. excellentiores & maxime illustres in rep. viros, quos principes civitatis vocat cap. 19, 2. ¹³ imaginibus) Plin. 35, 2. Imaginum amore flagrasse quondam, testes sunt & Atticus ille Ciceronis edito de his volumine; & Marcus Varro Sc. C. ¹⁴ quaternis versibus) eiusmodi carmina breviora & rotundiora vocantur epigrammata.

qui-

quisque versibus descripserit. quod vix credendum sit, tantas res, tam breuiter potuisse declarari. Est etiam liber Graece confectus, ¹⁵ *de consulatu Ciceronis*. Hactenus Attico vivo edita haec a nobis sunt.

Nunc quoniam fortuna ¹ nos superstites, ei XIX, esse voluit, reliqua persequemur: &, quantum poterimus, ² rerum exemplis, lectores docebimus, sicut ³ supra significauimus, *suos cuique mores plerumque conciliare fortunam*. Namque hic contentus ⁴ ordine equestri, quo erat ortus, in affinitatem peruenit ⁵ imperatoris ⁶ diui Iulii filii: cum ⁷ iam ante familiaritatem eius esset confectus nulla alia re, quam ⁸ elegantia vitae, qua

¹⁵ *de consulatu Ciceronis*) Cicero Att. 2, 1. pr. *venit obviam tuus puer: is mihi litteras abs te, & commentarium consulatus mei Graece scriptum reddidit. C.* Sed mox addit: *Illam tuam horridulam mihi & incomptam visa sunt.*

Cap XIX. ¹ *nos superstites*) me superesse, supervivere, *dass ich ihn überlebet.* ² *rerum exemplis*) tanquam officiorum fontibus, quos historiae philosophia aperit & tradit. ² *supra*) nempe c. 11, 6; ubi in ipso effato pro *conciliare* est *ingere*. ⁴ *ordine*) dignitate a maioribus accepta. v. c. 1, 1. ⁵ *imperatoris diui Iulii filii*) imp. Octavii Caesaris Augusti qui filius Iulii Caesaris adoptivus erat. A. MS. abest *Iulii*, & eleganter, ut in nummis IMP. CAES. DIV. F. III VIR. R. P. C. vide supra c. 12. C. ⁶ *Diui*) propter consecrationem, qua inter divos relatus, cuius causam ostendit Plinius Paneg. c. 11. ⁷ *iam ante*) priusquam affinitas sequeretur. ⁸ *elegantia vitae*) concinna & praeclara vivendi ratione. Talem quoque M. Servilii Tacitus A. 14, 19, 2; & Zenonis cuiusdam eleganter actam vitam Liv. 35, 31. praedicant.

ceteros

ceteros ⁹ ceperat ¹⁰ principes civitatis, ¹¹ dignitate pari, fortuna ¹² humiliore. Tanta enim ¹³ prosperitas Caesarem est consecuta, ut ¹⁴ nihil ei non tribuerit fortuna, quod cuiquam ante detulerit: & conciliarit, ¹⁵ quod civis Romanus ¹⁶ quivit consequi. Nata est autem Attico ¹⁷ neptis ex Agrippa, cui virginem filiam ¹⁸ collocarat. Hanc Caesar vix ¹⁹ anniculam, Tiberio Claudio Neroni, ²⁰ Drusilla nato, ²¹ privigno suo, despondit: quae coniunctio ²¹ necessitudinem

⁹ ceperat) sibi conciliaverat. Ita Phaedrus 3, 15, 19. homines meritis capi dixit, quod idem de Deo fieri negat Lucretius 1, 62. ¹⁰ principes civitatis) Pompeium, Ciceronem, Antonium. C. ¹¹ dignitate pari) i. e. qui eandem in rep. auctoritatem habebant, quam habet Augustus. ¹² humiliore) i. e. inferiore, quam quae nunc est Augusti felicitas. ¹³ prosperitas Caesarem est consecuta) i. e. Caesar prosperitatem nactus est. Vexat interpretes, cur Caesaris prosperitati in vita Pomponii locus sit, adeo, ut quidam eam malint, quam Caesarem legere, ut ad Atticum referatur. ¹⁴ nihil ei non tribuerit) i. e. omnia summa tribuit & in manus eius concessit. ¹⁵ quod civis Romanus &c.) i. e. ut ex cive Romano summus imperator esset. ¹⁶ neptis ex Agrippa) Suet. Tiber. c. 7. Agrippinam M. Agrippa genitam neptem Caecilii Attici. equitis Romani, ad quem sunt Ciceronis epistolae, duxit uxorem. Quod vero Caecilium vocat, id nomen ex avunculi testamento est, de quo c. 5. noster praedixit: notior tamen est Pomponii nomine apud Ciceronem & alios C. ¹⁷ collocarat) sc. in matrimonium. ¹⁸ anniculam) unius anni puellam. ¹⁹ Drusilla nato) Livia Drusilla, Drusii Neronis antea, post Augusti Caesaris uxore, quam plene Liviam Drusillam Suetonius vocat Aug. c. 62. C. conf. Vellei. 2, 75, 3. ²⁰ privigno suo) qui postea successor Augusti & imperator fuit. ²¹ necessitudinem sanxit) sanctiorem constituit amicitiam & affinitatem conf. 10, 1, 3.

eorum

eorum sanxit, familiaritatem reddidit frequentiore.

Quamvis ante haec sponsalia non solum, cum XX. ab ¹ urbe ² abesset, nunquam ad suorum quemquam litteras misit, quin Attico ³ mitteret, quid ageret, imprimis quid legeret, quibus in locis, & quamdiu esset moraturus: sed etiam cum esset in ² urbe, & propter suas ⁴ infinitas occupationes, minus saepe, quam vellet, ⁵ Attico frueretur, nullus dies tamen ⁶ temere intercessit, quo non ad eum scriberet, quo non aliquid de ⁷ antiquitate ab eo requireret: modo aliquam ei ⁸ quaestionem poeticam proponeret, interdum iocans eius ⁹ verbosiores eliceret epistolas. Ex quo accidit, cum ³ aedes ¹⁰ Iovis Feretrii, in ¹¹ Capitolio ab ¹² Romulo constituta, vetustate atque ¹³ incuria detecta prolaberetur, ut, Attici admonitu, Caesar eam reficiendum curaret. Neque vero ab M. Antonio ⁴ minus absens ¹⁴ litteris colebatur: adeo, ut accu-

Cap. XX. ¹ urbe) Roma. ² abesset) Caesar Augustus: ³ mitteret) scriberet, per litteras significaret. Sic Cic. fam. II, 8. ⁴ infinitas) multiplices & gravissimas. ⁵ Attico frueretur) Atticum haberet praesentem & colloquentem. ⁶ temere intercessit) facile praeteriit. ⁷ antiquitate) veterum morum & rituum Romanorum. ⁸ quaestionem) cuius generis inter grammaticos dabantur plures. vid. Wower. Polym. c. 10. §. 12. ⁹ verbosiores) copiosiores, prolixiores, facundas. ¹⁰ Iovis Feretrii) cui spolia optima ferebantur. Lege Livium I, 10. C. item Flor. I, 1, 10. & Aur. Vict. Vir. ill. c. 2. ¹¹ Capitolio) arce Romana. ¹² Romulo) primo Romanorum rege hoc templum conditum. ¹³ incuria detecta) templo aedis per negligentiam non conservato, sed sublato. ¹⁴ litteris colebatur) honorificas epistolas accipiebat.

rate

rata ille, ex ¹⁵ ultimis terris, quid ageret, ¹⁶ quid curae sibi haberet, certio rem faceret Atticum. Hoc, quale sit, facilius existimabat is, qui iudicare poterit, quantae sit sapientiae, ¹⁷ eorum retinere usum benevolentiamque, inter quos ¹⁸ maximarum rerum non solum aemulatio, sed ¹⁹ obtrectatio tanta intercedebat, quantum fuit ²⁰ incidere necesse inter Caesarem atque Antonium, cum se uterque principem non solum urbis Romanae, sed orbis terrarum esse cuperet.

XXI. Tali modo cum ¹ septem & septuag. annos compleisset, atque ad extremam senectutem non minus dignitate, quam gratia fortunaque crevisset (mul-

15 ex ultimis terris) ex Aegypto & aliis partibus Orientis. Sic Sallust. Catil. c. 16. Cn. Pompeius in extremis terris bellum gerebat, qui vero non longius, Mithridate victo, progressus erat, quam ad gentes inter Pontum & Caspium mare positas. Cic. Verrina ult. c. 57. illa vox & imploratio, CIVIS ROMANVS SVM, saepe multis, in ultimis terris, opem inter barbaros & salutem tulit. Vulgo editum fuit exsul cum his terris, quasi tempora signentur, quibus hostis Antonius iudicatus erat: sed minus id congruens quia & breve illud tempus fuit, & Antonius, ad Mutinam victus, Italia vix, ante triumviratum excessit. Ut nos etiam Courtinus atque Bosius ediderunt, non sine auctoritate MSS. codicum. C. 16 quid curae sibi haberet) cuius rei curam suscepisset. 17 eorum usum) Augusti simul & Antonii familiare commercium. 18 maximarum rerum) principatus & summi imperii. 19 obtrectatio) aegritudo alterius, quod alter eiusdem esse vellet dignitatis, conf. c. 5, 4. 20 incidere) occurrere. alii concidere.

Cap. XXI. *1 septem & septuag. annos) Quia sexagenarius fuit sub initium belli civilis, qui annus ab urbe condita fuit MCCCLV: & mortuus ess. Cn. Domitio & C.*

tas enim hereditates nulla alia re quam ² bonitate est consecutus) tantaque prosperitate usus esset valetudinis, ut annos triginta ³ medicina non indignisset: nactus est morbum, quem initio & ipse ³ & medici ⁴ contemserunt. nam putarunt esse ⁵ tenesmon. cui ⁶ remedia celeria faciliaque proponebantur. In hoc cum tres menses sine ullis ³ doloribus, praeterquam quos ex curatione capiebat, consumsisset: subito tanta vis morbi in unum intestinum ⁷ prorupit, ut extremo tempore, per lumbos ⁸ fistula putris eruperit. *At* ⁴ que hoc prius, quam ei accideret, postquam ⁹ in dies dolores accrescere, febremque accessisse sen-

Sofio, hoc est, anno 1000 XXI, non possunt cetera ignorari. Nempe natus est anno ICCXLIV, triennio maior quam Cicero, cui XI. annis supervixit. Ille Attici annus climactericus hebdomaticus magnus plerumque fatalis. v. Censorin. de die natali c. 14; & Salmas. de Annis climact. 2 *bonitate*) de qua supra c. 9, 1. & c. 10, 3. 3 *med. non indignisset*) non fuisset aegrotus. 4 *contemserunt*) nullius momenti esse putarunt. 5 *tenesmum*) Scrib. Largus compos. 142. *Tenesmus*, inquit, est irritatio ultima partis directi intestini, in quo saepius libet desurgere sine causa. & Celsus 4, 18. *in hoc* (morbo) frequens desiderii cupiditas est. Desurgere autem & Desidere est alvum exonerare, cuius inanem conatum hic morbus habet. C. conf. Plin. 28, 14. 6 *remedia*) sc. laxantia, solventia & digerentia. 7 *prorupit*) materia vitiosa eo devoluta exitum quaesivit. 8 *fistula putris*) De fistula Celsus 5, 28, 12. *id nomen est ulceri alto, angusto, calloso*. Quidam legunt *fistula puris*: simplicissime Medicaeus codex *pus erumperet*, unde doctis in mentem venit, glossomat(1 similem esse vocem *fistula* C. 9 *in dies accrescere*) quotidie augeri. *In dies singulos* habet Cicero Att. 5, 7; sit,

fit, Agrippam generum ad se ¹⁰ arcessi iussit, & cum eo L. ¹¹ Cornelium Balbum, ¹² Sextumque Peducaeam. hos ut venisse vidit, in cubitum ¹³ *nixus*, quantum, inquit, curam diligentiamque in valetudine mea tuenda hoc tempore adhibuerim, cum vos testes habeam, nihil opus est pluribus verbis commemorare. quibus quoniam, ut spero, ¹⁴ *satisfeci*, ¹⁵ nihilque reliqui feci, quod ad sanandum me pertineret, reliquum est, ut, egomet mihi ⁶ *statulam*. Id vos ignorare nolui. Nam ¹⁶ mihi *stat*, ¹⁷ *alere morbum desinere*. namque his diebus quidquid cibi sumsi, ita produxi vitam, ut auxerim dolores sine spe ¹⁸ *salutis*. Quare a vobis peto pri-

& Catil. 1, 1. ¹⁰ arcessi iussit) quidam libri accersiri, sive ut emendatius alii scriptum volunt arcessiri, ab arcessio, ire. Non male, nam etiam Caesar B. Gall. 5, 11. dixit, ex continententi alios accersiri iubet. & Hyginus Fab. 88. quam iubet accersiri, quemadmodum Columella laceffiri dixit 9, 8. & 15. quod frequentiore usu laceffi est. C. 11 Corn. Balbum) Gaditanum genere, pro quo exstat oratio Ciceronis C. 12 Sextum Peducaeam) & hunc in familiarissimis Ciceronis & Attici amicis fuisse, tum ex multis aliis locis, tum praecipue ex verbis constat epist. 13, 1. Ego vero Peducaeam nostrum vehementer diligo. C. 13 *nixus*) al. *innixus*, ut sic se attolleret & in lecto erigeret. 14 *satisfeci*) feci, quod desiderium vestrum exegit; feci, ut mecum queatis esse contenti. 15 *nihil reliqui feci*) eleganter pro nihil praetermissi, omne illud adhibui. 16 *mihi stat*) mihi decretum constitutumque est, proposui mihi, ita *Stat* de firma sententia usurpatum a Virgilio Aen. 2, 750. *Stat, casus renovare omnes*. Et Cic. fam. 9, 2. *Modo nobis stet illud*. Integre agunt, *stat* cui sententia. Liv. 21, 30. *Hannibal postquam ipsi sententia stetit, peregre ire*. Adde Ter. Eun. 2, 1, 18. C. 17 *alere morbum desinere*) non amplius sumpto cibo morbi dolores promovere, sed inedia finire. 18 *salutis*) sanitatis recuperandae.

num,

mum, ut ¹⁹ consilium probetis meum: deinde, ne frustra ²⁰ dehortando conemini.

Hac oratione habita, tanta constantia vocis XXII. atque vultus, ut non ex vita, sed ¹ ex domo in domum videretur migrare, cum quidem Agrippa eum flens, atque ² osculans, oraret atque obsecraret, ³ ne id, quod natura cogeret, ipse quoque ² sibi acceleraret: & quoniam tum quoque posset ⁴ temporibus superesse, se sibi suisque reservaret: preces eius taciturna sua ⁵ obstinatione compressit. Sic cum biduum cibo ⁶ se abstinuisset: subito febris ⁷ decessit, leviorque morbus esse coepit; tamen ⁸ propositum nihilo secius peregit.

¹⁹ consilium) sc. mortis voluntariae, ex Stoicorum sententia, de qua Seneca ep. 58, 70, 77. & alibi. conf. Tac. A. 4, 35, 4 sq, Val. Max. 2, 6, 8; Curt. 5, 6, 7; August. de C. D. 1, 22 sq. ²⁰ dehortando conemini) i. e. dehortemini.

Cap. XXII. ¹ ex domo in domum mig.) Verbo leviter, nescio an etiam sensu, discrepat Cato Ciceronianus cap. ult. ex vita, inquit, ista discedo tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo. Commorandi enim natura diversorum nobis non habitandi dedit. C. ² osculans) mos erat osculo excipere morientes, quod Kirchmannus de Funer. 1, 5. exemplis probat Liviae, Suet. Aug. 100; Dryadiae Paullini filiae, Auson. Parental. 23: & aliorum. C. conf. Val. Max. 4, 8, 9. ³ ne id quod nat. &c.) ne mortem inevitabilem ultro attraheret. ⁴ temp. superesse) aliquamdiu etiam aegrotando vitam prorogare. ⁵ obstinatione) Par obstinatio Corellii Rufi erat apud Plinium. I. epist. 12. Virtus videri voluit, non autem erat & ipse Stoicus Seneca epist. 30. Plus, inquit, momenti apud me habent, qui ad mortem veniunt sine odio vitae: & admittunt illam, non attrahunt. C. ⁶ se abstin.) pronomen se quod communiter omittitur, etiam apposuit. ⁷ decessit) grassari desuit. ⁸ prop. peregit) ab incepto

Cornel. Nep.

T

Ita

Itaque die quinto, postquam id consilium inie-
rat, ⁹ pridie Kalend. Aprilis, Cn. Domitio, C. So-
4 sio Coss. decessit. Elatus est in ¹⁰ lecticula, ut
ipse ¹¹ praescripserat, sine ulla ¹² pompa fune-
ris, comitantibus omnibus bonis maxima vulgi
frequentia. Sepultus est iuxta ¹³ viam Appiam,
ad ¹⁴ quintum lapidem, in monumento Q. Cae-
cili avunculi sui.

suo se non passus est abduci. ⁹ pridie Kal.) priore die
ante Calendas, i. e. ultimo Martii die. ¹⁰ lecticula) fu-
nebri, qua utebantur in efferendis nobilioribus, in ce-
teris sandapila. ¹¹ praescripserat) fieri moribundus ius-
serat. ¹² pompa fun.) solenni insignium aut imagi-
num ostentatione. ¹³ viam Appiam) ab Appio Claudio
consule lapidibus stratam, iuxta quam celebriora Ro-
manorum sepulcra fuerunt. ¹⁴ ad quintum lap.) In
viarum, quae a Roma in plerasque nobiles Italiae ur-
bes ducebant, lateribus stabant lapides magni erecti,
singulis miliaribus a se distantes, secundum quos
Romani longitudinem viae numerabant.

CORNELII NEPOTIS FRAGMENTA,

quae reperiri potuerunt,

ANDREAE SCHOTTI

studio collecta.

Chronicorum Lib. I.

I Vixit Homerus ante Romam conditam annis
circiter C. & LX. *Gell. 17, 21.*

Roma condita Olympiadis septimae anno se-
cundo a) *Solin. cap. 2.*

a) Alias quoque aliorum sententias de anno condi-
tae urbis ibidem examinat: ipse acquiescit in XII.
Olympiadis anno I.

Archi-

Archilochus Tullo Hostilio Romae regnante
iam tunc poëmaticis clarus & nobilis. *Gell.* 17, 21.

M. Manlius Romae, qui Gallos in obsidione 2
Capitolii obrepentes per ardua depulerat, con-
victus est consilium de regno occupando iniisse:
damnatusque capitis, e saxo Tarpeio, ut M. Varro
ait, praeceptus datus est: ut Corn. autem Nepos
scriptum reliquit, necatus est. *Gell.* c. 1.

Alexander Magnus Pellae ortus, M. Fabio 3
Ambusto, Tito Quinctio Capitolino Coss. post
Romam conditam anno trecentesimo octogesimo
quinto. *Solinus* c. 53. de Asia minore.

P. Terentius Scipionis Africani & C. Laelii
aequalis. *Donatus* in vita.

CORNELII NEPOTIS

Exemplorum lib. II.

A virgine vestale. *Charisius* lib. I. col. 119. 4
ed. Putsch.

7
Ex lib. V.

Multis in senatu placuit, ut qui captivorum
Romanorum ab Hannibale, redire nollent, datis
custodibus ad Hannibalem deducerentur: sed ea
sententia numero plurium, quibus id non videre-
tur, superata: ii tamen, qui ad Hannibalem non
rediissent, usque adeo b) detestabiles invisique
fuerunt, ut taedium vitae ceperint, necemque
sibi consciverint. *Gell.* 7, 18.

b) *intestabiles* Gelliani libri habent, quod idem ac
detestabiles, infames est. Ita Horat. 2. Satyr. 3, 181. *Is*
intestabilis & sacer esto.

CORNELII NEPOTIS

Illustrium Virorum Lib. II.

Subinde. *Charis.* lib. 2. col. 195.

T 2

Lib.

Lib. XV.

- 5 Harum c) partum. *Charif. lib. I. col. 114.*
 c) partum pro partium, sicut Ennius quatuor partum.
 Addit tamen ex Plinio ibidem Charisius, consuetudinem fecisse PARTIUM.

Lib. XVI.

A fratre patruale. *Charif. ibidem col. 113.*

INCERTA QVO LIBRO

Virorum illustrium postea.

- 6 Carthago antea speciem habuit duplicis oppidi, quasi aliud alterum amplecteretur, cuius interior pars * Byrsa dicebatur, exterior Magalia. Huius rei testis est C. Nepos in eo libro, qui Vita illustrium inscribitur. *Servius in Aen. l. v. 368.*

* *Byrsa, Magalia*). Vtrumque nomen ex I. Aeneidos, non ignotum: originis etiam utrumque Ebraicae, illud metathesi R & S; hoc antistoecho L. pro R. Servius ad verba v. 421. Magalia quondam, *Magalia*, inquit, *מגלית* est. Nam debuit dicere Magaria, quia *Magar*, non *Magal*, Poenorum lingua villam significat.

Propius Grammatico accessi. *Dioned. i. lib.*

- 7 A. Albinus, qui cum L. Lucullo consul fuit, res Romanas oratione Graeca scriptitavit; in eius Historiae principio scriptum est ad hanc sententiam: neminem succensere sibi convenire, si quid in his libris parum compositae aut minus eleganter scriptum foret: nam sum, inquit, homo Romanus; natus in Latio: Graeca oratio a nobis alienissima est. Ideoque veniam gratiamque malae existimationis, si quid esset erratum, postulavit. Ea cum legisset d) M. Cato: Nae tu, inquit, Aule, nimum nugator es, cum maluisti culpam deprecari, quam culpa vacare. Nam petere veniam solemus;

aut

aut cum imprudentes erravimus, aut cum compulsi peccavimus. Tibi, inquit, oro te, quid perpulit, ut id committeres, quod priusquam faceres, peteres ut ignosceretur. Scriptum hoc est in libro Corn. Nepotis de illustribus viris. *Gellius* II, 8; & *Macrob. praef. Sat.*

d) Forfan hoc ex M. Catonis vita, quae pars libri de Viris illustribus erat, depromptum est. Quae enim de Catone habemus reliqua, fragmenta maioris operis esse videntur: saltem diversa ab illo libro, quem de Catone, rogatu Pomponii, ut extremo Catone ait, composuerat.

CORNELII NEPOTIS

Lib. I. de Vita Ciceronis.

Cornelius Nepos, & rerum memoriae non indiligens, & M. Ciceronis, ut qui maxime, amicus familiarisque fuit; atque is tamen in primo libro, quos de vita illius composuit, errasse videtur, cum eum scripsit e) tres & viginti annos natum primam causam iudicii publici egisse: Sextumque Roscium parricidii reum defendisse.

e) Asconius Pedianus & Fenestella apud Gellium ponunt orationi illi annum aetatis Ciceronianae XXVI; ipse Gellius XXVII.

Tullius, me praesente f) iisdem paene verbis, quibus edita est, eam pro Cornelio, seditioso Tribuno, defensionem peroravit. *Hieronymus epist. 61. ad Pammachium cap. 4.*

f) Hieronymi verba sunt: frustra suspicimus Tullium. Refert enim Cornelius Nepos, se praesente iisdem paene verbis, quibus edita est, eam pro Cornelio, seditioso tribuno, defensionem peroravisse. Hoc autem pugnat cum Plinio, qui lib. 1. epist. 20. ait, Ciceronem pro Cornelio quadriduo egisse: ne dubitare possimus, quae per plures dies, ut necesse erat, latius dixit, postea recisa ac purgata in unum librum grandem quidem, unum tamen coarctasse. Ipse Cicerone

eero in Hortensio suo, teste Lactantio 6, 2. longam orationem vocat. Asconius appellat pro C. Cornelio, maiestatis reo, eiusque argumentum cum fragmentis quibusdam nobis reliquit.

CORN. NEPOTIS

Lib. I. Epistolarum ad Ciceronem.

- 10 Tantum abest, ut ego magistram esse putem vitae philosophiam, beataeque vitae perfectricem, ut nullius magis existimem opus esse magistris vivendi, quam plerisque, qui in ea disputando versantur. Video enim magnam partem eorum, qui in schola de pudore & continentia praecipiant argutissime, eosdem in omnium libidinum cupiditatibus vivere. *Lactant. 3, 15.*

FRAGMENTA

Incerta partim quo libro posita, partim quibus verbis concepta.

- 11 **N**epos auctore certo comperisse se ait, C. Laelium quondam in Puteolano Kalend. Martiis admonitum ab uxore temporibus ut discumberet, petiisse ab ea ne interPELLARETUR, serius tandem ingressum triclinium dixisse, non saepe in scribendo magis successisse sibi: deinde rogatum ut scripta illa proferret, pronunciaisse versus, qui sunt in *ἐαυτοντιμορξμένω.*

Sati' pol proterve me Syri promissa huc induxerunt:

Haec Donatus in vita Terentii.

- L. Otacilius Pilitus primus omnium libertinorum scribere historiam orsus; non nisi ab honestissimo quoque scribi solitam Cn. enim Pompeii M. quem docuit, patrisque eius res gestas compluribus libris exposuit. *Suet. de clar. Rhet. c. 3.*

Cor-

Cornelius Nepos libello g) quodam distinguit litteratum ab erudito *litteratos* quidem vulgo appellari ait eos, qui aliquid diligenter & acute scienterque possint aut dicere aut scribere: certum proprie sic appellandos poetarum interpretes, qui a Graecis *Grammatici* nominentur; eosdem *litteratores* vocitatos. *Suet. illust. Gramm. c. 4.*

g) Ita Casaubonus ex Bongarsii codice emendavit: vulgo editi libri habent: *Cornel. Nepos in libello, quo distinguit litteratum ab erudito, quasi integrum libellum de hac materia composuisset.*

Praeter Physicos Homerumque, qui universum orbem mari circumfusum esse dixerunt, Cornelius Nepos, ut recentior auctor, ita certior tradit. Testem autem rei Q. Metellum Celerem adiicit, eumque ita retulisse commemorat. Cum Galliis **14** proconsul praeesset, Indos quosdam a rege h) Suevorum dono sibi datos, unde in eas terras devenissent, requirendo cognovisse, vi tempestatum ex Indicis aequoribus abreptos, emensosque quae intererant, tandem in Germaniae littora exisse. *Pompon. 3, 5. extrem.*

h) *Suevorum.* Vossius ad Melam, mavult *Baetorum*, quos *Batavos* interpretatur. Plinius tamen, qui eandem rem scripsit, habet etiam *Suevorum* lib. 2, 67. Consule ibi Harduinum, cui displicet litura Vossiana.

Largitudo. *Charif. lib. I.*

Eudoxus quidam avorum nostrorum tempori- **15** bus, cum Lathyrum regem Alexandriae i) profugeret, Arabico finu egressus per hoc pelagus (Africum) ut Nepos adfirmat, Gades usque profectus est. *Mela 3, 9. Plin. 2, 67.*

i) *profugeret.* Plinius, qui eandem rem & iisdem fere verbis ex Nepote refert, habet *fugeret.* Nec tamen male

profugeret Pomponius. Nam etiam Curtius 10, 2, 20. cum quarto casu id verbi coniunxit. *Ne servi quidem, inquit, uno grege profugiunt dominos.*

- 16 Ab Heneto Paphlagones in Italiam transvecti, mox Veneti sunt nominati. *Solinus c. 56. ex Plin. 6, 2.*

Fauces Oceani T. Livius ac Nepos Cornelius latitudinis tradiderunt, ubi minimum, VII. M. pass. ubi vero plurimum X. M. *Plin. 3. prooemio.*

- 17 Melpum opulentia praecipuum, quod ab Insubribus, & Boiis, & Senonibus deletum esse eodie, quo Camillus Veios ceperit, Nepos Cornelius tradit. *Plin. 3, 17.*

- 18 Ultra Aquilei. VI. M. pass. Formio amnis, ab Ravenna CLXXXIX. M. pass. antiquus auctae Italiae terminus, nunc vero Istriae: quam cognominatam tradunt a flumine Istro in Adriam effluente a Danubio amne, eidemque Istro ex adverso Padi fauces, contrario eorum percussu mari interiecto dulcescente k) plerique dixere falso, & Nepos Cornelius, Padi accola. *Plin. 3, 18.*

k) *plerique*, in quibus etiam est Mela 2, 3. extremo Strabo lib. 1, f. 39. appellat sententiam hanc κοινὴν τῶν πρὸ αὐτῶν ἄγνοιαν, communem errorem veterum, quem Plinius etiam c. 1. configit. Nullus, inquit, ex Danubio amnis in mare Adriaticum effunditur.

- 19 Alpes in longitudine X. M. pass. patere a supero mari ad inferum, Caelius tradit: Timagenes XXII. M. pass. deductis in latitudinem, Cornelius Nepos centum M. T. Livius tria M. stadiorum, uterque diversis in locis. *Plinius 3, 19.*

- 20 Inter duos Bosporos, Thracium & Cimmerium, directo cursu, ut auctor est Polybius, D. M. passuum

um interfunt. Circuitu vero totius Ponti vicies semel centena quinquaginta M. ut auctor est Varro, & fere veteres. Nepos Cornelius trecenta millia quinquaginta adiicit. *Plin. 4, 12. (Hard. 24.)*

Minus profecto mirentur portentosa Graeciae **21** mendacia, de hortis Hesperidum & amne Lixo prodita, qui cogitent, nostros nuper paullo minus monstrifica quaedam de iisdem tradidisse: praevallidam hanc urbem, maioremque Carthagine magna praeterea ex adverso eius sitam & prope immenso tractu ab Tingi: quaeque alia Cornelius Nepos avidissime credidit. *Plin. 5, 1.*

Inter Pontum & Caspium mare **CCCLXXV. 22** M. pass. non amplius interesse tradiderunt: Cornelius Nepos **CCL.** millia. *Plin. 6, 11.*

Polybius in extrema Mauritania contra montem **23** Atlantem a terra stadia octo abesse prodidit Cernen. Nepos Cornelius ex adverso maxime Carthaginis a continente passus mille: non ampliorem circuitu duobus millibus. *Plin. 6, 31.*

Nepos Cornelius, qui Divi Augusti principatu **24** obiit: Me, inquit, iuvene violacea purpura vigebat, cuius libra denariis centum veniebat; nec multo post rubra Tarentina. Huic successit dibapha Tyria, quae in libras denariis mille non poterat emi. Hac P. Lentulus Spinther Aedilis Curulis, primus in praetexta usus improbatur: nam purpura quis non, inquit, triclinaria facit? *Plin. 9, 39.*

Onychem etiam tum Arabiae montibus, nec **25** usquam alibi nasci putavere nostri veteres: 1) Suddines in Germania: potoriis vasis inde factis primum,

mum, dein pedibus lectorum fellisque: Cornelius Nepos tradit magno fuisse miraculo, cum P. Lentulus Spinther amphoras ex eo & urceos magnitudine cadorum ostendisset: post quinquennium deinde, triginta duorum pedum longitudine columnas vidisse se. *Plin.* 36, 7.

1) Ita cum Harduino scribimus. Vulgo *sed in Germania potoriis vasis inde factis*. Sudines autem vetus scriptor, ad quem Plinius de gemmis agens, saepe provocavit.

Haec interferit A. Schottus Plutarchi loca, quibus ex Cornelio Nepote aliquid memoravit: & quidem de Luculi morte, *in Vita eius extrema*: de C. Gracchi uxore, *in Gracchis* f. 834. de Marcellinece, *in Vita* 315. de eodem Hannibalis victore, *ibid.* f. 317. quae quod longiora sunt praetermittimus, ex ipso Plutarcho, si placet, relegenda.

- 26 Cornelius Nepos, qui Divi Augusti principatu obiit, cum scriberet turdos paullo ante coeptos saginari, addit ciconias magis placere quam grues: cum haec nunc ales inter primas expetatur, illam vero nemo velit tetigisse. *Plin.* 10, 23.
- 27 Praecipuam olim auctoritatem fuisse lupo & asellis, Corn. Nepos & Laberius poeta mimorum tradidere. *Plin.* 9, 17.
- 28 Magnitudo loto arbori, quae piro: quanquam Nepos Cornelius brevem tradat: Vinum quoque exprimitur huic simile mulso, quod ultra denos dies negat durare idem Nepos. *Plin.* 13, 17.
- 29 Scandula contectam fuisse Romam usque ad bellum Pyrrhi annis CCCCLXX, Cornelius Nepos auctor est. *Plin.* 16, 10.

Cornelius Nepos tradit ante Sullae victoriam 30
duo tantum triclinia Romae fuisse argentea. *Plin.*
33, 11.

Primus invenit lineas colorare, testa ut ferunt 31
trita, Cleophantus Corinthius. Hunc, aut eodem
nomine alium fuisse tradit Cornelius Nepos, se-
cutum in Italiam Demaratum, Tarquini Prisci
Romani regis patrem, fugientem a Corintho in-
iurias Cypselii tyranni. *Plin.* 35, 3.

Primum Romae parietes crusta marmoris ope 32
ruisse totius domus sitae in Coelio monte Cor-
nelius Nepos tradidit Mamurram, Formiis natam,
equitem Romanum, praefectum fabrum C. Cae-
saris in Gallia: adiecit eum primum totis aedi-
bus nullam, nisi e marmore, columnam habuisse;
omnes solidas e Carystio, aut Lunensi. *Plin.* 36, 6.

Aedes Martis est in circo Flaminio architectata 33
ab Hermodoto Salaminio. *Priscian.* 8.

Non amplius ter bibere Augustus solitus super 34
coenam, in castris apud Mutinam. *Suet. Aug. c. 77.*

In extrema Britanniae parte Memma, quam 35
Cornelius etiam Annalium scriptor, narrat me-
tallis plurimis copiosam, herbis frequentem, &
his feraciorem omnibus, quia pecora magis, quam
homines alat. Labi vero per eam multa quam ma-
xima relabique flumina, gemmas margaritasque
volventia. *Iornandes de Reb. Getic. cap. 2.*

Homerus poeta in Graecia claruit, ut ait Cor- 36
nelius Nepos, ante Olympiadem primam, ante
urbem conditam anno centesimo vicesimo quar-
to. *Freculphus Lexoviensis Chron. tom. I. lib. 3.*
cap. 7.

EPISTOLA
CORNELIAE MATRIS
GRACCHORVM.

37 **D**ices pulchrum esse inimicos ulcisci. Id neque maius, neque pulchrius cuiquam, atque esse mihi videtur, sed si liceat republ salva ea persequi. Sed quatenus id fieri non potest, multo tempore, multisque partibus inimici nostri non peribunt; atque uti nunc sunt, erunt potius, quam republ. profligetur atque pereat.

Eadem alio loco:

Verbis conceptis deierare ausim, praeterquam qui Tiberium Gracchum necarunt, neminem inimicum tantum molestiae, tantumque laboris, quantum te ob has res, mihi tradidisse: quem oportebat omnium eorum, quos ante habuerim, liberos, partis eorum tolerare, atque curare, ut quam minimum sollicitudinis in senecta haberem, utique quaecunque ageres, ea velles maxime mihi placere: atque ut nefas haberes rerum maiorum adversum meam sententiam quidquam facere. Praesertim mihi, cum parva pars vitae superest; ne id quidem tam breve spatium potest opitulari, quin & mihi aduerseris & republ profliges. Denique quae causa erit? & quando desinet familia nostra insanire & quando modus rei haberi poterit & quando desinemus, & habentes, & praebentes, molestiis desistere? & quando perpudescet miscenda atque perturbanda republ. Sed si omnino id fieri non potest, ubi ego mortua ergo,
petito

petito Tribunatum; post me facito quod libebit, cum ego non sentiam. Vbi mortua ero, parentabis mihi, & invocabis Deum parentem. In eo tempore: non pudet te eorum Deum praeces expetere, quos vivos atque praesentes, relictos atque desertos habueris? Ne ille sinat Iupiter, te ea perseverare, nec tibi tantam dementiam venire in animum; & si perseveras, vereor ne in omnem vitam tantum laboris culpa tua recipias, uti in nullo tempore tute tibi placere possis.

Quid de hac Corneliae epistola aut fragmento potius censendum sit, & de illius auctore; Andreas Schottus epistola erudita de Cornelio Nepote, quam praefationi subdidimus, aperte indicavit.



INDEX RERVM.

Quae in ducibus ordinatim reperiri possunt, fere praetermittimus. singularia tantummodo sectantes, praesertim ea, quae Notis nostris explicantur. Primus numerus Ducem: secundus Caput: tertius Paragraphum significat: littera N. ad Notas ablegat: Fr. ad Fragmenta numeris suis indicata.

- A**ce, Ptolemais 14, 5, 1
 Acharne Atticae 2, 1, 2
 Acoris, rex Aegypti 11, 2, 4
 Aete, Attica regio 8, 2, 1, n.
 Admetus rex Molossorum 2, 8, 3
 Adrumetum 23, 6, 3
 Aegae opp. Maced. 21, 2, 1
 Aegates insulae 22, 1, 3
 Aegos flumen 6, 1, 4, n
 Aetas clarorum ducum supra 13, 4, 4. militaris 24, 1, 2
 Agnonides orator 19, 3, 4
 Agrippa gener Attici 25, 12, 1
 Alcibiades varius 7, 1, 1. Italiam & Africam cogitat 7, 3, 1, n. eius mors & sepulcrum 7, 10, 3
 Alcmaeon matricida 15, 6, 2
 Alexander M. quando natus, Fr. 3. eius filii 18, 6, 2
 Alexander Pheraeus 16, 5, 1
 Alpes Graiae 23, 3, 4
 Amatores adolescentulorum praef. 4
 Ammonis oraculum 6, 3, 2
 amnestia 8, 3, 2
 anagnostae 25, 13, 3
 Andocides orator 7, 3, 2
 Antigenes phalangi praefectus 18, 7, 1
 Antigonus, ibidem.
 Apollocrates, Dionysii filius 10, 5, 5
 ad arma iurare 23, 2, 4
 Arcadum conventus 15, 6, 1
 Archilochi aetas Fr. 1
 Argi urbs Archivor. 21, 2, 2
 an etiam in Attica 2, 8, 1
 Ariobarzanes satrapa 13, 1, 3 & 14, 5, 7
 Artabazus 4, 2, 5
 Artaxerxes Macrochir 2, 9, Mnemon 9, 11: 21, 1, 3, 2, 2: 11, 2, 4
 Artemisium prom. 2, 3, 2
 Aristides iustus 3, 1, 4
 Asia praetoria an consularis provincia 25, 6, 5, n.
 Aspendii 8, 4, 4, n & 14, 8, 2
 Aspis dynastes Cataoniae 14, 4, 1
 Athamanes pop. 13, 2, 1
 Athenarum antiquitas 25, 3, 3
 Attici annales 23, 13, 1, n.
αὐτοματία 20, 4, 4
Baeti & Batavi an iidem Fr. 14
 Barca fulmen notat 22, 1, 1
 Bellum Carthaginense in testium 22, 2. Caesarianum

IND

25, 7, 1. Corey
 1, 1: 13, 2, 1. Cor
 11, 2, 1: 17, 5, 1
 7, 4, 7. M
 9, 1. Pe
 9, 1, 2. Phil
 2
 evlentia civium
 monumentum
 mbe
 mri corporis firmi
 7, 11, 3:
 rori duo
 Carthaginis
 Mnea arx 15, 9, 3
 Cadulsi pop.
 velli cognomen A
 riacae milites
 vna opp.
 vna gineses au
 Romanis petunt
 spiani pop.
 raonia
 ato quaestor in Afr
 Consul in Hisp.
 censor 24, 2, 1. fer
 ex litteras
 lon opp. Italiae
 era conditurae
 tene inf.
 Cnabiae exitus
 Caltioecus
 Caltis urbs
 Chamaeleon
 Chaeones pop.
 Chares dux
 Chersonefus
 Chius inf.

INDEX I. RERVM.

- | | | | |
|---------------------------------|--------------------|-------------------------------|-----------------------------------|
| num 25, 7, 1. | Corcyraeum | Cicero vates | 25, 16, 4 |
| 2, 2, 1: 13, 2, 1. | Corinthia- | Cicutam bibere | 19, 4, 3, n. |
| cum 11, 2, 1: 17, 5, 1. | Dec- | Cilicia | 8, 4, 4 |
| celicum 7, 4, 7. | Mutinen- | Ciliciae portae | 14, 7, 2 |
| se 25, 9, 1 | Peloponnesi- | civilis victoria funesta | 15, 9, 3 |
| um 9, 1, 2. | Philippense | Cimon pro patre in vinculis | 5, 1. liberalis 5, 4, 2 |
| | 25, 11, 1 | Cinnanus tumultus | 25, 2, 2 |
| benevolentia civium firmum | | Citium opp. | 5, 3, 4 |
| munimentum | 10, 5, 2 | Clastidium | 23, 4, 1 |
| Bisanthe | 7, 7, 4 | Cleonaei civ. | 20, 1, 3, n. |
| Boeotii corporis firmitati stu- | | Cnidus urbs | 9, 4, 4 |
| dent | 7, 11, 3: 15, 5, 2 | Combustio Graecorum | vide |
| Bospori duo | Fr. 20. | Crematio | |
| Byrsa Carthaginis | Fr. 6. | Cononis exitus | 9, 5, 3 |
| | | Corinthus Graeciae lumen | 17, 5, 3, n. |
| C admea arx | 15, 9, 3: 16, 1, 2 | Corneliae epistola | Fr. 36 |
| Cadusii pop. | 14, 1, 4 | Cornelius tribunus seditionis | Fr. 9 |
| Caecili cognomen Attico | 25, 19, 4, n. | coronae aureae donum | 23, 7, 2 |
| Cardaces milites | 14, 8, 2 | corona aurea mortuorum | 16, 5, 5 |
| Cardia opp. | 18, 1, 1 | coronae signa luxuriae | 17, 8, 4 |
| Carthaginienses auxilium a | | Coronea oppid. | 17, 4, 5 |
| Romanis petunt | 22, 2, 3 | Cotys rex Thrac. | 11, 3, 4; 13, 1, 2 |
| Caspiani pop. | 14, 8, 1 | ad Cranonem proelium | 19, 2, 2, n. |
| Cataonia | 14, 4, 2 | Craterus dux | 18, 2, 2, & c. 4, 1 |
| Cato quaestor in Afr. | 24, 1, 3. | crematio corporum apud | Graecos 7, 10, 6 & 18, 13, 4, 11. |
| Consul in Hisp. | 24, 2, 1 | Crimissus fl. | 20, 2, 6 |
| cenfor 24, 2, 1. senex didi- | | Criothode oppid. | 13, 1, 4 |
| cit litteras | 24, 3, 2 | Critias tyrannus | 7, 10, 1 |
| Caulon opp. Italiae | 10, 5, 4, n. | Cyclades | 1, 2, 5 |
| Cera conditurae | 17, 8, 7 | Cyme oppid. | 7, 7, 1 |
| Cerne inf. | Fr. 23 | Cyrenaeorum fines | 23, 8, 1 |
| Chabriae exitus | 12, 4 | Cyrus | |
| Chalcioecus | 4, 5, 2 | | |
| Chalcis urbs | 13, 3, 5 | | |
| Chamaeleon | 5, 1, 3, n. | | |
| Chaones pop. | 13, 2, 1 | | |
| Chares dux | 12, 3, 5 | | |
| Chersonesus | 1, 1, 1 | | |
| Chius inf. | 12, 4, 1 | | |

INDEX I.

Cyrus rex	21, 1, 2	Epaminondae laus	15, 9, 4
Cyzicus urbs	13, 1, 3	paupertas	15, 3, 4
D amon musicus	15, 2, 1	Eretria urbs	1, 4, 2
Darici nummi	15, 4, 1, n	Evagoras rex Cypri	12, 2, 2
Darii bellum Scythicum	1, 3	Eudoxus per Arabicum si-	
clades Marathonia	1, 5	num Gades navigavit Fr. 15	
Dascylitis provincia	4, 2, 5, n	Eumenes rex Pergam.	23,
Datames fabris Sinopensium		10 seq.	
abutitur	14, 11, 5	Eumolpidae sacerdotes	7, 4, 5
Datis praefectus classis Perf.		Euridice regina	11, 3, 2
1, 4, 1		Eurymedon fl.	5, 2, 3, n.
Decelia Atticae	7, 4, 7	F alernus ager	23, 5, 1
Delus gazophylac.	3, 3, 1	Fabiani milites	11, 2, 4
Demades Atheniens.	19, 2, 2	Feretrius Iupiter	25, 20, 3
Demetrius Phalereus	1, 6, 4	filius Alexandri M.	18, 6, 1
& 19, 3, 2		fistula ulcus	25, 21, 3
Demetrius Poliorcetes	21,	Flaminius, non Flaminius	
3, 1		23, 12, 1, n.	
Demosthenis fuga & fatum		Formio fl. Istriae	Fr. 18
19, 2, 2		Fors fortuna	20, 4, 4
dextra pignus fidei	2, 8, 4	Fregellis obfides Poenorum	
& 14, 10, 1		23, 7, 2	
difficilius est secunda quam		G alba Sergius	24, 3, 2
adversa ferre	20, 1, 2	Goloniae Troades	4, 3, 3
diligi melius quam metui		Gortynii in Creta	23, 9, 1
20, 3, 4		Graeci musices amantes	15,
Dionon historicus	9, 5, 4	1, 2	
Dionysii maioris virtutes	21,	Grunium castrum	7, 9, 3
2, 2. uxores 10, 1, 1, & 21,		Gynaeconitis, praef.	7
2, 3. aetas 10, 5, 3. & 21,		H aliartus oppid.	6, 3, 4
2, 3. minor redit Syracu-		Hamilcar notat regem	
sas 20, 2, 1. Corinthi exsul		22, 1, 1	
20, 2, 4		Hammonis oracul.	6, 3, 2
Dodona oracul.	6, 3, 2	Hannibal doctus	23, 13, 2
Dolopes pop.	5, 2, 5	vici-	
Drusilla Livia	25, 1, 4	cit ad Rhodanum	23, 4, 1.
E lon opp.	5, 2, 2, n	Ticinium ibid. Trasime-	
Ennium Cato Romam		num	23, 4, 3.
duxit	24, 1, 3	Trebiam	
		23, 4, 2. Cannas	23, 5, 4.
		vinci-	

R E R V. M.

vincitur a Scipione	23, 6, 3	Istri pons	1, 3, 1
collocutus cum eodem	23,	Iupiter Feretrius	25, 20, 3
2, 2 & c. 6, 2.	moritur	iurare ad aram	23, 2, 4
	23, 12, 5		
Hasdrubal Hamilcaris gener		L acedaemon oppugnata	15,
22, 3 alius ad Senam cae-			8, 4
fus	24, 1, 2	Lacedaemonii reges	18, 1, 2
Helotes in Laconia	4, 3, 6	Lamprus musicus	15, 2, 1
hemerodromi	1, 4, 3	Lampsacus	2, 10, 3
Honetus dux Paphlagonum		Laurii montis fodinae	2, 2, 2
	Fr. 16	Lemnus	1, 1, 4
Hercules transiit Alpes	23,	Leonatus dux	18, 1, 4
	3, 4	Leucosyri	14, 1, 3
Hermæ statua	7, 3, 2	Leuſtrica pugna	15, 6, 4
Hesperidum horti	Fr. 21	lex oblivionis	8, 3, 2
heterice ala	18, 1, 6	Libyſſa Bithyniae	23, 12, 3
hiberna affluentia perdunt		lorica lintea	11, 1, 4
militem	18, 8, 3	lotus arbor	Fr. 28
Hiceta tyrannus	20, 2, 3	luſtationis genera	15, 2, 5
hierophanta	16, 3, 2	Lusitani direpti	24, 3, 4
Hippo urbs	22, 2, 4	Lysis Tarentinus	15, 2, 1
Historia & βιογραφία diffe-			
runt	16, 1, 1	M acedonia veſtigalis	1,
Homerus laudatus	10, 6, 4		4, 1
	& 14, 2, 2	Magalia Carthaginis	Fr. 6
Hortensius Ciceronis aemu-		Magiſter equitum diſtatori	
lus	25, 16, 1	aequatus	23, 5, 3
hospitii ius	23, 12, 3	Magnesia ad Maeandrum	2,
			10, 2
Jaſon tyrannus	13, 4, 2	Mago frater Hannibalis quo	
imperatoria forma	11, 3, 1	uſque ſuperſtes	23, 7, 2
invidia gloriae comes	12,	Mamercus dux	20, 2, 6
	3, 3	Mantineia	15, 9, 1
Iphicrates cerdonis filius	11,	Marathon	1, 4, 2
	1, 1 n.	Marcellus cadit apud Venu-	
Iphicratenſes milites	11, 2, 4	fiam	23, 3, 3
Iſmenias captus	16, 5, 1	Mardonius dux Perſar.	3, 2, 1
Iſter an in Adriam effluat		caeſus	4, 1, 2
Fr.	18	Maſſa-	

INDEX I.

- Massagetæ Scythæ 21, 1, 2
 matrem timidi non flere 8, 2, 3
 matronæ in scenis, præf. 4
 Megabyzus Macedoniam vestigalem facit 1, 4, 1, n.
 mei conditurae 17, 8, 7
 Menelai portus 17, 8, 6
 Menestheus filius Iphicratis 13, 3, 2
 Menyllus præfectus Atticæ 19, 2, 4, n.
 Messena instaurata 15, 8, 5 & 16, 4, 3, n.
 Metaurus fl. 24, 1, 2, n.
 metui miserum est 10, 9, 5
 militaris aetas 24, 1, 2
 Miltiadis genus 1, 1, 1
 Minerva Itonia 17, 4, 6
 Minœa Siciliae 10, 5, 3, n.
 moenia lignea 2, 2, 6
 Molofforum rex 2, 8, 3
 monarchia invisa 10, 9, 5
 Munychia 8, 2, 4
 muri Athen. reficiuntur 2, 6, 5
 murus Spartanus 17, 6, 1
 musica a principis persona aliena 15, 1, 2
 Mycale prom. 5, 2, 2
 Myus oppid. 2, 10, 3

Naxus insula 2, 8, 6
 Nectanebis rex Aegypt. 17, 8, 6
 Neontichos 7, 7, 4
 Neoptolemus dux 18, 4, 1
 Neptuni fanum asylum 4, 4, 4
 Nero Claudius 24, 1, 2
 Nicanor Piræeum occupat 19, 2, 4
 Nicias dux 7, 3, 1
 Nomentanum prædium 25, 14, 3
 Nora castellum 18, 5, 3
 Numidæ infidiantur Hannibali 23, 5, 4

Oedipus parricida 15, 6, 2
 oleagineae virgulæ 8, 4, 1
 Olympiæ victor. præf. 5, & 7, 6, 3
 Olympias 18, 6, 1 & 3
 Olympiodorus tibicen 15, 2, 1
 Olynthus 13, 12 & 16, 1, 2
 Olynthii 13, 1, 2
 ex onyche vasa, Fr. 25
 oraculum Delphicum 1, 1, 2 : 4, 5, 5 & 6, 3, 2
 Dodonaeum 6, 3, 2
 Hammonis ibid.
 orationes alieno ingenio scriptæ 6, 3, 5
 Orchomenus oppidum 6, 3, 4
 Orestes matricida 15, 6, 2
 Origines Catenis 24, 3, 3
 oscula data morientibus 25, 22, 1
 ostracismus 2, 8, 1 & 3, 1, 2

Pacis ara 13, 2, 2
 Pactya oppid. 7, 7, 4
 Palaeoscepsis opp. 2, 10, 3, n.
 παράδεισος hortus 17, 3, 1, n.
 Paraetacæ pop. 18, 8, 1
 paritur pax bello 15, 5, 3
 parma, clypei genus 11, 1, 4
 Parus insula 1, 7, 2
 Pary-

R E R V M.

Parysatis nurum occidit	21, 1, 4	Tarentum venit	10, 2, 2
Pausanias insolentior	3, 2, 3	ter in Siciliam,	ibidem
pecunia templis adservata	23, 9, 3	venundatus	10, 2, 3
Pelopidas in Persiam legatus	16, 4, 3	Poecile porticus	1, 6, 3
pelta, clypei genus	11, 1, 4	Polysperchon praefectus	10, 3, 1
Percope oppid.	2, 10, 3, n.	pons Hellepontii	2, 5, 1
Pericles dux	7, 2, 1	Istri	2, 3, 1
Pharnabazus satrapa,	7, 10, 1 & 14, 3, 5	portae Ciliciae	14, 7, 2
Pherae Messenior.	9, 1, 1	praefectus morum	22, 3, 2
Theffaliae	13, 4, 2, n.	praetores alterna vice imperantes	1, 4, 4, n.
Pheraeus tyrannus Theffal.	13, 4, 2, n. & 16, 5, 1	prodicator Fabius	23, 5, 1
Phidias tyrannicida	25, 3, 2	proditores insepulti	2, 10, 5 & 19, 4, 4
Philippides cursor	1, 4, 3	proelium ad Aegos flumen	6, 1, 4 & 7, 8, 1 & 9, 1, 2
Philippus Amyntae	21, 2, 1	Artemisium	2, 3, 2
Aridaeus	19, 3, 3	Cannas	23, 4, 4, & c. 5, 4
Philistus historicus	10, 3, 2	Cnidum	9, 4, 4
Philocles praetor	7, 4, 4	Coroneam	17, 4, 5
Philosophia an magistra vitae	Fr. 10	Cranonem	19, 2, 2, n.
Phocion cognomine Bonus	19, 1, 1	Cymen	7, 7, 1
pauper	19, 1, 2	Eurymedonta	5, 2, 3, n.
Phocionis filius prodigus	19, 1, 3	Leuctra	15, 6, 4 & c. 10, 1
supplicium	19, 4, 3	Mantineam	15, 9, 1
Phyle castellum	8, 2, 1	Marathonem	1, 5, 3
pietas intempestiva	9, 5, 2	Mycalen	5, 2, 2
pilae lapideae incidere	7, 4, 5	Nolam	23, 1, 2, n.
Piraeus capitur	19, 2, 5	Padum	23, 4, 1
portus triplex	2, 6, 1	Plataeas	4, 1, 2
Pisistratus tyrannus	1, 8, 1	Rhodanum	23, 4, 1
Pittacus sapiens	8, 4, 2	Salamina	2, 5, 4
Plataeae urbs	3, 2, 1 & 4, 1, 1	Senam	24, 1, 2
Plato allegatus	7, 2, 2	Thebas	12, 1, 1
		Thermopylas	2, 3, 1
		Trafimenum	23, 4, 3
		Trebiam	23, 4, 2
		Zamam	23, 6, 3
		Pro-	




INDEX I.

- Proserpinae aedes** 10, 8, 3
προσπευεῖν 9, 3, 3
provinciae sorte datae 24, 2, 1
Prusias rex Bithyn. 23, 10, sq.
Ptolemaeus Ceraunus 21, 3, 4
 Lagi 21, 3, 4
purpura dibapha Tyria Fr. 24
 rubra Tarentina *ibid.*
 violacea *ibid.*
Pydna urbs 2, 8, 5
Pylaemenes Paphlago 14, 2, 2
Pyrenaeus saltus 23, 3, 3
Pyrrhus Epirota 21, 2, 2
Pythia, sacerdos 1, 1, 3
Quaestor praefidi necessitudine coniunctus 24, 1, 3
Quirinalis collis 25, 13, 2
Reges Lacedaemoniorum 17, 1, 2
Rhodanus fl. 23, 4, 1
Roma condita quo anno *Fragm.* 1
Romani cum armatis volebant pacisci 22, 1, 5
Romulus conditor aedis Feretrii 25, 20, 3
Rubrum mare 23, 2, 1
Salamin insula 2, 2, 8 & cap. 3, 4
Samus ins. 7, 5, 3
Sardes expugnatae 1, 4, 1
scriba Graecorum Romanorum *ibid.*
Scyrus ins. 5, 2, 5
scytala 4, 3, 4
Seleucus 21, 3, 3
Sena Gallica 24, 1, 2
Sepultura proditoribus negata 2.10, 5 & 19, 4, 4
Sestertius 25, 4, 5, n.
Seuthes rex Thraciae 7, 7, 5 & 11, 2, 1
Sicilia deserta per tyrannidem 20, 3, 1
Silenus historicus 23, 13, 3
Sociale bellum 11, 3, 3
fororis matrimonium praef. horti & domi 4 & 5, 1, 2
Sofilus historicus 23, 13, 3
Spartanorum reges 17, 1, 2
Sparta sine muris 17, 6, 1
Sparus telum 15, 9, 1 *see Thyus*
Strymon fl. 5, 2, 2
Sufetes 23, 7, 5, n.
Sulpicius tr. pl. interfectus 25, 2, 1
Sulpicius historicus 23, 13, 1
Sulpiciorum duplex praenomen 25, 2, 1, n.
Taenarium fanum 4, 4, 4
 talentum 13, 4, 1
Tarpeio saxo praecipitari *uir reip. constitutus*
 Fragm. 2
Tauro tenus Asia 9, 2, 3
templis adservata pecunia 23, 9, 3
tenesmus morbus 25, 21, 2
Thacus rex Aegypti 17, 8, 2
Thasiorum fodinae 5, 2, 5, n.
Thasus ins. *ibid.*
Thebani litteraturae negligentes 25, 5, 2. **corporis viribus studentes** *ibidem* & 7, 11, 3
 Themis-

R E R V M.

Themistocles an exheredatus	2, 1, 2	Tusculum municipium	24, 1, 1
fugit	2, 8	tyranni triginta	8, 1, 2
moritur	2, 10, 4	V eneti ex Paphlagonia	
sepelitur	2, 10, 5	Fr.	16
Theopompus historicus	7, 11, 1 & 11, 3, 2	Venusia opp.	23, 5, 3
Thermopylae	3, 3, 1	versibus magnitudinem libri	
Tissaphernes satrapa	7, 5, 3	iudicare	15, 4, 6
an desertor?	9, 2, 2	veterani disciplinae contem-	
hostis iudicatus	9, 4, 1	tores	18, 8, 2
eius horti & domicilia	17, 3, 1	Vettones pop.	22, 3, 2
Thracas liberi	7, 7, 4, n.	vigiliae nocturnae militum	18, 9, 3
violenti	7, 11, 3	Undecemviri rei capitalis	19, 4, 3
Thurii urbs	7, 4, 4	unguenta luxuriae signa	17, 8, 4
Thys sive Thyus Paphlago	14, 3, 4	Utica urbs	22, 2, 4
Timaeus historicus	7, 11, 1	utile praeponitur honesto	7, 10, 3
Timoleonticum gymnasium	20, 5, 4	utribus & culleis aquam por-	
Tithraustes dux	9, 3, 2, & 14, 3, 5	tare	18, 8, 7
Trebia fl.	23, 4, 2	X enophon Socraticus	17, 1, 1
tribuni militum duplices	24, 1, 2, n	Xerxes Europae bellum in-	
triumvir reip. constituendae	25, 12, 2	ferens	2, 2, 4
Troezen	2, 2, 8	Z acynthii adolescentes	10, 9, 3
		Zama urbs	23, 7, 3



 I N D E X II.
 L A T I N I T A T I S.

- A** condiscipulatu 25, 5, 3
 a fundamentis 20, 3, 3
 & 23, 7, 7. a stirpe ad 25,
 18, 3
 ab ante C. 25, 26, 3. ante N.
 10, 1, 2, ante R. 17, 3, 7
 ab ianua puer 13, 12, 4
 ab re 16, 3, 1
 abesse a persona cuius, de-
 decere 15, 1, 2. a cupidi-
 tate pecuniae 25, 12, 2. ab
 insolentia 17, 5, 2. a so-
 cietate sceleris 20, 1, 3.
 ab invidia 12, 3, 4
 absuit *an* auit *melius* 20,
 1, 3, n.
 abhorrere a consilio cuius
 1, 3, 5. abhorrent eius
 mores a meis 15, 14, 1
 ablativi duo ab uno verbo
 ex aequo pendentis 5, 2, 4
 abrogare cui imperium 15,
 7, 3.
 magistratum 7, 7, 3
 abscedere non prius, *desistere*
 15, 9, 1
 absoluti capitis 1, 7, 6
 iudicio 11, 3, 3
 abstinere se cibo 25, 22, 3
ac pro Quam: aliud ac 17,
 3, 4. aliter ac 22, 2, 1.
pro Sicut 23, 7, 5
 accedere Lemnum 1, 1, 4
 ad Atticam 1, 4, 2. ad
 consilium cuius 1, 3, 5. ad
 amicitiam 18, 1, 4. acce-
 dit, quod *forma connexio-*
nis 16, 3, 2
 accessio facta est pecuniae
 25, 14, 2
 accidit calamitas
 victoria 7, 6, 1
 16, 5, 4
 accipere calamitatem 9, 1, 3.
 acceptus male, *proelio su-*
sus 18, 8, 1
 accredere 14, 3, 4
 accrescunt dolores 25, 21, 4
 acerrimus vir 7, 5, 1. leo
 18, 11, 1. acerrime occu-
 patus in *qua re* 23, 7, 1
 ab Acheronte redimere 10,
 10, 3
 acroama 25, 14, 1
 acta, *littus* 17, 8, 2
 acutus ad fraudem 10, 8, 1
 adducere in consuetudinem
 11, 2, 2. aliquem alicui
 in suspicionem 23, 2, 2.
 adduci in opinionem 14,
 6, 6. ad desperationem
 18, 12, 1. precibus cuius
 10, 2, 3
 adflatae res 9, 2, 1
 adhibere celeritatem 18, 9, 2
 curam in tuenda valetu-
 dine 25, 21, 5. memoriam
 contumeliae 15, 7, 2. mo-
 dum 15, 4, 6. vim 4, 4, 3
 adire

INDEX II. LATINITATIS.

- adire labores 20, 5, 2. periculum 13, 4, 3
 adiungere sibi quem 18, 2, 3. ad amicum 7, 9, 5. ad amicitiam 7, 5, 6
 adiutor datus cui 9, 4, 2 & 12, 2, 2
 admirari quem *venerari* 10, 2, 3. admiranda in Italia Hispanisque 24, 3, 4
 admittere scelus, *perpetrare* 15, 6, 3. admittere in numerum quorum 6, 1, 5
 admonitu cuius 25, 20, 3
 adorior oppugnare 8, 2, 5. demergere 10, 6, 12
 adquiescere, *mori* 23, 13, 1, n. lassitudine 14, 11, 3
 adversum tenere, cui *contrarium esse* 1, 1, 5. si quid adversi accidisset 14, 5, 3
 adversus *absolute, sine casu* 16, 1, 3 & 17, 4, 6
 ædificator 25, 13, 1
 æger vulneribus 1, 7, 5
 æmulatio laudis est inter quos 25, 5, 4
 æqualis, *coætanens* 3, 1, 1
 æquifærare quem labore, *viribus* 7, 11, 3
 æquus locus, *planus, commodus* 1, 5, 4
 æris terna millia 25, 13, 6
 agere bellum 23, 8, 3. lege cum quo, *litigare* 20, 5, 2. vitam 25, 17, 3. agi casibus 25, 7, 1. agitur in ea re existimatio tua, *vertit.* 23, 15, 2
 agitare equos, *exercere* 18, 5, num. 4. mente 22, 1, 4
 alere morbum, *cibo* 25, 21, 6
 alienissimus locus, *incommodus* 2, 4, 5
 alienatae insulae, *quae defecer.* 5, 2, 4. alienata oppida 22, 2, 4
 alterae, *Dativ.* 18, 1, 6, n.
 amicus fortunae 25, 9, 5 tyrannidi 10, 3, 2
 amici, *consilarii, rerum gerendarum adiutores,* 1, 3, 2 & 18, 2, 4 & 18, 12, 2. & 21, 3, 1
 amittere animam 15, 9, 3
 amovere victum quotidianum 18, 12, 3
 non amplius centum, *quam centum* 16, 2, 3. mille 14, 8, 3. quaternis versibus 25, 18, 6
 anagnostes 25, 13, 3 & c. 14, 1
 anceps periculum 2, 3, 3
 ancipites loci 14, 7, 3
 angustiae locorum 2, 3, 2 & 14, 8, 4 & 15, 7, 1
 animatae bene insulae, *in obsequio manentes* 5, 2, 4
 anno vertente 17, 4, 4. annos habere tot 25, 7, 1. compleisse tot 25, 21, 1
 in annali suo 23, 13, 1
 ante alios unus carissimus 25, 3, 3. ante id tempus 3, 2, 3. ante imperatorem illum, *antequam imperator esset* 11, 1, 3 & 15, 8, 3.
 ante se agere 14, 3, 2 ante oculos civium esse 12, 3, 2
ante-

INDEX II.

- antecedere doctrinis quem
15, 2, 2. honore 8, 4, 3
- anteire quem auctoritate 12,
4, 1. virtute 8, 1, 3
- anteponere quem alicui in
familiaritate 15, 2, 2
- antiquitas generis 1, 1, 1
- antiquus constitutum te-
ctum 25, 13, 2
- antistare cui 3, 1, 2
- aperire alicui suos sensus
10, 8, 2
- apparere alicui, de honora-
tione ministerio 18, 13, 1
- appreme bonus 25, 13, 3
- apud Massagetas cecidit 21,
1, 2
- arcessiri 25, 21, 4, n.
- argui crimine 4, 3, 7
- argutissime *Fragm.* 10
- astu sive asty, urbs 2, 4, 1
- atque pro quam: cum toti-
dem navibus atque erat
profectus 1, 7, 4
- auctoritas est in aliquo 13,
3, 2. eius auctoritas in
ea re magna 6, 4, 1. au-
thoritate valere apud 5,
2, 1. multum posse apud
10, 3, 3
- audiens dicto cui 6, 1, 2 &
11, 2, 2. iussis 17, 4, 2
- aulicorum invidia 24, 5, 2
- non** Beatissimus homo
17, 8, 2
- bellum agere 23, 8, 3. com-
ponere 22, 1, 5. conficere
2, 4, 4. conflare, 12, 2, 3.
- delere 7, 8, 6. ducere,
protrahere 7, 8, 1 & 14,
8, 5. facere cui, inferre
10, 4, 3, & 17, 2, 1. ge-
rere in quem 6, 1, 1. ad-
versum quem cum quo,
pro quo 12, 3, 1. parare
cui, adversus quem 7, 9, 5
suscipere 14, 8, 6. bello
premi 13, 3, 1. persequi 9
- bellare animo 23, 1, 3
- bellatum mittere 9, 2, 2
- benevolentiae cuius usum
retinere 25, 20, 5
- bono animo facere 17, 6, 2
- boni omnes comitantur 25,
22, 4
- C**adere, morte bellica, 4,
1, 2. in bello 14, 1, 4. in
proelio 14, 6, 1. in suspi-
cionem cuius 4, 2, 6. res
cadit praeter opinionem
1, 2, 5. aetas eius cecidit
in ea tempora 18, 1, 2
- caducus 23, 11, 1, n.
- calamitas, clades 9, 1, 3 &
17, 6, 1. belli 22, 1, 3. de
coecitate 24, 4, 1
- callidus vir 14, 10, 1. calli-
dissimus omnium 23, 5, &
c. 9, 2. callida liberalitas,
utilitatis causa.
- callide cogitare 14, 8, 4
- callidissime conicere de
futuris 2, 1, 4
- canit ut vates 25, 16, 4
- capere arma 14, 4, 5. confi-
lia 4, 3, 2. aliquid confi-
lii 18, 8, 4. dolores ex 25,
21, 3.

LATINITATIS.

- 21, 3.** - fructum oculis ex
18, 11, 2. gloriam de rep.
15, 3, 4. honores **25, 6, 2.**
imperium 21, 3, 1. huma-
 nitate quem **7, 9, 3**
capitis accusari 4, 2, 6. absol-
 vi **1, 7, 6.** damnari **4, 3, 4**
 & **7, 4, 5,** iudicium **5, 8, 5**
capitulatim 24, 3, 4
Car sing. **14, 1, 3.** *Cares pl.* **1.**
2. 5
Carthaginienſis, ſex ſyllaba-
rum.
caſus adverſi, ſecundi 14, 5, 4.
caſu accidit 25, 12, 1. caſi-
 bus agi, minui **25, 9, 1**
cauſſam dicere, defendere in
iudicio 7, 4, 3. capitis **11,**
3, 3. cauſſam interponere,
praetextu uti **2, 7, 1**
cedere auctoritati cuius 13.
3, 4. invidiae **5, 3, 2.** ceſſe-
 runt haec proſpere **14, 1, 2**
celeberrimus locus, frequens
10, 10, 3
celebrare de exequiis 20, 5, 4
celebritas, locus frequens,
praef. 8
celari alicui 7, 5, 2
cernere oculis pleonaſm. 20,
2, 2
certi homines, deſtinati 7,
20, 1. praefecit certos, qui
10, 9, 1
Cherſoneſi, in Cherſoneſo,
1, 2. 4 &c. 8, 3
qui circa erant, abſolute, 18,
10, 4. adde *Livium,* **22, 30.**
pr.
- circulos, coetus coëuntium,**
15, 3, 3
clam vicinitati 7, 10, 4
claudefſina conſilia 23, 2, 2
claudere urbem operibus
1, 7, 2, obſidione 15, 8, 5.
hoſtem anguſtiis 14, 8, 4.
15, 7, 1
claudus altero pede 17, 8, 1
cognitione coniunctus Prae-
fat. 7
cognoscitur cauſſa, in iudicio
1, 7, 6
collabefieri a quo 3, 1, 2
colonos mittere 1, 1, 1. ar-
 ceſſere **20, 3, 1**
coloniam deducere 20, 3, 2
comitia amicorum, quibus
de dignitate amicorum
agitur 23, 4, 4
committere proelium 1, 6, 3.
imperium cui 6, 1, 5. ſe
 fluctibus civilibus **25, 6, 1**
communis infimis, comis ad-
fabilis 25, 3, 1
commutatio rerum, ſtatus
mutatio 7, 5, 5
compleſſe annos 25, 21, 1
componere bellum 7, 8, 3
& 22, 1, 5
compoſito, ex compacto 14, 6, 6
conata perficere 10, 8, 5
concedere aliquo habitatum
2, 8, 1. legibus non con-
 cedi, prohibutum eſſe **2,**
10, 1
concidere ex vulnere, labi
15, 9, 1. aliquo crimine,
 ſubverti **19, 2, 4**

Corn. Nep.

V

coaci-

INDEX II.

- conciliare nuptias 25, 5, 3
 conciliator nuptiarum *cap.*
 12, 2
 concitare bellum 22, 4, 3
 equum 16, 5, 4. concitato
 equo vehi 14, 4, 5
 conficere bellum 6, 1, 1
 orationes 24, 3, 3
 coniectu telorum confossus
 16, 5, 4
 conserere manum, *proeliari*
 14, 8, 4 & 23, 4, 2
 consilium, *strategema* 18, 8,
 4 & c. 9, 1. *consilarii* 18,
 12, 1. consilium amico-
 rum, *conventus consultan-*
 tium 15, 3, 5. consilium
 habere, *agere conventum,*
 ibid. hoc consilio, propo-
 sito 1, 5, 3
 consilium tollere, *tollendi*
 6, 3, 1. *inire* 6, 3, 1
 constat inter omnes, *notum*
 est 7, 1, 1. *consistit* 25, 14, 3
 constituere res, *ordinare* 1,
 2, 2. *provinciam* 1, 2, 4
 consulere rebus suis 6, 2, 2.
 male patriae 15, 10, 1
 consumere plurimum studii
 in re 15, 2, 5. tot menses in
 morbo 25, 21, 2. *consumi*
 morbo 21, 2, 1
 contentio est inter hos,
 utrum 1, 4, 7
 contineri hospitio cuius 6, 1, 5
 contra ea, *praef.* 6 & 7, 8, 4
 & 11, 3. *extr.* & 9, 5, 4
 convenit moribus illorum
 praef. 2. non convenit
 prudentiae cuius 18, 11, 8
 hoc in quem convenire
 videretur, *de suspicione*
 7, 3, 4
 copula talium virorum 25,
 5, 4
 crescere dignitate, gratia 25,
 21, 1. *crefeit fama* 7, 7, 5
 opes crescunt 7, 5, 3
 crudelissime se gerere 18, 6, 3
 cruentare manus sanguine
 15, 10, 3
 culpa sua rem male gerere,
 11, 1, 2
 cum quo bellum gerere.
 συμμαχεῖν 12, 3, 4. cum
 primum potuit 20, 3, 4.
 Eleganti traiectione com-
 maturum historicis usurpa-
 tur, v. gr. dimidium spa-
 tium consecerat, cum ad-
 lata est suspicio 18, 9, 1
 cupidus nullius rei, nisi im-
 perii 21, 2, 2. *cupidissimus*
 litterarum 24, 3, 1
 cupide elaborare, *vt vehe-*
 menter niti 3, 1, 4
 curat reficiendos muros 9,
 4, 5. *interficiendum* 10, 6,
 5. *ossa deportanda* 18, 13, 4
 curatio morbi 25, 21, 3
 in custodiam dare 18, 11, 1
Damnare capitis 4, 3, 4
 proditionis 2, 8, 2. *sacri-*
 legii 7, 6, 4. *damnare voti*
 20, 5, 3
 dare aditum conveniendi
 4, 3, 3. *annum temporis*
 2, 9, 4. *fidem, iurare* 23,
 2, 4,

LATINITATIS.

- 2, 4. fidem de re 14, 10, 1.
 filiam nuptum 4, 3, 2. in
 matrimonium 22, 3, 2. ope-
 ram, ut 2, 7, 1. operam rei
 familiari 25, 4, 3. honori-
 bus, *capessere* 24, 1, 1
 debitum naturae reddere,
mori 21, 1, 5
 decedere, *mori* 3, 3, 3 & 21,
 2, 3, in vinculis 5, 1, 1. de
 foro, *publico & luce absti-
 nere* 25, 10, 2, ex provin-
 cia 24, 1, 3
 decemplex numerus 1, 5, 5
 decemviralis potestas 6, 2, 1
 discernere, *dimicare* 18, 9, 6
 & 23, 4, 1. decreturi, *pu-
 gnaturi* 23, 10, 4
 deditus *praeceptor* 15, 2, 2.
 rebus veneris 7, 11, 4
 deducere *coloniam* 20, 3, 2
adde not.
 defendere se ab hoste 2, 7, 4,
 se moenibus 1, 4, 4 &
 2, 4, 2
 deferre senatui 23, 12, 1
 degredi a quo 16, 5, 4
 delectus novi, *werbungen*
 23, 6, 4
 delere bellum 7, 8, 6
 deliberare, *consulere* 1, 1, 2
 & 2, 2, 6.
 Delphi, *oraculum*, *metonym.*
 6, 3, 2
 delicate iocoseque 7, 2, 3
 demergit fortuna quem, *de-
 primit* 10, 6, 1
 demigrare ex infula, *domi-
 lium mutare* 1, 2, 5
- demigratio in coloniam* 1, 1, 2
 demoliri arcem 20, 3, 3. te-
 ctum 4, 5, 2
 depellere de provincia (*Sci-
 pio Catonem*) 24, 2, 1. peri-
 culum 4, 3, 5. servitutum
 a quo 20, 2, 1. depelli a
 gradu, a *communitate ve-
 rum & fortunae* 2, 5, 1
 deponere animam prius
 quam odium 23, 1, 3, ira-
 perium 20, 3, 4. pecuniam
 in templo 23, 9, 3
 deprecari pericula amico-
 rum 25, 12, 2
 desiderare, *opus habere* 15, 5,
 3 & 17, 8, 4
 desisto bellare 23, 1, 3. non
 destitit facere 24, 2, 4
 desperavit praestare se posse
 2, 10, 4. desperatis rebus
 14, 6, 3
 destituo hoc facere 18, 2, 4
 detecta aedes *tedo prolapsa*
vetustate 25, 20, 3
 deterreri ab incepto, 10, 8, 5
 a voluntate (*sua*) 19, 3, 3
 detrahere de quo scil. *invi-
 diosa obtrektatione* 12, 3, 3.
 de rebus gestis alicuius
 20, 5, 3
 deviis itineribus 18, 3, 5
 deuti, *abuti* 18, 11, 3
 devotio. *execratio* 7, 6, 5
 dicere causam capitis 4, 7, 3
 dicis causa, *in speciem* 25, 8, 5
 dicto audiens cui, *obediens*
 6, 1, 2, & 18, 11, 3. iussis
 17, 4, 2

LATINITATIS.

efferre amplo funere	18, 4, 4.	exque ea	24, 2, 1
matrem	25, 17, 1.	exadversum	2, 3, 4
7, II, 1. in coelum	10, 7, 3	excipere imperium hostium	12, 1, 2.
efficere classem, <i>aedificare</i>	2, 2, 3.	has partes, <i>negotium</i>	10, 8, 3.
efflare animam	4, 5, 4	<i>invidiam, subire</i>	14, 5, 3
effugere invidiam	2, 8, 1	excursionibus	locupletare
<i>id</i> eiusmodi erat	10, 7, 2	exercitum	1, 2, 1
elaborare cupide, ut	3, 1, 4	exercitatus in dicendo	15, 5, 2
elatus se gerere	4, 2, 2	exhausta sumtibus patria	22, 1, 3.
elicere epistolas cuius, <i>oc-</i>		exhaustis patriae	facultatibus
<i>casionem dare scribendi</i>	25, 20, 2	exheredatus	2, 1, 2
elucet ex his	12, 1, 1.	exiguus, <i>brevis statura</i>	17, 8, 1
virtutibus	4, 1, 1,	exiles res, calamitosae,	18, 5, 1
eloquentia	15, 6, 4	exiit fama	17, 2, 1
emendare vitia virtutibus	2, 1, 1	exire ex ore	20, 4, 2.
emergere se ex malis	25, II, 1	praedatum	7, 8, 6
eminere altius, <i>honoribus</i>	12, 3, 2	existimatio bona	17, 4, 3
emittere exercitum in Asiam	17, 2, 1	expulsor tyranni	10, 10, 1
eo res deducta est	15, 7, 1	expulsus potestate <i>privatus</i>	imperio
eo, <i>ideo</i>	18, 11, 5	experiri legibus, <i>litigare</i>	20, 5, 2
ephebus factus est	15, 2, 4	exponere, <i>scribendo</i>	10, 3, 1
ephemeris	25, 13, 6	viros claros versibus	25, 18, 5
epigramma scribere	4, 1, 3	exprimere imaginem vitae,	<i>scribere</i>
erga, <i>adversus</i>	14, 10, 3. n,	exprobrare cui de re	15, 5, 5
erexit eum contumelia	2, 1, 3	exsculpere, <i>exscalpere</i>	4, 1, 4
eruptionem ex oppido face-		extinguere, <i>occidere</i>	25, 9, 2.
re, <i>ausfall thun</i>	8, 4, 4	<i>perdere</i>	17, 5, 4
escendere	2, 8, 6. ita MS.	extrema aetas, <i>senectus</i>	24, 2, 4.
<i>Daniel. vid. Ioh. Andr. Bos.</i>		imperatorum	13, 4, 4.
evitare odium	10, 8, 2. tem-	extremo tempore <i>tandem</i>	
pestatem	13, 3, 4		
eum pro se	23, 11, 3		

INDEX II.

- 4, 10, 1. extremis temporibus belli *Punic* 22, 1, 1.
 extremo bello, *sub finem* 9, 1, 2
- F**acere bellum 10, 4, 3; 17, 2, 1. pugnam 9, 5, 2.
 proelium 12, 1, 1. praedam 12, 2, 3. caedem alicuius 8, 3, 3. societatem cum quo 15, 6, 1. potestatem sui 23, 9, 1. postulata 7, 8, 4
- face *pro Fac* 4, 2, 4
 factiosus 6, 1, 3 & 17, 1, 5
 facultas ita vivendi non datur 25, 2, 2
 fama est 2, 10, 4. exiit 17, 2, 1
 de fama dimicare 13, 4, 3.
 famae servire 2, 1, 3
 familia, *servi* 25, 13, 3
 fatigare lectorem 6, 2, 1
 favere partibus 25, 2, 2
 ferox, *bellicosus* 2, 2, 1
 ferre arma adversus 17, 4, 6.
 fructum pietatis, *adipisci* 15, 5, 1. ferri cogitatione ad 7, 9, 4. ferri laude praecipua 25, 10, 6
 fidere pecunia 6, 3, 5. victoria 12, 1, 2. fidenti animo 22, 3, 1
 fides vix facta est 17, 8, 3
 finem vitae facere 20, 1, 6
 fingit natura corpus 17, 8, 1.
 quisque sibi fortunam 25, 11, 6. fingere se, *mores* ib.
 flagitium, *ignominia* 22, 2, 5
 flagrare cupiditate audiendi alicuius 10, 2, 2. pugnandi 1, 5, 1
- flectere iter 18, 9, 6
 florere fama iustitiae 12, 1, 4.
 florens regnum 21, 2, 3
 fluctus civiles, *bellum* 25, 6, 1
 forma corporis pulcherrima 2, 1, 4
 formosissimus aetatis suae 7, 1, 2
 fors quemcunque locum obtulisset 16, 2, 1
 fortuna offensus, *calamitosus* 5, 4, 2. pari percussus 25, 11, 2. non simplex, *utraque* 20, 1, 2
 frangi cura cuius rei 10, 7, 5
 contumelia 2, 1, 2
 frustrari seipsum 23, 2, 6
 fulget indoles virtutis in quo 18, 1, 4
 funditores 14, 8, 2
 funere amplo efferre 18, 4, 4
 fungi munus militare, *quarto casu* 14, 1, 4
- G**enitivi duo ab una voce ex aequo pendent 15, 5, 5
 genus Macedonum, *gens* 21, 2, 1. *Graeci* generē 1, 3, 4
 gerere amicitiam 14, 10, 3.
 rem male 13, 3 & 7, 5, 3.
 minus ex sententia 7, 7, 1.
 se elatius 4, 2, 2. crudelissime 18, 6, 3. contumacius 5, 2, 5
 globus consensionis 25, 8, 4
 gradum ascendere 19, 2, 3.
 gradus primus capeffendae

LATINITATIS.

dae reip. 2, 2, 4 gradu de-	idoneus locus 1, 2, 1 & 1, 5, 2
PELLI, <i>excidere occasione</i>	ignotus <i>active</i> 17, 8, 1
2, 5, 1	imaginem exprimere 4, 1
Græciæ gentis duces 22, 1, 1	imitator moris maiorum 25,
gratia, gratiosi 25, 2, 4. gra-	18, 1
tes agere atque habere	immortalis memoria <i>bene-</i>
cui in re aliqua 20, 4, 3.	<i>ficiorum</i> 25, 11, 5
gratiam inire a quo 7, 9, 5	imperare aliquid alicui 9, 4, 2.
H abere spem & timorem	pecunias alicui 25, 7, 3
in quo 7, 3, 5. suspicio-	imperata facere 18, 9, 2
nem cuius rei 15, 5, 5.	imperator 5, 3, 4; 17, 4, 2
non habuit id satis, <i>non</i>	imperium <i>militare</i> 3, 2, 1
<i>contentus fuit</i> 15, 4, 5. <i>fi-</i>	implicitus in morbum 5, 3, 4
<i>dem</i> alicui 2, 7, 2. <i>haberi</i>	& 17, 8, 6
in summis ducibus 12, 1, 1,	imponere custodem hortis
sapientum numero 8, 4, 2	5, 4, 1
hasta publica, <i>de auctione</i>	impotens dominatio, <i>tyran-</i>
25, 6, 3	<i>nis</i> 6, 1, 4
hereditate relictum odium	imprudens, <i>inseius</i> 6, 4, 3
23, 1, 3	in quo facto, <i>pleonaf.</i> 4, 2, 6
heredium 24, 1, 1	indidem 15, 5, 2
hiematum reduxit copias	indulgere dolori 21, 1, 4. <i>sibi</i>
17, 3, 2	<i>liberaliter, laute vivere</i>
hiems, <i>tempeftas</i> 25, 10, 6	12, 2, 3. <i>indulgens pater,</i>
hiemale tempus 14, 6, 1	<i>in bonam partem</i> 25, 1, 2
hirta tunica 14, 3, 2	inexercitatae copiae 18, 3, 3
hospitii iura 13, 4, 3	infamatus a plerisque 7, 11, 1
hostis iudicatus 25, 2, 2 &	infectis rebus 1, 7, 5
c. 9, 2	inferre mala in domum cu-
humilis vestitus 17, 8, 2. hu-	ius 2, 9, 2. arma alicui
milior fortuna 25, 19, 2.	23, 2, 1. corpus eo, <i>sepe-</i>
humili esse statura 17, 8, 1	<i>lire</i> 4, 5, 5
J acet haec gens, <i>fita est</i>	infestus Romanis animus
14, 4, 1	22, 3, 1. <i>infestissimus ali-</i>
iactari fluctibus 25, 6, 1	cui 15, 10, 3
iam tum 13, 3, 1. iam tum	inficias ire aliquid 15, 10, 4
illis temporibus 8, 2, 4	infinitam bellum 14, 10, 3
ictus lapide 22, 2, 1	infinitevus pro Gerundio 6,
idemque, <i>eleganti nexu</i> 9, 2, 1	3, 1 & 23, 13, 4

INDEX II.

- ingratis 2, 4, 4
 iniicere admirationem sui 11, 3, 1. suspicionem alicui 13, 9, 4. timorem 10, 7, 1
 inire consilium 25, 22, 3. rationem talem ad 22, 10. 3 gratiam a quo 7, 9, 5. adolescentia iniens 2, 1, 1 & 7, 2, 2
 inopinanti venit in potestatem 14, 3, 4
 inpraesentiarum 23, 6, 2
 inservire studiis gentis 7, 1, 3 temporibus 7, 1, 3
 insciente quo 18, 12, 4
 insidias facere alicui 7, 9, 1. insidiae fiunt a quo alicui 10, 8, 4. non esse sine insidiis 23, 2, 2
 insolentia gloriae 15, 2, 2
 instare hosti 15, 9, 1. instar tempus proficiscendi 7. 4, 1
 instituit *seq. infin.* 7, 5, 1 & 23, 2, 4 & 24, 3, 3
 insuetus male audiendi 10, 7, 3
 intercedit aemulatio inter 25, 20, 5. dies ib. num. 2
 interesse rebus privatis, publicis 20, 4, 1. pugnae 3, 2, 1
 interiora consilia 23, 2, 2
 interponere se 25, 2, 4 & c. 9, 5
 intestabilis, *detestabilis* Fr. 4 n.
 invehi multa in quem 15, 6, 1. nonnulla in quem 20, 5, 3
 inventum callidum 18, 5, 4
 inveterascit aes alienum 25, 2, 5
 inveterata licentia 18, 8, 2 servitus 20, 1, 1
 invidia consequitur dictum 10, 6, 4
 invitissimus 25, 7, 2
 invocatus *non vocatus* 5, 4, 3
 iratus ex re 24, 2, 2
 ire in ius de qua re 25, 6, 3
haud ita magna manu 4, 1, 3
 neque ita multo post 5, 3, 4
 iterum consul, *secundum* 23, 5, 3
 iudicium capitis 15, 8, 5
 ius commune gentium 2, 7, 4
 iusiurandum dare cui 24, 2, 5
Lacedaemoni *Ablativ.* praef.
 largitiones effusae 35, 6, 2
 laudi ducere *praef.* 4. in summa laude esse 11, 2, 4.
 laudibus efferri 7, 11, 1
 laute vivere 12, 3, 2
 legere milites 4, 1, 2
 legitimis confectis 19, 4, 2
 lege cum quo agere 20, 5, 2
 legibus experiri, *ibidem*
 leto adfici 21, 3, 2
 liberare obsidione 13, 1, 2
 liberari poena 3, 2, 1
 liberator patriae 10, 10, 2
 liberius iusto vivere 2, 1, 2
 licentia inveterata 18, 8, 2
 licentius dispertire 10, 7, 1
 litterati & eruditi differunt Fr. 13
 litteratissimi pueri 25, 13, 3
 litteris

LATINITATIS.

- litteris coli ab aliquo, *epistolis* 25, 20, 4
 locum nocendi non dare, *occasionem* 22, 1, 2
 locupletia munera *magna* 8, 4, 2. locupletissima regio 17, 3, 1
 locupletare excursionibus 1, 2, 1
 lumina oculorum 20, 4, 1
 luxuriam reprimere 24, 2, 3
Maculare gloriam 4, 5, 4
 magni fuit opera eius 14, 1, 4. magni aestimare 24, 1, 2
 maior annos LX. natu 21, 2, 3
 maledicentissimus 7, 11, 1
 manceps 25, 6, 3
 manere in fide 18, 4, 3. in officio 9, 3, 1. in societate 9, 2, 2. in pactione 17, 2, 4. manet amicitia inter 21, 3, 3. memoria laudis 13, 2, 3
 manus dare, *victum esse* 22, 1, 4. ad manum habere 18, 1, 5. manum conferere *pugnare* 14, 8, 4. si fortuna in manu sua esset, *potestate* 13, 3, 4. manum comparare, *exercitum* 10, 4, 3. manus delecta 1, 1, 4. delectae 16, 4, 2
 maritimum imperium 3, 2, 2
 maritimi praedones 2, 2, 3
 marmoris crusta parietes operire Fr. 32
 maturare mortem, *accelerare* 12, 14, 2
 mature decessit pater 25, 2, 1
 meditari animo 17, 4, 1. facere 22, 4, 2
 memor gratusque 25, 9, 5
 memoriae prodere 4, 2, 3
 mensa secunda 17, 8, 4
 metiri quem fortuna, virtute, *aestimare* 18, 1, 1
 mille militum 1, 5, 1. hominum 14, 8, 3
 minus diebus XXX. *minus quam* 2, 5, 2. minus bene 5, 4, 2. minus prospere 14, 6, 1
 misericordia cuius capi 2, 8, 7
 mobilitas fortunae 10, 6, 1
 modus mensurae. *vulgo, Quantitas* 25, 2, 6. pari modo 14, 10, 2. non pari modo 20, 1, 5. admirandum in modum 15, 3, 2
 momenti nullius esse 7, 8, 2
 monumenta sepulcri 10, 10, 3
 mora, *cohors* 11, 2, 3
 mortiferum vulnus 15, 9, 3
 morum praefectus 22, 3, 2
 mos maiorum 25, 17, 3. a maioribus traditus 7, 1, 2.
 more fungi civitatis suae *consuetudine* 9, 3, 4. moribus nostris nefas habetur, praef. 4. hoc decorum est, *ibid.* 6. mores fingunt fortunam 25, 11, 6
 moveri quae possent, *mobilia bona* 2, 2, 8. moveri auctoritate cuius 9, 4, 1. consilio 10, 1, 3
 multa

INDEX II.

- multa pro multum, adverb.* 15, 6, 1
multari ex filio 3, 1, 2. *morte* 15, 7, 2. *pecunia* 1, 7, 6 & 16, 1, 3
munitiones obsidionis opera 18, 5, 7
munire itinera 23, 3, 4. *mun- nitum benevolentia im- perium* 10, 5, 4
munus fortunae 25, 3, 3. *munus notione funebri* 18, 4, 4
Nancisci morbum 25, 24, 2. *forte provinciam* 24, 2, 2. *causam idoneam* 2, 6, 2
nasci ex 2, 1, 2
natus nobili genere 10, 1, 1. *eodem patre* 5, 1, 2. *tot annos* 7, 10, 6 & 10, 10, 3
natu magno mater 4, 5, 3. *maior annis tot* 11, 2, 3 & 23, 3, 2. *maximo filius* 14, 7, 1
nativus lepor 25, 4, 1
naturae parere 25, 17, 3. *naturae loci* 14, 8, 3. *civita- tum, consuetudo* 1, 6, 1
naves longae, bellicae 9, 4, 2
navale bellum 2, 2, 3
nausfragium facere, metaph. 2, 7, 5
nautica castra 7, 8, 5 & 23, 11, 6
ne pro An, verum falsumne 14, 9, 2. *patrem matrem- ne* 11, 3, 4
nego, dico, quod non 9, 4, 1 & 18, 12, 3
negotium dare alicui 7, 10, 4
suscipere 25, 15, 2. *est mi- hi cum hoc* 14, 7, 1
nescio quo casu 1, 7, 3. *quo- modo* 7, 11, 1
in neutram partem 25, 13, 5
nihil secius 9, 3, 3. *segnius* 14, 2, 5
non nihil temporis 23, 13, 2
nisi ille fuisset 17, 6, 1
nititur recuperare 16, 21, 1! *patrociniis* 19, 3, 1. *nixus in cubitum* 25, 21, 4
nomine otii servitus, titulo 15, 5, 3
non nolle 7, 4, 3. *non bea- tissimus* 17, 8, 2. *nonnihil temperis* 23, 13, 2
novissimo tempore, extre- mo 18, 1, 6
nuptum dare filiam 4, 2, 3
numero haberi sapientum 8, 4, 2. *sacrilegorum* 17, 4, 8
nuntius venit mihi 17, 2, 2. *nuntii crebri adferunt* 1, 3, 3
nutu eius geruntur omnia, arbitrio 6, 2, 1
Obducta nocte 23, 5, 2
obedire legi 15, 8, 1
obiecto repentino viso 23, 5, 2
obire diem supremum, mo- ri 1, 7, 6 & 10, 2, 5 & *sim- pliciter obire diem* 10, 10, 4. *legationes* 10, 1, 4

obli-

LATINITATIS.

- oblivisci iniuriarum 18, 6, 3
 oblivionis lex 8, 3, 2
 obnixo genu 12, 1, 2
 obortis tenebris 18, 9, 5
 obsequi studiis suis 25, 2, 2
 obsidione claudere urbem
 15, 8, 5
 obfistere 17, 4, 5
 obsoleti honores 1, 6, 2
 obstare consiliis cuius 10, 9,
 2. obstitit, ne 1, 3, 5
 obstinatio taciturna 25, 22, 2
 obtigit quaestor praefidi 24,
 1, 2
 obtinere dignitatem 25, 1, 1.
 dominationem 1, 8, 2. lo-
 cum eundem, *idem officii*
 gerere 18, 1, 1
 principatum 24, 2, 1
 obtrectare inter se 3, 1, 1
 occasione data 22, 1, 2
 occultare voluntatem suam
 in re 6, 2, 2
 occupatus in eo 7, 8, 1. in
 apparando 23, 7, 1
 offensa in quem voluntas
 10, 7, 5
cum offensione cuius 1, 7, 4
 officinas instituere 17, 3, 2
 omittere, *praeterire dicendo*
 23, 2, 1
 onustus praeda 7, 5, 7
 opera eius magni fuit 14,
 1, 4
 operam dare palaestrae 15,
 2, 4
 opera (*ab Opus*) *munitiones*
 1, 7, 2
 opportunissimus locus 2, 4, 5
- orationes conficere 24, 3, 1
 ornatus, *armatus* 17, 3, 3 &
 23, 3, 4
 ornatus a quo 25, 18, 3. mu-
 nicipio 24, 1, 1. ordine
 equestri 25, 19, 2
 ornamentum habere a quo
 25, 7, 2. ornamento esse
 alicui 10, 2, 1
 ostracismus 5, 3, 1
 otium, *pacis commoda* 22, 2, 5
- P**actio *induciarum* 17,
 2, 4
 pactioibus *talibus* pacem fa-
 cere 12, 5, 6
 palam facere cui 23, 11, 1
 palam fit de 10, 10, 2
 palam facta re 23, 7, 7
 pari proelio discedere 2, 3, 3
 parare bellum 18, 3, 2. alicui,
 in quem 7, 9, 5. parare co-
 pias 14, 10, 2. parat profi-
 cisci 14, 4, 1
 partes Sullanae 15, 2, 1
 parere consiliis 23, 8, 3. im-
 perio alieno 15, 10, 4.
 naturae 25, 17, 3. irae
 suae 7, 4, 6
 particeps consiliorum 18,
 1, 5
 patefacere cogitata 4, 3, 1
 pax bello paritur 15, 5, 4
 pacem conciliare inter 5, 3,
 3. facere his conditioni-
 bus 8, 3, 1. constituere
 his legibus 13, 2, 2
 pedester exercitus *oppof.*
 equitatni 18, 4, 3. pedestria
 arma

INDEX II.

- arma II, 1, 3. pedestres co-
 piae *oppos. navalib.* 7, 8. 2
 adde ibi notata.
- penes hoc est resp. 25, 8, 1
 penitus in Thraciam 7, 9, 1
 peradolescens 18, 1, 4
 perducere rem eo 10, 5, 6
 perfunctus laboribus 23, 13, 1
 periculum, *damnatio* 15, 8, 2
 capitis adire 13, 4, 3. nihil
 ab illo periculo fore 10, 8, 5
 perillustre hoc fuit 15, 12, 3
 permittere rem arbitrio cu-
 ius 22, 1, 3
 persequi, *scribendo* 24, 3, 4
 persona altera 16, 4, 3. a
 persona cuius abest 15, 1, 2
 pertaesum est illum huius
 rei 25, 15, 2
 petere aditum conveniendi
 4, 3, 3. auxilium a quo 1,
 4, 3. amicitiam cuius 2,
 9. 4. salutem fuga 23, 11, 4.
 petere *gladiatoris* 2, 2, 6
 pietas, *adfectus in cognatos &*
patriam 17, 4, 2 & 21, 1, 4.
 pietatem laedere 20, 1, 5
 pila lapidea 7, 4, 5
 placari animo in quem 16,
 5, 2
 plecti, *puniri* 1, 8, 4
 plerique omnes 18, 12, 1
 poena legis, *legibus sancita*
 5, 8, 2
 poenitere, *dolore capi* 5, 3, 2
 ponere, *narrare in histor.*
 16, 3, 1. castra 14, 11, 4.
 tropaeum 14, 8, 3. vitam,
 finire 4, 5, 5. poni in
 vitiis, *existimari* 15, 1, 2.
 summa virtus ponitur in
 patientia 7, 11, 4
 populiscitum 7, 4, 5 & 25, 7, 4
 postulata facere 7, 8, 4
 potentia singularis, *monar-*
chia 10, 9, 5
 potiri classis hostium 6, 2, 4.
 imperii 17, 2, 1. rerum 25,
 9, 6
 potiri oppido 1, 7, 3. praeda
 5, 2. 4. regione 1, 2, 1
 potiri *cum Accus.* 18, 3, 4
 prae illi omnes parvi futuri
 18, 10, 4
 praecipere, *docere* 15, 1, 1
 praedam a quo facere 12, 2, 3
 praeda locupletatus 7, 5, 7
 praedatum exire 7, 8, 6
 praefectas morum 22, 3, 2
 praefinitum lege est 15, 7, 5
 praepotere hoc illi 15, 21, 1
 praes 25, 6, 3
 praesidia castra 18, 2, 4. prae-
 sidii satis in quo 13, 3, 1
 praestituere diem 12, 3, 1
 premi, *adfligi* 1, 3, 3
 princeps, *primus* 8, 1, 5 & 22,
 3, 3. *praecipuus* 14, 5, 1
 principes Graeciae, *poten-*
tiores 15, 5, 4 & 16, 2, 4
 principatus maritimi impe-
 rii 3, 2, 2. principatum
 obtinere 24, 2, 1. eloquen-
 tia tenere 25, 5, 4
 principia, *locus in castris* 18,
 7, 2
 prior Dionysius, *senior* 21, 2, 2
 pristinum tempus 7, 6, 3
 proba-

LATINITATIS.

probatus minus parentibus	2, 1, 2	pullulare incipit luxuria	24, 2, 3
probabilis orator	24, 3, 1	puppes avertere	23, 11, 6
prodere memoriae	4, 2, 3	Q ua, aliqua	7, 3, 3
prodire in publicum	7, 3, 5	quacunque iter fecit	23, 3, 3
in concionem	2, 1, 3	quam latissime	18, 9, 3
proelium facere	12, 1, 1	quamvis cum <i>Indicat.</i>	11, 2, 3
profecit non multum	18, 10, 1	quantum in se fuit	1, 3, 4
profugere aliquem Fr.	15	quidam cum proprio nomine	
domo	23, 8, 1.	obscuritatis nota	4, 4, 1 & 10, 8, 1
	25, 9, 3	quidem pro autem	9, 2, 2 & 23, 2, 6
proiicere, ante se erigere	12, 1, 2	quiescendi verba cum A. Ex	14, 11, 3. n.
promissa barba	14, 3, 1	quinq̄ies consul	23, 5, 3
propatulo	23, 9, 3	quoad, quamdiu	16, 4, 1
propositum peragere	25, 22, 3.	donec	15, 9, 3
hoc tenuit	18, 3, 6	quotannis	23, 7, 4
propugnacula tyrannidis	20, 3, 3	quotidianus victus	18, 12, 3
propugnatore sublato	18, 13, 3	cultus	25, 14, 2
προσκυνέειν	9, 3, 2	R adices montis	1, 5, 3
prosperè cessit cui	4, 1, 2	rapi cupiditate	18, 6, 2
prospicere liberis, consulere	19, 1, 3	ratum nihil fore	7, 10, 1
provectus aetate	20, 4, 1	ratio temeracia	12, 3, 4
providere, cavere	23, 9, 2	recidere in invidiam	7, 7, 1
provinciam sorte obtinere	24, 2, 1	recipere in fidem	2, 8, 4
prout	25, 1, 2	reciproci, pronominis negle-	
proximus aetate	2, 9, 1	usus	23, 9. fin. & c. 11, 3. n.
propinquitate	17, 1, 3	durior usus	1, 1, 1
proximo triennio	23, 3, 2	redimere ab Acheronte	10, 3
publice, sumtu publico	20, 5, 4	redire ad officium	1, 7, 1. re-
publicare bona	7, 4, 5, & 8, 1, 5	dit pecunia ex	2, 2, 2 & c. 10, 3
puer ab ianua	23, 12, 5	reditus pecuniae	25, 14, 3
puerulus	23, 2, 3	reducere ad officium	14, 2, 3
pugnam pugnare	23, 5, 1	referre	
facere	9, 5, 2		

INDEX II.

- | | |
|-------------------------------------|--------------------------------------|
| referre ad consilium 18, 12, 1. | S alis plus quam sumtus |
| ad oraculum omnia 6, 3, 1. | habere 25, 13, 2 |
| gratiam pro meritis 2, 8, 7 | salum mare 2, 8, 7 |
| reficere se 17, 8, 1. res 22, 3, 4 | si salvi esse possent 15, 8, 4 |
| muros 9, 4, 5 | sanctum habere de templo 17, 4, 7 |
| refrenare impetum 18, 9, 3 | sanctitas <i>morum</i> 16, 4, 1 |
| refringere dominationem 6, | sanguine suo redimere 10, |
| 1, 4 | 10, 2 |
| relictum a patre heredum | satietas lectoris 16, 1, 1 |
| 24, 1, 1 | satis testimonium 15, 4, 6 |
| sine religione homo 10, 8, 1 | fatis habere si 15, 8, 4 & |
| relinquere historiam tempo- | 20, 2, 4 |
| rum 2, 9, 1. relinquitur | fatius, <i>utilius</i> 14, 8, 1 |
| nulla spes salutis 1, 3, 2 | Scythissa 14, 1, 1 |
| reminisci famae veteris 19, | secunda fortuna, <i>prospera</i> |
| 4, 1 | 1, 2, 5 |
| repentinum consilium 4, 4, 5 | victoria 16, 5, 4 |
| reprimere luxuriam 24, 2, 3 | sejungunt Alpes Galliam ab |
| repulsam ferre cuius rei 4, | Italia 23, 3, 4. seiunctum |
| 2, 5 | ab re posita 16, 3, 1 |
| reputare secum 7, 4, 4 | semianimis 4, 5, 4 |
| res est mihi cum quo 16, 1, 3. | semivivum recreare 18, 4, 4 |
| rem male gerere 1, 3, 3. re | senatus datur legatis 23, 7, 6 |
| quidem vera 9, 2, 2. res | senescunt opes, <i>decrepant</i> |
| exiles, <i>calamitosae</i> 18, 5, 1 | 7, 5, 3 |
| retardare impetum cuius | sentire cum quo 19, 3, 1. ad- |
| 18, 9, 2 | versus quem 10, 7, 1 |
| retinere benevolentiam cu- | sententiam sequi cuius 1, 3, 6 |
| ius 25, 5, 1. vitam diutius | ex sententia rem gerere |
| 23, 12, 5. aliquid memo- | 7, 7, 1 |
| ria 25, 11, 5 | separatis temporibus, <i>ali-</i> |
| retrahere ab interitu 15, 8, 2 | <i>quot vicibus</i> 18, 10, 2 |
| reum facere absentem 5, 4, 3 | sepire muris 2, 7, 4. custodi- |
| rhapsodia secunda 10, 6, 4 | bus 10, 9, 1 |
| rifus cooritur 15, 8, 5 | servire famae 2, 1, 3. virium |
| rostrum navis 11, 4, 2 | magnitudini 15, 2, 4. di- |
| rudis litterarum 16, 1, 1 | gnitati 25, 6, 5 |
| rumor differtur 10, 10, 1 | <i>in sestertio vicies</i> 25, 14, 2 |
| rusticum prandium 15, 14, 3 | |
| | sicut |


LATINITATIS.


sicut erat, sicut sunt, <i>eleganti</i>	studia gentis 7, 11, 3. prin-
formula 16, 3, 2; 18, 1, 5	cipum 25, 16, 4
signatus liber, <i>obsignatus</i>	studiosus audiendi 15, 3, 3
6, 4, 2	sub dio 4, 5, 2. sub imperio
singularis potentia, <i>monar-</i>	alicuius esse 18, 7, 1. sub
<i>chia</i> 10, 9, 5	ipsam proscritionem,
ita salus patriae in hac re	<i>ipso tempore proscritio-</i>
15, 9, 2	<i>nis</i> 25, 12, 2
solae, <i>Dativ.</i> 18, 1, 6 n.	sublevare telum 7, 10, 5
sollers agricola 24, 3, 1	subire poenam 15, 8, 2
solvere vota 6, 3, 2	substringere loro 18, 5, 5
soporem dare cui, <i>medica-</i>	suffici, <i>in locum substitui</i>
<i>mentum</i> 10, 2, 5	23, 3, 1
sorte nancisci quid 24, 2, 1	sumere cibum 25, 21, 6. tem-
sortis necessitudo 24, 1, 3	pus colloquendi 14, 11, 1.
sparus 15, 9, 1	supplicium de quo 18, 12, 1.
spectaculo esse, <i>fabulam</i>	superior proelio 18, 10, 2
<i>agere,</i> praef. 5	supplicium dare alicui, <i>pu-</i>
spes in eo consistit 14, 8, 3	<i>niri</i> 17, 5, 2. sumere de
spem habere in quo 7, 3, 5.	quo 18, 12, 1
inductus spe 23, 8, 1	suppositus, <i>suppositicius</i> 14,
spiritus regii, <i>fastus</i> 10, 5, 5	9, 4
splendor vitae 7, 11, 2	supremum diem obire, <i>mo-</i>
stare ab aliquo, <i>partes tueri</i>	<i>ri</i> 1, 7, 6
14, 6, 6. cum quo adver-	suscipere bellum 14, 8, 6. ini-
sus aliquem 17, 5, 4. pari	micitias cum quo 14, 10, 2
fastigio, <i>pari modo se ge-</i>	& 16, 1. 3. odium erga 14,
<i>rere,</i> 23, 14, 2. stat mihi,	10, 4. vota 6, 3, 2
<i>decretum est</i> 25, 21, 6	suspicio adfertur ad 18, 19, 1.
statura simillimus 14, 9, 3.	suspicionem iniicere cui
statura hnmili esse 17, 8, 1	18, 9, 4. praebere 17, 8, 2.
stipulatio 25, 9, 4	adducere quem in suspi-
straminea domus 7, 10, 4	cionem 23, 2, 2. suspi-
quo studuerant, pervenerunt	cione carere 4, 3, 5. duc!
16, 2, 5 & 14, 4, 4. studeo	10, 10, 1
persuadere 18, 2, 4. stude-	syllepsis casuum 19, 2, 2. D
re rebus alicuius 6, 1, 5	T antum non, <i>propeme-</i>
studium litterarum arripere	<i>dum</i> 14, 1, 2
24, 3, 2. studii plurimum	tantum quod, <i>simulac,</i> <i>sic</i>
consumere in re 15, 2, 5	14, 6, 5
	tantum

tantum in hoc uno est 18, 12, 2
 tempus ducere, *morari* 2,
 7, 1. temporis causa face-
 re 25, 9, 6. temporibus
 inservire 7, 1, 3. tempore
 dato, *occasione* 23, 2, 3
 temporaria liberalitas 25, 11, 3
 tenere propositum 18, 3, 6
 tenere custodia 5, 1, 1
 tentare abstinenciam cuius,
corrumpere 15, 4, 1. ten-
 tari a quo, *imperi accusa-*
tione 24, 2, 4
 testarum suffragia 2, 8, 1
 testula collabefieri 3, 1, 2
 testator memoria 7, 4, 5
 testudines, *machinae* 1, 7, 2
 timere de periculo 10, 8, 4
 timidus, *cautus* 8, 2, 3
 timorem habere in quo
 3, 5, 1
 titubare, *incertum esse* 18, 9, 2
 tribuere alicui culpam 14,
 5, 3. culpae suae 7, 6, 2.
 officio 25, 6, 5. tempus
 litteris 23, 13, 2
 tropaeum 2, 5, 3 & 14, 8, 3
 tueri se *sustentare* 15, 3, 4
 tamidum tempus, *metaph.*
 16, 4, 1
 in tutelam suam pervenire,
mündig werden 18, 2, 2
 tuto, tutissimo, *adv.* 9, 2, 1, 11.
 tyrannus, *instus* 1, 8, 3
Vacatione aetatis uti 25,
 7, 1
 vacuefacere 5, 2, 5
 vadimonium imponere cui
 20, 5, 2. sistere 25, 9, 4
 vagina nudare telum 14, 11, 4
 valere opibus 18,
 valet eo, ut 2, 4, 4
 valet lex, *servatur* 8, 3, 3
 valetudinis uti prosperita-
 te 25, 21, 1. in ea tuenda
 curam & diligentiam ad-
 hibere 25, 21, 5
 varius homo, *vitiis & virtu-*
tibus mixtus 4, 1, 1
 varietas fortunae 25, 10, 2
 venditare se florentibus 25,
 11, 4
 venerari *προσκυβεῖν* 9, 3, 3
 verba dare cui 23, 5, 2. face-
 re pro quo 1, 7, 5
 versuram facere 25, 2, 4
 vertente anno 17, 4, 4
 Vestale virgine Fr. 4
 vexare regionem 14, 4, 3
 vexari bello 20, 1, 1
 vicibus tribus *quomodo lati-*
ne exprimat 18, 20, 2
 victus, *vivendi ratio* 10, 4, 5
 violare clementiam 7, 10, 3
 viritim legere 4, 1, 2
 vitam ponere 4, 5, 5
 ultimae terrae 25, 20, 1
 voti damnari 20, 5, 3
 vota suscipere, *solvere* 6, 3, 2
 usa venire 25, 1, 6, 1
 ut pro quod 23, 1, 2
 Ut si, *hoc est, quasi, tanquam*
 15, 3, 4. v. not.
 uti quo familiarissime 17, 1, 1
 palaestra 15, 5, 4. castris
ibidem.
 in vulgus edere, *divulgare*
 14, 6, 2
 vulnus de luctu 10, 6, 2
 14, 6, 2

re opus 18.
 let erunt 2. 4.
 aliter, scilicet 8. 27.
 modis in profecto
 a. r. n. n. in et usque
 curam & diligentiam ad
 habere 25. 41.
 homo, cuius est
 hanc vitam 4. 41.
 mens fortunae 25. 41.
 natura le florentibus 25.
 14. 4.
 mentis rursus 9. 33.
 tu dare cui 25. 5. 2. 180.
 re pro quo 1. 78.
 curam facere 25. 2. 4.
 ante sono 27. 4. 4.
 hanc virgine 7. 1.
 adrogantem 11. 41.
 hanc 27. 11.
 hanc vobis pariter 11.
 hanc dicitur 11. 2. 2.
 hanc, necesse sunt 11. 4. 5.
 hanc clementiam 7. 10. 1.
 hanc legem 4. 4. 1.
 hanc potest 4. 5. 1.
 hanc velle 25. 20. 1.
 hanc 10. 5. 1.
 hanc hanc hanc 11. 3. 1.
 hanc 15. 4. 1.
 hanc 23. 1.
 hanc et, quod tempore
 hanc 15. 4. 2. 180.
 hanc familiaritate 17. 1. 1.
 hanc 15. 5. 4. 180.
 hanc edere, hanc
 hanc 11. 1. 1.
 hanc de hanc 11. 1. 1.
 hanc 14. 1. 1.
 S.










Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
 Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

TIFFEN Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Light Blue	Light Cyan	Light Green	Light Yellow	Light Red	Light Magenta	White	Light Gray	Light Black
Dark Blue	Dark Cyan	Dark Green	Dark Yellow	Dark Red	Dark Magenta	White	Dark Gray	Dark Black



A	1	2	3	4	5	6	M	8	9	10	11	12	13	14	15	B	17	18	19
		R	G	B			W	G		K				C	Y	M			

TIFFEN Gray Scale

© The Tiffen Company, 2007

